



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

WIDENER LIBRARY





HX JV2J Z


Lm 27.38.15




HARVARD  
COLLEGE  
LIBRARY











POMPONI MELAE

DE

SITU ORBIS

LIBRI TRES.

---

COMMENTARIO

CAR. HENR. TZSCHUCKII

BREVIORE

IN

USUM SCHOLARUM

INSTRUXIT

AUGUSTUS WEICHERT.

---

LIPSIAE, 1816.

SUMTIBUS FRID. CHRIST. GUIL. VOGELII.



Lm 27.38.15

HARVARD COLLEGE LIBRARY  
FROM THE LIBRARY OF  
ABBÉ H. THÉDENAT  
JAN. 6, 1921  
SALISBURY FUND.

PIIS MANIBUS

CAROLI HENRICI TZSCHUCKII

SACRUM.

1911. 1. 12. 1911.

1911. 1. 12. 1911.

1911. 1. 12. 1911.

---

## BENEVOLO LECTORI

S. D.

A. WEICHERT.

---

Quum ante tres ferme annos b. Tzschuckius per literas me adiret, ut, quam ipse in juvenum studiosorum usum adparare coeperat minorem Pomp. Melae editionem, curandae ejus et absolvendae negotium mihi injungi paterer, et Redemptori hujus libri, honestissimo viro, cui promissam hac in re operam ob valetudinem pessime adfectam seniumque in dies ingravescens ipse praestare non posset, meo studio ac labore satisfacerem; animus meus ab initio eo fortius ejus precibus repugnabat, quo magis Mela ab hactenus infinita studiorum meorum ratione abhorrere atque me ex laetis amoenisque Latinorum poetarum viridariis, in quibus lubentius versabar, in asperos veteris Geographiae campos et horrida dumeta evocare invitumque abducere videretur. Duplex tamen causa erat, quae non modo omnes consilii capiendi moras et tergiversationis praesidia tolleret, sed gravia adeo haesitanti animo subjiceret incitamenta eumque admirabili studio ac fervore inflammaret.

Repetenti enim mihi superioris memoriam temporis et cogitanti, Tzschuckium in primis esse, qui, dum disciplina Afrana fruebar, ardenti antiquitatis amore meum imbuerit animum, mihi-que tam cohortationibus quam illustri suo exemplo auctor extiterit, ut aliquando in literis, quae ab humanitate nomen habent, scriptis pariter ac voce promovendis et oblectationem quaererem perpetuam et honestam laudem sectarer; visum est, humanitatis ac pietatis esse, ut me optimi viri precibus facilem praeberem provinciamque susciperem, quae, etsi nullam fere ingenii doctrinaeque laudem, laudabile tamen grati animi atque amoris in praeceptorem testimonium apud alios mihi conciliatura esse videbatur. Huc accessit, quod ex hac opera non dubium erat, quin larga satis in studiosam juventutem redundatura esset utilitas. Cum enim Pomp.

Mela is auctor esset, cui, commendante ejus lectionem maxime Ernestio in Fabricii B. L. T. II. p. 82., omnis ferme antiquae Geographiae disciplina in scholis nostris a longo inde tempore inniteretur, neque tamen in manibus discentium editio ejus esset, quae, praeter formae commoditatem et usus facilitatem, adjuncta quoque haberet iusta interpretationis subsidia: operae pretium existimabam eum esse facturum, qui agitatum a Tzschuckio de minore hujus Geographi editione consilium ad finem perduceret atque immensas, quas eruditissimus vir in majori editione exaggeravit doctrinae opes, in summam contractas ad scholae usum accommodaret. Ita non discipulis solum, harum rerum cupidis, sed etiam scholarum magistris, quibus plerumque ad comparanda et pervolutanda illa Commentariorum volumina neque fortuna satis lauta neque temporis abunde esse solet, bene consultum esse videbatur. His igitur rationibus ductus, cessi humanissimis praeceptoris optimi precibus.

Antequam vero manus operi admovebam, de adornanda hac editione aliquamdiu animi pendebam et in diversas trahebar sententiarum partes. Tzschuckius ipse, cum per aestatem an. 1806. in thermis Tosplizensibus, reficiendae sanitatis causa, degeret, aliquot plagulas brevioris Commentarii usque ad cap. 12. medium Libr. I. calamo exaraverat, et Bibliopolae Lipsiam missas tradiderat prelo subjiciendas. Sed bello, funestissimo illo, mox ingruente et Tzschuckii morbo recrudescente, schedae illae in Redemptoris officina, immunes typhetae manu, delituerunt, donec, protractae ex tenebris et diuturni situs sordibus purgatae, Lipsia ad me Vitebergam mitterentur, ut, quam Tzschuckius exorsus erat, telam pertexerem. Verum inspectis illis, quas modo dixi, plagulis diligenterque excussis, pristina animi incitatio aliquantisper refedit. Etenim in tanta adnotationum largitate, quam Tzschuckius prioribus Melae capitibus adponere coeperat, futurum esse intelligebam, ut in aliis, ubi abundantior rerum verborumque explicandorum copia adflueret, Commentarius in spissam et formidabilem molem accrescat: uti libro II., nobis invitis, sed necessitate cogente, accidit. Quod cum mihi admodum displiceret, Tzschuckium per literas rogavi, ut designatos operae meae limites deferere totamque hujus editionis formam pro lubitu immutare mihi permitteret. Ad quas literas vir mei amantissimus ita respondit, ut Melam suam mihi totum traderet et, quicquid in hujus editionis consilio et forma immutandum censerem, pro meo sensu ac judicio instituire concederet. Accepto hoc nuntio, exhilaratus animo et novo instigatus fervore, statim de nova hujus editionis constitutione et de temporis spatio ad eam cum laude absolvendam mihi necessario agere coepi cum Redemptore hujus libri, At cum hujus rationes, cum Tzschuckio de minore hac editione jam

quod inuitae, et pretii vitiatum et operae festinationem flagitarent, humanissimis verbis me rogabat, ut in elaborando hoc Commentario Tzschuckii vestigia pressè potius sequi inceptamque ab eo operam ad umbilicum perducere mallet, quam novum exordiri opus. Non est, quod multis dicam, quam vehementer hoc meum animam percusserit omnemque sermo, quò ante ferebar, ingenii impetum infregerit. Etiam nunc, intereluso ita omni diligentiae propriae, lectionis meditationisque fructu, mea opera non nisi in Tzschuckii Commentariis ad frugiferam scholisque aptiorem brevitatem redigendis versari potuit ac debuit.

Non ego is sum, qui de me et qualicumque mea doctrina tam honorifice sentiam, ut magnopere dolendum esse putem, quod huic editioni nihil propriae dotis adjicere mihi licuerit. Neque tamen profiteri erubescò, si liberius longiusque studium huic operi infundere potuissem, hanc unum fortasse Melae locum a meretricis emendatum et melius illustratum fuisse. Quod ne vanius dixisse videar, de aliquot locis explicatu difficilioribus quaedam differere placet. Quo simul id assequemur, ut ne Melam prorsus ἀσυμβόλως manibus nostris dimittamus. Spectant tamen haec observationes, quas non ambitiose elegimus, sed dentaxat, ut ut obviae erant, e medio sumimus, maxime ad textus emendationem.

Initium c. 11. Libr. I. aliqua laborat obscuritate, quam Tschuckius, inciso post etiam posito, auxisse magis, quam diluisse videtur. Rectius Aldus, Iunta, Ciacconius et Perizonius ante introrsus incidebant; ut etiam ad latius pertineret: quae particula Comparativo juncta adhuc, noch denotat. Hac interpunctione servata, non opus est, ut cum Tzschuckio ἀπὸ τοῦ κοινῶν tenet repetatur, neque copula terrasque languet. Ita et retineri debet vulg. ap. Sueton. Iul. Caes. c. 76. sed et ampliora-etiam h. fastigio etc. ubi et, quod Burm. et Ernesti expauserant, jure revocavit Wolfius.

Libr. II. c. 1. §. 2. Non assentior Tizio l. c. p. 212. qui in vulg. Hujus (Maetidis) tractum Bucis annis secat vitium odoratus apudacter textu reposuit — tractum plures annis secat. Membranae sic variant: Buges, Hugues, bues, butes, unde Bucis facile vindicari potest: nam g et o per saepe confunduntur. v. Cortius ad Sallust. Cat. c. 22. A Ptolemaeo III, 5. lacus Βύκη et fluvius Βύκος memorantur. Ille lacus occurrit quoque ap. Valer. Fl. VI, 68. ubi pro gr. forma Bycen, quam plures Codd. tumentur, perpetam quidam malunt Bugen vel Bicen, et si, ut γ in υ, ita etiam gr. κ in lat. g aliquoties transit: v. Norisius ad Cenotaph. Pisan. diss. IV. c. 5. p. 475. De lacu autem, cujus mentionem facit Valer. Flaccus, Delamallus, Val. Fl. editor, in subiecta versione nota T. III. p. 13. haec: Vaste épanchement de la mer d'Asoph dans l'intérieur

de la Crimée: ou l'appelle aujourd'hui la mer pourrie. Jam vero cum secundum Plin. N. H. IV, 26. f. 13. Buges lacus fluvium cognominem recipiat, quem alii in ipsam Maeotida deducunt, ita puto conciliandam esse auctorum discrepantiam, ut ideo Bucea s. Bugenamaem in Paludem dici influere statuamus, quia lacus Buges s. Bucēs cum Maeotide conjunctus erat. In tanta vero hujus regionis ignoratione, quam Mela prodit, temerarium est audacibus correctionibus eum cum aliis conciliare velle.

Mirari subit, cur Tzschuckius eod. cap. §. 9. Codicibus quidem obsecundans, *coitu familiarium* textu retinuerit ac ideo, quod Mela haud raro diversa ab aliis tradat, tuitus sit. Gravior hic est auctoritas Herodoti IV, 26. qui ne γῆν quidem de concubitu, sed diserte potius δαίτρα memorat: cui accedit Solinus c. 20. f. 15. Veram lectionem *sesto coetu familiarium* invenit in antiq. Cod. Ciacconius eamque contextus poscit. Occurrit autem *coetus* de epulo ap. Virgil. Aen. I, 735. *Et vos o coetum Tyrii celebrate faventes*, ubi v. Servium et Burmann., qui locutionem *coetum celebrare* ex Cicer. Tusc. Q. I, 48. illustrat. Dicitur enim *coetus* de omni hominum multitudine congregata, etiam familiarium circulis, conventiculis, ut Burmann. docet ad Lucan. III, 80. citato Barthio ad Stat. Theb. IV, 202. et 305. et VII, 914. Si quid mutare in textu nobis licuisset, hanc lectionem sine haesitatione reposuisslemus.

Lib. II. c. 2. §. 1. *Sed nec ejus (vitis) quidem fructus maturat ac mitigat, nisi ubi frigora objectu frondium cultores arcuerit.* Mire hic Tzschuckius p. 67. Vol. III. P. II. „*Frondes autem in hiemo? Igitur de tegmine ex fruticibus intelligi debet.*“ Quod non opus est: nam *frigora* nusquam de hieme propria, quae Romanis *bruma* est (v. Virg. G. III, 321.), sed h. l. explicata de aeris asperitate et intemperie, de coeli inclementia, quae uvis quidem nocet, neque tamen obstat, quo minus ceterae arbores et frutices frondeas habeant, quibus contegantur vites. Simili sensu *indignae hiemes* occurrunt ap. Virgil. Georg. II, 373.

Lib. II. c. 2. §. 4. *At quibus consolari eas animus est, arma opesque ad rogos deferunt: paratique (ut distant) cum fato jaecentis, si detur in manus, vel pacisci vel decernere, ubi nec pignae nec pecuniae locus fit, manent dominas proci.* In hoc incomposito et hiulco loco caecum vitium latere, sine Codicum luce vix tollendum, vere censet Tzschuckius. Extrema verba corrupta esse, tum Codices docent, tum contextus. Valde arridet prae ceteris Ouden-dorpii correctio *manent quoque domi eas proci.* Sed orationis tenor nondum sibi constat et vitium inhaerere suspicor verbo *paratique*, quod orationis seriem turbat. Fortasse igitur scribendum et interpungendum est: — *ad rogos deferunt, parati utique (ut distant)*

*cum Fato jacentis, — vel pacisci vel decernere; ubi nec pugnae, nec pecuniae locus sit, manent domi ens proci.* Sensus est perspicuus: qui feminas illas consolari volunt, arma et opes ad roges deferunt, maxima paraos se ostendentes vel ad paciscendum vel ad pugnandum cum mortui Genio, si ipsis se obvium et conspiciendum praebet; ubi vero nec pugnae nec pecuniae locus detur, Genio illo scilicet in conspectum non veniente, illarum feminarum proci fiant easque domi ambiunt. De interpunctionis nostrae veritate nemo opinor, dubitabit. Copulam *que post parati mordicus tenent* Mss., etiam perincommoda est. Verbum *utique*, quod nos conjectando elucimus, quam facile ab antecedente voce potuerit absorberi, nemo non videt, neamque conjecturam stabilis Melae usus, qui illud *pro praesertim, maxime, in primis* frequentat. Confer supr. §. 3. *Quidam feri sunt et — paratissimi, Getae utique.* III, 2, §. 5. — *jactat navigantes atrociter, utique si alio ventus, alio unda praecipitat.* III, 5, 7. *Silvae alia quoque dira animalia, verum et tigres ferunt, utique Hyrcaniae.* Majuscula litera scripsimus, uti par erat, *Fato*, quod Burmann. in Not. Mss., quas possideo, de Genio, Daeomone mortui interpretatur. Merito eum secutus est Tzschuckius, qui tamen verba *si detur in manus* secus, si quid video, c. Vadiano explicat *si liberum sit*, cum, poscente contextu, esse debeat, si Genius ille in conspectum veniat vel ad certamen se offerat, ut cum eo de feminis illis pacisci vel pugnare possint. Hanc loquendi formulam, e ludis gladiatorii, ut videtur, desumptam, data opera videtur Mela usurpasse. Oudendorpii emendationem, in qua *quoque*, quia in multis libris *que* adest, omisimus, firmant Cod. Voss. x. *domu proci*, itemque editt. Venet. 1518. et Lips. 1521. *domi nos*, magnamque habet a Latinitate commendationem. Operose neque tamen feliciter Pintianus correxit *moerendo minus profici*, plaudentibus multis, quos refutavit Vossius. Quo magis miror Tizium, qui illam correctionem temere textui intulit, uti etiam, praesente Vossio, *que post parati* delevit.

Libr. II. c. 3. §. 1. *Tum Macedonum populi quot urbes habitant,* Aegre hic sero optimi Tzschuckii nimiam in emendando veracundiam, quippe qui, ex mea sententia, sine cunctatione cum Ciacconio scribere deberet *aliquot*: quam correctionem tum corruptionis ob anteced. syllabam facilitas tum sensus bonitas omni eximunt dubitatione. Neque enim hac voce urbium numerus nimis restringitur, ut Tzschuckius veretur: cujus conjectura, illa longe inferior, *quatuor urbes* ob Macedoniae divisionem in quatuor partes (v. Liv. XLV, 29.) nemini placebit. Ejusmodi conjecturam, qualis haec Ciacconii est, quae tam insignem probabilitatis speciem, imo evidentiae lumen prae se fert, lubenter in textu collocasem! Non ma-



gis probabis, quod Tzschuckius eod. cap. §. 5: vocem *objacet*, uncis appositis, in textu reliquerit, quae confodienda omni jure et ejicienda erat.

Libr. II. c. 4. §. 2. — *et Roma, quondam à pastoribus condita; nunc, si pro materia dicatur, alterum opus.* Obscura brevitas! Vadianus, Olivarius, itemque Tzschuckius opus de libro capiunt; at propter vim oppositorum quondam — nunc rectius sine dubio Kappius explicat: *aliis urbs, amplior et magnificentior reddita ab Augusto, quam olim erat a pastoribus condita.* Neque verba si pro materia dicatur ad libri molera, sed ad magnitudinem et splendorem urbis referenda sunt. — Ejusdem cap. §. 5. verba, postulante orationis tenore, sic interpungenda sunt: *Exin illa in angusto duorum promonteriorum ex diverso coeuntium, inflexi cubiti imagine, sedens et ideo etc.* nam *sedens* non ad *imagine*, sed ad *in angusto* pertinet et cum seqq. arte copulandum est. — Porro §. 9. miror, Tzschuckii diligentiam fugisse, urbem *Lunam* a Suetonio Jul. Caes. c. 26. *Lunam* vocari itemque constanter a Cicerone, Plutarcho, uti docet Oudendorp. p. 39. 40.

Libr. II. c. 7. §. 22. *Contra est Colubraria, cujus meminisse succurrit, quod, cum scateat multo ac malefico genere serpentium et sit ideo inhabitabilis, tamen ingressis eam, intra id spatium, quod Ebusitana humo circumsignaverunt, sine pernicie et rata est.* Ita dedit cum aliis Tzschuckius et rata exponit proba, futa: quod vereor, ne perperam et sine exemplo. Titzius, etsi pariter ita exhibuit, haec verba de glossenate suspecta habet eaque textu exterminanda censet, uti desunt in Codd. Vat. 5. Praegenf. Havniens. Paris. 2. Alii, expulsa copula, scribunt *sine pernicie tuta est* n. Colubraria: quod et ego amplecterer, nisi Codices ad aliam me ducerent emendandi rationem. Nempe Cod. Vossii habet *pernicie terra est*; et Vinnetus *pernicie terra est*: unde, et correctione facili et sensu commodo, suspicor, scripsisse Melam: *quod — ingressis eam, intra id spatium, quod — circumsignaverunt, sine pernicie tetra est.* Quam praeus erat error librorum a *tetra* ad *terra* vel *tarra*! Teter autem, ut vel Lexica docent, usitate dicitur de serpentibus, morsu eorum venenato et inde secuta morte, quae h. l. *pernicie tetra* appellatur. Magnam veri speciem nostrae correctioni addit locus Propertii II, 19; 21. ed. Burm. *Tetra venena bibens*, ubi Codd. Mentel. et Burm. simile mendum *terra venena* habent. Vossius maluit *sine pernicie et terror est*. Indicent doctiores, utra correctio propius ad verum collineet.

Libr. III. c. 2. §. 3. *Gentes — etiam immanes adeo, ut hominem optimam et gratissimam victimam caederent.* Pintiani correctionem *caederent*, a Vossio in textu propagatam, retinuit quoque Tzschuckius, et praeter quorundam Codicum testimonia, praesidio

si esse possunt cap. 1, §. 11., quem locum jam Pintianus citavit, et cap. 7. §. 3. *Quidam proximi parentes — velut hostias caedunt;* quem locum miror Intpp. fugisse. Nihilo tamen secius hanc lectionem repudio. Primum enim plurimi Codd. et edit. vet. omn. ostendunt *credent*, et Codicis Havn. lectio *cederent* hoc magis, quam illud stabilit. Deinde Mela, si *caederent* scripsisset, haud dubie, perspicuitatis causa, vel *hominem pro victima caederent* dedisset, ut III. c. 1. §. 11. *solere pro victimis advenas caedere*, vel *particulas tanquam, velut* inseruisset, ut III. c. 7. §. 3. *parentes — velut hostias caedunt*. Quas voculas Vossius hic intelligendas esse censet: quod, ipso fatente, ex vulg. non opus est. Porro Mela crudelem Gallorum superstitionem notare potius vult, quam ipsam caedera commemorare, quae per se intelligitur. Et tantum abest, ut adjuncta lectionem *caederent* adstruant, ut, si quis rem urguere velit, inde contra eam argumentari possit. Recte igitur Titzius *credent* postliminio revocavit, ut jam Bothius suavit in Comment. Soc. Phil. Lips. Vol. III. P. I. p. 53. qui et paulo inferius verba *vicenis annis* e Iul. Caes. de b. G. VI, 14. adscripta et textui illata esse putat. Melam ante oculos hoc in loco habuisse Caesaris Commentarios, jam Morus monuit: neque ego dissentio, at glossema esse nego ob loquendi rationem Nostro familiarem. Assentitur Titzius p. 215., quod suo loco monere omisimus.

Libr. III. c. 4. §. 2. *inde expedita in ictus manus, quae exseritur, virile sit pectus*. Rigorem orationis inconcinnum nemo non sentit. Quae a Tzschuckio ad tuendam vulgatam inita est explicandi ratio, vix cuiquam satisfaciet: verba enim *quae exseritur* mire languent eoque magis, si *exserere* c. Tzschuckio interpretaris *protrudere, extendere*, quod jam in *expedita* latet, etsi probe scio, Melam in summa orationis brevitate passim frigidae abundantiae infimulari posse. Continet hic locus, si attente eum inspexeris, binas et invicem diversas sententias, nempe *expedita in ictus manus* et *virilis pectoris*; causa vero, unde *pectus virile*, i. e. virorum pectori simile, fiat, non ponitur in exserenda manu, sed in exurenda mamilla. Proinde rectius fortasse distingues et, duobus Vossii Codd. fultus, scribes: *inde expedita in ictus manus; qua excuritur, virile sit pectus*. De interpunctione nulla erit controversia, cum priora verba aperte ad superiora trahenda sint. *Qua* sc. parte dextra pectoris excuritur mamma protuberans, ut pectoris dextrum latus planum fiat, quale virorum est. *Excuritur* librariorum oscitantia transit in *exercitur*, unde *exseritur*: quae corruptio pronior erat, quam ut scriba *exseritur* immutaret in *excuritur*. Copulae absentiam ante *qua* excusat Melae concisis orationis membris loquendi consuetudo. Operose et sine Codicum assensu Titzius p. 215. 16. *unde, expedita in ictus*

*manu, quae exseritur, virile fiat pectus. Erat, quo et mihi haec correctio non displiceret. Iudicent peritiores!*

Libr. III. c. 7. §. 2. *alit* (India) *formicas non minus maximis canibus*. Revocavit hanc exquisitiorē plur.<sup>is</sup> Mff. lectionem Vossius. *Alia non minores maximis canibus*, etſi in Voff. 1. et Cibir. cod. legitur, de glosſemate mihi ſuſpecta eſt: eam tamen amplectitur Titzius. Eſt hic locus obſcurus et difficileſ habet explicatus. Miſſae ceteris offendunt verba *non minus* ante ſuperlativum poſita: quae, ex meo iudicio, melius jungerentur v. *alit* hac ſententia: *Eben ſo wohl ernährt es (Indien) Ameiſen, größer als Hunde*. Perſequitur enim reſ Indiae memorabiles. Neque opus eſt, ut Melae narratio Herodoteis III, 102. accommodetur, quippe a quo Noſter ſaepe diſcrepat. Tzſchuckii horum verborum explicatio, in Indice propoſita: *formicae, ſicut canes, ſunt maximae*, vereor, ne grammaticis prematur difficultatibus, Etenim, ſi h. locum ad grammaticam ſubtilitatem exegeris, adparet, Superlativum *maximas* Comparativi poſteſtate poſitum eſſe: cujus tamen uſus exemplum nunc quidem non niſi unum e latinis ſuccurrit, depromptum illud e Tibullo III. c. 5. 3.

*Nunc autem ſacris Bajarum maxima lymphis*, ubi Superlativum *maxima* Boiſſonadus ad Gregor. Corinth. p. 114. Comparativi ſenſu, pro *major*, i. e. celebratior, praeſtantior, ſumit. Haec modesta et, ſi lectio ſana eſt, unice ſequenda interpretandi ratio longiſſime praeſtat inſigni audaciae I. H. Voſſii, qui violenta correptione dicam an corruptione *Nunc aequans ſacris Bajarum munia lymphis* quam, renitentibus libris, confidenter textui obtrufit, vitiaſſe magis h. verſum, quam emendaſſe cenſendus eſt. Neque erat, quod Wunderlich. p. 140. iſtam interpretationem derideret, innixam ſeſi licet exemplis ex N. T. petitis, cum ex optimaē notae ſcriptoribus hunc ſuperlativi uſum illuſtrent Daviſius ad Max. Tyr. 23. in. et, quos Beckius citat ad Ariſtoph. Aves v. 823. T. V. p. 562. quibus adde Schweighäufel. ad Polyb. T. VII. p. 12. et Hermann. ad Vigeri Idiot. p. 718. ed. 2. qui acute obſervat, non ſimpliciter ſuperlativum pro comparativo poni, ſed ut vim ſibi propriam, ſed cum comparatione ad aliud quid, retineat: quae lex ad Tibulli juxta ad Melae locum optime adplicari poteſt. Alia id genus loca ſcriptorum latin. cum maxime mihi ignota ſunt. Apud Virgil. Aen. I, 347. *Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes* Hoogeveno ad Idiot. Viger. p. 67. ed. Herm. 2. comparativus pro ſuperlativo poſitus eſſe videtur; non item mihi.

Libr. III. c. 8. §. 6. *Arabia dicitur, cognomen Eudaemon, anguſta, verum cinnami — ferax*. Hic locus, uti legitur, aſper eſt et hiulcus, etſi Mela gr. ἐπίκλην expreſſiſſe videri poſſit. Verum

nimvero ego nullus dubito, quin Schottus veram lectionem acceperit; dicitur cognomine Eudaemon, cum e finale a seq. verbo *μολύβδου* facile absorberi posset. Quo magis haec Schotti correctio mihi arridet, eo minus accedo Titzio, qui ita h. l. distinxit et corripuit: *Arabia dicitur; cognomen Eudaemon, augusta, verum etc.* blanditur quidem, fateor, primo aspectu emendatio *augusta* ob  
 5. §. 2. *Terra augusta, aprica, per se fertilis etc.* et utraque ex aliquoties confusa est: v. Schwartz. ad Plin. Paneg. c. 23. §. 5. : Drakenb. ad Liv. V, 41, 2. Veram diversa est utriusque loci adoles, ut paulo attentior nexus consideratio docet. Verba enim *erum* — *maxime ferax*, quidquid obloquatur Titzius, vocem in antecedd. requirunt, quae nos nullam terrae fertilitatem expectare abeat. Languet, si quid iudico, sensus, quem Titzii correctio audit: *augusta est quidem Arabiae plaga in universam, maxime tamen ferax etc.* Deinde notio illa, qua proprie verbum *augustus* enit et qua supra c. 5. §. 2. de Hyperboreorum regione sumendum fit, ut sit *venerabilis, sanctus* (v. Fabricius ad Dion. Cass. LIII, 6.), huic loco non convenit, neque assequor, quo sensu h. verum Titzius hic ceperit. Vide mihi sensum vulgatae lectionis: *Arabia Felix angusta quidem est, i. e. non spatiosa, ampla, nihilo tamen secius admodum ferax.* Praestat igitur vulgatam tueri; in No. is ad h. l. aliter iudicabam de Titzii emendatione. Enimvero et mihi fucum fecit, quem mox deterfit serior meditatio.

Libr. III. c. 8. §. 10. *cum adolevit* (Phoenix), *ossa pristini orporis inclusa myrrha Aegyptum exportat, atque in urbe, quam vis adpellant, fragrantibus archio bustis inferens, memorando furore consecrat.* Ob constantem Codd. consensum lectionem *archio* servavit Tzschuckius; non ignarus ejus difficultatum. Vulgatam ante *ossium fragrantibus nardo etc.*, cui Graevius, Gesner, et Scheller. atrocinantur, et ego neutiquam respuerem, nisi obstarent disertae Codd. testimonia. Acute vero monet Tzschuckius, si quaeratur, unde fragrent busta, inepte responderi *archio*, et, si locus desideretur, licere dubitare, an sic ad quietem indicandam sine praepositione poni soleat. De utroque consentio, et suspicor, praepositionem ob antecedd. syllabam — *bus* periisse, uti saepe factum esse scimus, et Melam forsitan scripsisse: *fragrantibus sub archio bustis.* *Busta* utem capienda essent de cryptis subterraneis sub archio sacerdotum ortasse exstructis; *archium* non c. Vossio de templo interpretor, nae significatio dubia est, sed de grammatophylacio, tabulario sacrotum, (es sind vielleicht Begräbnisgewölbe unter dem Zimmer des Tempels, worin sich das Archiv der Priester befand), et si utriusque interpretationem verbi nullo antiquitatis testimonio firmam tectamque praestare possum. Aliquatenus huc vocari possunt

Herodot. II, 73. καὶ ἰάπτειν ἐν τοῦ Ἥλιου τῷ ἱερῷ. Aelian. H. An. VI, 58. ἐν θήκαις καταβῆσαι τὸν πατέρα de Phoenice. Lectio *cardo* non dubie glossema est; *fragrans*, omīssa re, raro occurrit; occurrīt tamen. v. Virgil. Moret. v. 100. Nondum, fateor, hoc in loco mihi satisfacio.

Libr. III. c. 9. §. 3. *Dubium aliquamdiu fuit, essetne ultra Pelagus; caperetne Terra circuitum, an exhausto fluctu sine sine se Africa extenderet.* Ita hunc dubiae lectionis atque interpretationis locum Tzschuckius dedit, eumque sic juvare studuit, ut post *Pelagus* majorem distinctionem poneret. Hocce modo *Mela* verba *essetne ultra pelagus* absolute posuit, suppleto *nec ne*, et seqq. eandem disputationem mutatis verbis retractavit. Non abhorret quidem haec orationis forma a *Melae* consuetudine, neque tamen eam in continnam esse et languidam diffiteberis. Longius etiam, puto, aberravit Gosselin in *Recherches sur la Geograph. des Anciens* T. I. p. 224. corrigendo *caperetne terras circuitum*, quae, ut recte monuit Tzschuckius, sine majōri distinctione antecedentibus adnexa ne admitti quidem possunt. Idem ille dure et inepte pro *exhausto fluctu* maluit *exhausto fructu*, i. e. steridis, quod toti contextui refragatur. Duplex hic, si ad *Melae* mentem attenderis, instituitur quaestio, utrum ultra sit pelagus, an deficiat aqua et Africa sine circuitu sine se extendat: id docet c. V. §. 3. et ad rem apte laudavit Gosselin l. c. T. II. p. 3., indicante mihi Fridemannō, Polyb. Hist. III. 38. T. I. p. 468. ed. Schw. Καθάρω δὲ καὶ τῆς Ἀσίας καὶ τῆς Λιβύης καθὼ συναπτουσιν ἀλλήλαις περὶ τὴν Αἰθιοπίαν, οὐδαίς ἔχει λέγαν ἀπὸ πῶς ἕως τῶν καθ' ἡμᾶς καιρῶν, πότερον ἤκαρὸς ἐστὶν κατὰ τὸ, αὐτὸ καὶ τὸ πρὸς τὴν μεσημβρίαν, ἢ θαλάττη περιέχεται. Mihi, ut ingenuè dicam, Tzschuckii ratio parum probatur atque h. locum e *Cod. Venet.* malim ita constituere: *essetne ultra pelagus caperetne totum circuitum* etc. ubi *ve* non disjunctive, sed copulative sumendum est; uti occurrit ap. Virgil. Aen. X, 150. notante ibi Servio, vè pro *ve* scriberem *que*, quod Tzschuckius desiderat: nam utriusque vocis confusio frequens admodum est: v. Virgil. Aen. V, 68. et V. D. in *Observatt. Miscell.* Vol. V. T. 2. p. 163. Abundantiam quandam orationis hoc in loco non miraberis; saepissime in summo *Melae* brevitate observatam, neque poetica vere forma, qualis in verbis *exhausto fluctu*, insolens et inaudita est in *Nostro* habenda.

Haec sufficiant de textus emendatione: nam rerum a Tzschuckio congestarum copiarum, etsi in promptu erant, quae ex recentioribus collecta itinerariis addi possent, adaugere nolimus, ne noctnas ferremus Athenas et Praefationis fines transgredieremur. Nobis igitur (ut, unde digressa est, redeat oratio) commentandi norma, quam Tzschuckius praeverat, exacte ac religiose observanda erat. Hanc

autem ita tenuimus, ut, quoniam totius laboris laus et fructus ad solum Tzschuckium pertinebat, maximam partem ipsa ejus verba orationisque formam, modo contractiorem hinc illinc et huic, minori editioni magis consentaneam, in Notis acque ac Prolegomenis usurparemus. Textus plane idem est, qui majoris editionis, correctis tantum typographorum commissis, ex quibus tamen, uti pro dolor! animadverti, citra meam culpam aliquot, levidentia quidem, textui adhuc inhaerent: quae ut Lector corrigat, humanissime rogo. Sant autem haec: I, 9, 9. *leg. ut Homero dicrum est.* I, 19, 9. *leg. Themiscyrum.* II, 2, 10. *Athos — adeo altus.* Indicem geographi. et historici. ex Tzschuckiano confeci, et, omissis, quae omitenda erant, ad hanc editionem aptavi. Habes igitur, Lector, non meum, sed Tzschuckii editionem, qualem egregius vir, si ipsi per fata licuisset, in lucem emissurus erat. Videtur autem, quantum ex primis plagulis conijcere licet, in ea id sibi proposuisse, ut, quae lectionis et interpretationis controversiae locum darent et prolixioris ac subtilioris essent disputationis, tantum non omnia praetermitteret, paratas potius quam parandas Lectori appositurus dapes. Quapropter mirum accidit, quod Tzschuckius Titzii editionem, quae interea prodierat, hic sub examen vocarit eaque, quae V. D. in textu mutaverat, explorationi passim satis prolixae subjecerit. Id quidem et nos, etsi perinviti, in operis progressu fecimus et ita, ut in his adeo locis, in quibus, si nobismet ipsis hic lapis movendus fuisset, probaturi fuisset acutissimi Titzii opinioniones, eas ex Tzschuckii mente ejusque illorum locorum explicatione rejiceremus, quia purus putus Tzschuckius Lectori reddendus erat, a cujus sententia vel transversum unguem, ut ajunt, discedere religioni nobis duximus.

De nostro igitur labore, si qui futuri sint, qui judicium ferre velint, iis non nisi de ratione, qua in excerptis amplioribus Commentariis, Tzschuckii vestigia secuti, perrexerimus, judicare et nobiscum contendere licebit. De ipsis autem rebus, quae in Notis leguntur, verae sint an falsae, nulla ad me pertinet quaestio. Omnis enim hujus laboris nostri laus ponenda et quaerenda est in justa diligentia, qua critica atque exegetica Tzschuckii notas perlegerim, comparaverim et excusserim, in recto judicio, quo ex illarum verborumque copia optima quaeque et juventuti scitu necessaria et utilia elegerim atque excorperim, et in accuratone, qua haec ad Melae intelligentiam et editionis consilium accommodaverim. Quidquid in his inde a cap. 12. medio Libr. I. commissum est, ejus culpam solus ego sustinebo. Jam vero etsi neque voluntatem neque studium mihi defuisse, probe scio, tamen ab ejusmodi peccatorum labe non auctim immunem praestare hanc meam operam. Neque tamen

extimesco aequorum iudicum sententiam, cum haud levis mihi in promptu sint excusationis praesidia, tum ex laboris difficultate et molestia tum ex temporis iniquitate repetenda. Etenim in hoc emetiendo curriculo non diffiteor, me saepius animo ac corpore fuisse delassatum. Quod nemo, spero, qui scit, quantum interfit inter laborem, quem proprio ingenii nisu et libera animi incitatione susceperis, et quem alterius iussu rogatuve, sine ulla animi inductione et mentis impetu, humeris tuis imponi passus fueris, in malam partem interpretabitur. Tamen enim lubens gratus agnosco, me ex locupletissimis illis Commentariis permulta didicisse, variarum rerum cognitione mentem meam ditasse neque raro hac ipsa rerum varietate valde fuisse delectatum; non tamen possum, quin itidem ingenue fatear, me in profligando hoc labore, in quo ingenio fere nullae, iudicio tantum aliquae, manibus vero plurimae partes essent, haud exiguas exhaustisse molestias. Quid igitur mirum, si, in tanta humanae naturae imbecillitate, ego quoque in operis tenore nonnumquam animo ingenioque debilitatus fuerim, mihiq;e, vasta adnotationum, praesertim criticarum quisquiliarum mole obruto et velat depresso, somnus subinde obrepserit? Huc accesserunt tristissimae temporis vicissitudines, quibus, dum in hoc opere desudabam, meae fortunae graviter concutiebantur. Dico luctuosissimum vitae meae tempus, quo Viteberga, si qua alia Saxoniae urbs, foedissimis quibusque obsidionis diuturnae malis miseriusque premebatur: quibus fieri non potuit, quin, praeter alia incommoda et pericula, studiorum quoque meorum cursus sufflaminaretur et non raro per integras hebdomades prorsus impediretur. Haec porro temporis atrocitas non solum me prohibuit securo librorum usu, qui, si a paucis discesseris, quos mihi cujuscunque infortunii comites fidosque amicos selegeram, per totum annum in hypogaeis repositi ab incendiis et militum lubricine servandi erant, sed me etiam distraxit a viro-rum atque amicorum consuetudine, quorum consiliis et auctoritate in his literis uti solebam. Itaque meo tantum sensu ductus in hunc laborem incubui, et carptim perque aliorum negotiorum intervalla, saepe adeo repentino tormentorum fragore exterritus, nomen, quod bona fide contraxeram, solvere eius sum. Cum posthac fortunarum mearum sedem Viteberga Misnam transtulisset, omne scribendarum notarum in Pomp. Melam negotium, novi muneris gravitate interpellatum, diu jacuit, donec operae Lipsienses novam materiam flagitarent meque citatiori gressu ad finem deproperare incitarent. Quae cum ita sint, non est, quod verear, ut aequi iudices mihi commissorum in hoc labore taedii atque aerumnarum plenissimo errorum gratiam faciant meque, si passim negligentem et dormitantem ubi ubi deprehenderint, leniter humaniterque moneant.

Sed futuros esse non paucos, facile praevideo, qui in hujus editionis commentario justam notarum breviter desiderent earumque nimiam hinc illinc adfluentiam aegre ferant: a quorum sententia nec meam longius discrepare, supra inui. Verum enim vero immentis lectionis opes, quas Tzschuckius, nominatim in urbium locorumque recensu, exaggeravit, et mihi necessitatem imposuerunt, prolixiori, quam vellem, esse in excerptis illis capitibus. Tzschuckio enim in Mela idem acciderat, quod in Eutropio, ut sibi nolenti ac fere inscio, per longum lectionis quotidianae cursum, tanta subnasceretur notarum moles. Neque haec commentandi in scriptores veteres ratio, quam alii valde improbant, in Tzschuckio mira nobis videbitur, si omnino studiorum ejus rationem cognitam, ejusque consilium, quod ipsi in utroque scriptore edendo obseruabatur, perspectum habemus. Vehementer enim falluntur, qui Tzschuckii doctrinam et literarum studia posita fuisse autumant in rerum futillum, absurdarum et ab usu remotarum scientia, vel in industria et pertinaci minutiarum diligenter conquirendarum et cum pulvisculo excutiendarum labore, quisque ei defuisse criminantur justam iudicii elegantiam, conspicuam illam in rerum utilium et juvenibus cognitu necessariarum delectu, eumque, ostentandae doctrinae gratia, sibi temperare non potuisse, quin, oblata opportunitate, ex divite suo penu eruditae opes, neque loco neque tempore commodo, largissime effunderet. Quarum criminationum uti posteriorem omnes, qui modestissimi viri animum penitus perspectum habebant, falsam et injuriam esse mecum fatebuntur, ita priorem ipse satis superque diluit auctorum editionibus in scholarum usum curatis: in quibus, praeter Auctores Latin. Minores, Cornelius Nepos Gotting. 1804. et Eutropius Lipsiae 1804. editi excellunt: quas editiones si optimis horum scriptorum, ut praefendas, at loco et dignitate apponendas esse, tum propter textus castimoniam tum ob sapientem notarum parsimoniam, confidenti iudicio censeo, non vereor, ne in eo plus pietati et meo in praeceptorem amori, quam veritati dedisse videar. Eandem moderationem et prudentem in iis, quae juvenum captui accommodata erant, delectum probabat itidem in scholis publice habendis. Quod quidem hic eo magis mihi dicendum palamque fatendum est, quo saepius obtrectatorum quorundam voces et me audita sunt, Tzschuckium sibi potius suaeque gloriae, quam scholae vixisse, eumque, dum in evolvendis antiquitatis monumentis domi desudavit, in munere obeundo parum religiosum fuisse praecipueque scholis publicis non justam impendisse operam. Quae opera si collocatur vel in meditata verborum notissimorum continua interpretatione et languida rerum vulgarium enarratione, vel in male sedula quorundam diligentia, qui ex spissis aliorum in-



terpretum commentariis notarum opes compilant, compilatasque temere et ambitiose auditoribus, veluti dapés opiparas, adponunt; haud equidem infirior, utramque Tschuckio prorsus defuisse: et item ego contendo et testor omnes, qui egregii hujus viri disciplina se usos esse grati mecum laetantur, admodum frugiferas fuisse ejus scholas et artis ac verae eruditionis plenissimas. Etsi quidem, quod ego non negem, haud raro fortasse ne inspectis quidem ante, quae in scholis legenda erant, pensis, nedum meditatione antegressa perlectis, cathedram adscenderit, tamen ampla ejus doctrina, quae ei in promptu erat nec in solis recondita diariis, intima familiaritas, quam assidua lectione cum utriusque linguae scriptoribus contraxerat, subacti inde iudicii acumen et festivi ingenii vigor, quo brevem suam et ponderosam orationem animabat, nec non, quod maximi in doctore faciendum est, nativa quaedam facultas, res breviter, perspicue et jucunde tradendi, effecerunt, ut, inter alia levitas et satis trita, permulta occurrerent exquisitionis notae et acute docteque observata, quae viliora illa satis superque compensarent et erectioris ingenii juvenum animos ferirent, acuerent et ad privatae meditationis incitarent laborem. Qui autem in tam magnae eruditionis virum, qualem Tschuckium fuisse constat, violatae in munere fungendo religionis crimen confert, si quando, ommissa privata commentatione, cathedram conscenderit, et ab hac operose instituta omnem scholarum habendarum fructum pendere optinetur, is caveat, ne puerilem mentis imbecillitatem et stuporem prodatur, vel apud prudentes in justam inhonestae malivolentiae reprehensionem incurrat. Quam bene vero Tschuckius, ex quo Rectoris muneri praefuit, sua cura et vigilantia, in gravissimum saepe vacillantis valetudinis damnum, de Afraneo meruerit, quantum hujus scholae laudem et exultationem suae doctrinae luce et nominis splendore apud externos quoque illustrarit, confirmarit et propagarit, uti invidiosum est multis demonstrare, ita etiam ab hoc loco alienum. Neque Tschuckio, opinor, crimini jure dari potest, quod horas subcivias et residui a negotiis publicis temporis momenta in libris scribendis edendis collocaret, quibus sibi honorificam nominis memoriam apud aequales et posteros conciliaret. Et sicut vehementer erraveris, si in taciturnam et umbratili vita magistri operae solis discipulis dicatae perseverantiam atque industriae scholasticae fidem semper sitam esse putares, ita etiam atque etiam cavendum est, ne de fide in obediendis officii partibus et religione ejus dubites, qui ingenii operibus et scriptis ex scholae umbra in lucem prodire et literarum honorem sui que nominis laudem promovere et conservare gestiat. Hic enim literarum amor, cum honesta gloriae cupiditate conjunctus, tantum adest, ut operae discipulorum institutioni impendendae fervorem et

constantiam exstinguat et bene de juventute promerendi studium obtorpescere sinat, ut inde, quoniam animo doctoris gravius efficaciusque industrias incitamentum subdit, ingenii vim intendit, iudicii facultatem multo lectionis usu subigit atque acuit mentemque amplioris doctrinae copiis in dies locupletat, non possit non largissima in instituendos juvenes redundare utilitas. Id in primis de Tschuckio quoque valet: nec dici potest, quantam vim doctrinae ejus, editis libris publice probatae, amplitudo et laus in juvenes habuerit, quibus aliquid, ut cum poeta loquar, saliebat sub laeva parte marmillae. Illustre iidem suis discipulis praeivit diligentiae atque assiduitatis exemplum. Nam tanta erat in hoc viro perseverantia in literis tractandis ediscendisque et tantus lectionis diurnae, et in multam noctem fere semper protractae tenor, ut fortasse admodum paucos, nostra memoria invenias, qui ei pares sint censendi, neminem, qui superior. Quo etiam factum est, ut maturius, quam naturae leges jubere viderentur, firmi et bene compacti corporis vires consumerentur et stabilis membrorum compages iusto citius soluta consideret in magnam literarum et scholae jacturam, quam Astra nondum eluxit.

Ampla vero illa, et accurata antiquitatis cognitio, quam Tschuckius admirabili sua diligentia sibi paraverat, temperata erat non vulgari rerum, elegantiorum, praesertim linguarum recentiorum scientia, et ingenii ejus iudicii que vigor et elegantia et pulcri venustique sensus maxime e carminibus ejus latinis elucet, quae ad unum omnia mirae sunt dulcedinis et ubique Latium redolent. Tametsi igitur fere nulla humanitatis et literarum pars exiit, quae Tschuckio prorsus fuerit ignota, tamen prae ceteris antiqua erat Historia et Geographia, in quibus totus habitaret. Quod quam verum sit, documento sunt scripti ab eo in Eutropium et Melam Commentarii. Jam vero hic dissimulare nequeo, mihi Tschuckii ingenium et doctrinam perpendenti id saepe non tam mirationem, quam dolorem injecisse, quod eruditissimus vir hos infimae latinitatis et pusillos scriptores dignos habuerit, quibus tantam curam et tempus impenderet. Quis enim non doleat, tantum industriae, lectionis et doctrinae in tam misellos auctores prodige profusum, neque tanti ingenii et eruditionis virum amplius illustriusque nactum esse theatrum? Dicenti mihi haec aliquando coram vir optimus, quae erat ejus ἀφίμωα, disertis verbis respondebat, se poenitere quoque temporis et operae in Mela edendo positae, graviterque de fati quadam malignitate conquereretur, quod ad Strabonem edendum, qui ipsi ampliore laetio remque veteris Geographiae campum aperuerit, tum demum fuerit evocatus, ubi jam corporis vires deficere, ingenii iudicii que acies obtundi et animi vigor flaccescere coepissent.

Quod vero ad Eutropium attinet; quem misellum Epitomatorum Tzschuckius ingenti doctrinae apparatu instructum Lipsiae 1796. in lucem emisit, ipse editor in Praef. c. XII. p. XCIII. causas prolixioris Commentarii ingenue exposuit. Cum nempe cum Auctoribus Lat. Min. breviter explicatum adpendere vellet, in progressu operis autem intellexisset, multa esse ex ipsis fontibus investiganda et conferenda, nisi vellet exposita undique temere, corripere et incuriose referre: rem accuratius tractandam fidemque Eutropii historicam explorandam et sedulo cum aliis contendendam sibi sumit: quibus disquisitionibus, si quis alius, maxime Eutropius ansam dedit. Hinc factum est, ut, Tzschuckio invito, tanta existeret adnotationum redundantia ac velut luxuries, quam, nisi accurati editoris provinciam simul deesse vellet, neque secundo neque urendo restringere posset ac deberet. Sed vel in tanta notarum largitate admiraberis concisam orationis brevitatem jucundamque rerum varietatem, quae omnem satietatis ac taedii molestiam satis levat.

Ad Melam ut progrediar et de eo quaedam adjiciam, Praefationis consilium me jubet. Quod vero paullo ante de Eutropio monui, insperanti Tzschuckio et invito operam suam ad tantam eductam esse amplitudinem, idem in Mela sibi accidisse, diserte sub Praefationis initium fatetur ibidemque laboris sui rationem candido reddit. Nescit et hic editorum quorundam imitari levitatem, qui non propria animi inductione, sed redemptoris allecti pretio ad auctoris editionem praepropere se dare et volaticum industriarum manuum opus excuso plerumque temere priorum editionum textu et expilatis nonnuquam expudorata fronte aliorum scriniis, in lucem emittere consueverunt, sed, quo melius de hoc Geographo promeretur, ante omnia textum horribili typographorum et editorum incuria et temeritate versatum denuo solerti explorare iudicio et curiose emendare, deinde, quae ad interpretationem ac singulorum locorum illustrationem vel proxime vel remotius facerent, partim ex liquidis antiquitatis fontibus, partim ex seniorum libris, qui vel data opera vel per aliarum conexum rerum de regionibus, locis et populis forsitan exposuerint, diligenter colligere et cum cura invicem comparare in animum induxit. Quod consilium sapiens et literis peritile tam admirabili fervore et constantia executus est, ut edendo Pomponio amplius quam viginti annorum spatium insumeret. Jam vero nemo tam cupidi et maligni erit animi, quin necum obstupescat vastos doctrinae exquisitoris thesauros, admirabilem eruditionis varietatem et raram nostra tempestate lectionis industriam, ubique in VI. illius Commentariorum Tomis conspicuam. Quarum quidem opum amplitudinem eo magis admirabuntur, qui sciunt, quanta cura et assidua in iis coacervandis et componendis fuerit versatus. Id enim

Tschuckius ipse mihi ingenue fassus est, nullam esse scriptorem ex antiquitate vel nostro aevō a se in illis Commentariis laudatum, quem non attente legerit et in usum suum excerpserit, neque ullum ab alijs jam citatam locum, quem non denuo evolverit, inspexerit, contulerit. Cujus quidem dicti fides quo minus sublesta esse et aliquam jactantiae speciem praese ferre videatur, obstat modestissimus Tschuckii animus et veritatis amantissimus. Quantum vero Tschuckius eo nomine plurimis, qui nostra aetate antiquitatis monumenta illustrant, antecelbat, non est, quod multis demonstrarem. Sed quo pauciores erant, qui Tschuckii doctrinae atque industriae meritam laudem derogant, eo plures fore intelligo, qui hanc curam despiciantui habeant ac patidam dicant, eoque vilius his rerum antiquarum divitiis pretium statuant, quod Melae nimis prodige fuerint adpositae et nonnunquam neque certo judicio nec justo ordine expromtae. Ad priora satis erit paucis respondere eaque velut per lusum transmittere. Quis, quaeeso, enim est, qui in editis libris interpretum incuriam malit, inconsiderantiam et temeritatem, quam nimiam diligentiam, cautionem ac modestiam, vel in his literarum campis sterilem ariditatem praeserat felici eruditionis et lectionis ubertati? Veracem doctrinae magnam pretiam neque scriptoris, cui addatur, ignobilitate, neque ordinis neglectione evilescere, testantur Salmasii ad Solinum, Spanhemii ad Callimachum Commentarii, quibus, mea quidem sententia, haud scio an nullum, et vasitate et rerum expositarum varietate, similiorem, quam Tschuckii in Melam Commentarium nostra aetas viderit. Qui vero justum ordinem in Tschuckii Commentariis desiderant, ii pervolvim cogitent, rem factu esse difficillimam et in multis ne facultatem quidem habere tam affluentem rerum geographicarum varietatem, et tam mirificam scriptorum veterum ac recentiorum inter se discrepantiam in certum cogere ordinem et ita invicem conciliare, ut cuncta ubique ad liquidum perducantur, nihilque in controversia relinquatur. Saepe in his consultius esse videtur, simpliciter, quid alii tradiderint et opinati fuerint, enarrare, quam controversam rem novis conjecturis et argutijs magis implicare et obscurare. Quocirca tantum adest, ut Tschuckium, qui utique non raro, quae alii narrarint, nude tantum, et nullo interposito judicio retulit, taxandum esse censeam vel justam accuratorem et ἀρχινοίαν desiderem, ut contra laudandam esse putem ejusmodi in lubrico hoc et salebroso veteris Geographiae cursu progrediendi rationem et commendabilem agnoscam circumspiciorem, qua contraversiarum laqueos declinare maluerit, quam errorum vel ingeniosissimorum laqueis turpius irretiri. Et si quid hinc illinc in rerum tam copiosarum investigatione ad verum non collineat vel si quid in his Commentariis ab incuria et defatigatione perperam

fusum reperitur, id tum propter multa, quibus Tschuckius in hoc opere profligando aliquoties interpellabatur, muneris negotia, tum propter rei ipsius difficultatem et amplitudinem humaniter excusandum est: *multa enim rimanti*, ut Fr. A. Wolfus alicubi ait, *etiam ineptum aliquid in mentem venire impune potest; modo a textu omnis vis et temeritas absit.* Et hujus temeritatis Tschuckius ita exspectat, ut vel in summa conjecturarum et emendationum suarum luce et veritate nihil in textu mutare sustineret. Quae modestia in suis inventis aestimandis sicuti multis mactanda est laudibus, ita quoque commemoranda est et commendanda multis, qui hodie criticam factitant, eas humanitas et verborum verecundia, quibus in explorandis et refellendis aliorum opinionibus ubique usus est.

Quae hactenus de Tschuckio disputavimus, non veremur, ne aegre ferant cordati Lectores et aliena existiment ab hujus Praefationis consilio. Etenim non sola in meritissimum Praeceptorem pietas et amor nos induxit, ut hic quorundam obtrectationibus paucis verbis obviam iremus, sed ipsa res de Tschuckii literarum studiis, doctrina et editis libris, nominatim de Entropio et Mela, variarum, quas optimus vir a barbatis aequae atque imberbibus hominibus expertus est, cavillationum fontibus, quaedam dicere nos iussit. Impense autem laetabimur, si id fuerimus adsecuti, ut in posterum juvenes, deposito iudicandi fastu et acerbitate, Tschuckii merita de re scholastica et literaria pie et iuste expendant, raramque ejus doctrinam reverenter suspiciant, et ut diligenti Commentariorum illorum et vastarum ibi collectarum lectionis opum contemplatione illustre diligentiae, assiduitatis et perseverantiae in humanitatis et literarum studiis exemplum sibi sumant discantque, verae ac solidae eruditionis vim et praesentiam non positam esse in vana et audaci novarum acutularumque sententiarum inventionem, qua quidam nostra tempestate doctrinae laudem captare soleant, sed suffultam eam esse accurata atque ampla antiquitatis cognitione nec nisi magno temporis ac laboris impendio posse acquiri. Quodsi vero juvenes, uti ex animo optamus, hujus editionis usum, quae, manuum nostrarum labore Tschuckiani ingenii et industriae opibus dotata, sanctis omnibus e Sophorum tabernis in publicum prodeat, se in veteris Geographiae studio adjunctos sublevatosque sentiant, eos rogamus, ut non mihi, sed pie Tschuckii manibus pie persolvant gratias, nec minores habeant Schaefero, cujus admirabilis cura et oculorum acies operatum erroribus, vel in tenuissimis literarum formis, ita cavit, ut audacter contendam, nullam esse residuum *εφαλμα*, quod Lectoris oculis acerbius forire possit. In cujus egregii viri benevolentia, multis mihi testificata modis, meus quoque animus, longo praefandi labore jam delassatus, jucunda requiescat. Scrib. Misinae mense Augusto 1815.

## P O M P O N I O M E L A .

## §. 1.

Cum vetusti scriptores de *Pomponii Melae* gente, patria et tempore, quo vixerit, nihil scriptum reliquerint, ultra conjecturas et ea, quae ex ipsius libro conlatis iudiciis efficiuntur, progredi non licet. Nomen *Pomponianam* gentem praefert, quae cum clara fuerit et equestri ornata splendore (v. *Cornel. Nep. in vit. Attic. c. et.*), sunt, qui eandem et Noſtro adſignent dignitatem adoptionis legibus vel ipſi vel majoribus tributam, ita ut ex *Hiſpanica* origine ad *Romanæ civitatis* jura transferit. Alii, qui originem ejus ex *Annaeorum* gente repetunt, eum vel *Marci Annaei Senecæ*, rhetoris, filium faciunt, vel ex *L. Annaeo Seneca*, philoſopho, nepotem. Prioris ſententiæ adminicula quaeruntur ex *libris M. Ann. Senecæ*, quippe qui tres reliquit filios, *M. Annaeum Novatum*, *L. Ann. Senecam*, philoſophum illum, et *L. Annaeum Melam*, quorum nominibus *Libr. I. et V. Controverſiarum* Pater inſcripſit. Neque adverſatur temporum ratio. Cum enim *Seneca* philoſophus a. u. 772. puer fortalle 10 annorum *Romam* deduceretur, quo junior frater *Mela* forſitan 8 annos natus erat, et cum *Claudius Imperator* de *domita Britannia* a. u. 797. triumphavit, quo Noſter librum ſuum conſcripſit, efficitur, Noſtrum tunc annam 50. adtigſſe et, cum teſte *Tacito Annal. XVI. 17. a. u. 820.* ipſe ſibi manum intulerit, annos 50 vixiſſe. Verum enim refragatur huic ſententiæ præter dicendi formam ab *Annaeae* gentis oratione diſcrepantem, partim quod, cum frater in exilium a *Claudio* miſſus *Apocolocyntoſin* effuſiſſet, hic eundem Imperatorem laudaſſe videtur *libr. III. 6. 4.*, partim quod illum *Tacitus Mellam*, ut boni libri tuentur, non *Melam* producit. Quibus levioris fortalliſſi momenti dubitationibus accedit nominis *Annaei* omiſſio, quod adoptionis jure non abjicere, ſed novae inferre debebat familiae: quod tamen factum eſſe nuſquam legimus. Altera ſententia, quam *Fabricius Bibl. Lat. Vol. II. p. 475.* ſequitur, tam certo hiſtorias teſtimonio deſtituitur, cum *Seneca* philoſophus in *Conſol. ad Helviam* c. 16. *Marcum* filium unice inducat, tum etiam temporis computatione infringitur. Etenim ſi *Seneca* pater, triumphante *Claudio*, annam circiter 30. agebat, tunc

filius annos 10 ad summum natus, hujus libri auctor vix perhiberi potest. Denique quae de morte Mellae ap. Tacitum et Plin. H. N. XIX, 33. l. 16. narrantur, licet discrepent aliquantum, Nostro non conveniunt. Müllerus in d. Einleit. der alt. Lat. Schrift. T. V. p. 417. ex clara gente Pomponia ejus originem deducit, cui sententiae, si id per adoptionis leges factum esse statuimus, non obstat, quod Hispanus fuerit. Ad liquidum vero haec res perducere nequit.

## §. 2.

De patria ejus quaestionem impeditiorem facit lectionis varietas in eo loco II, 6. l. ubi patriae suae mentionem iniecit. Nos, loco isto adtente considerato, librorumque vestigia pressius secuti, eam existimamus propius ad verum conlineare opinionem, quae *Tingenteram* vel *Cingenteram* praefert. v. Not. Licet quidem largiendum sit adversantibus, qui hic vel *Mellaria* vel *Tariffes* legere malunt, urbem illam ignobilem fuisse atque obscuram, non tamen, cum Codd. testimonium et orationis contextus magnae sint auctoritatis, id impedit, quo minus patriam, facta ejus mentione, gratus praedicaverit et apud posteros nobilitaverit. Saltem haec ratio praestat aliorum opinioni, quibus simpliciter *Tingi* h. *Tanger* est, vel *Tingi Ibera* s. *Tingi altera* s. *Cetraria*, quam eandem putant *Juliam Traductam*, *Juliam Iozam*. Hermolai Barbari correctionem *cingente freto* profluxu usitata Nostro orationis forma respuit, Hodie *Tariffes*, notante Olivario, civem suum jactant. Alii sententiam cohibent nec liquere pronuntiant.

## §. 3.

Certiora adferri possunt, si de tempore, quo vixerit, movetur quaestio. Aetatis autem haud incerta indicia ducuntur ex immutata per temporis vicissitudines regionum descriptione et novata urbium appellationse. Cum enim libr. I, 13, 2. *Solorum* mentionem ita injicit, ut *Pompejopolis* nomen sua aetate gessisse adfirmet, ante Pompejum certe vixisse non potuit. Porro lib. III, 5, 8. et 9. 3. *Sol* commemoratur, quam suo tempore *Caesarem* vocatam esse scribit; unde discimus, eum non vivere potuisse ante Augustam, cujus liberalitate Juba in regnum restitutus erat. Minus recte enim Vossius de Hist. Lat. III, 1. eum Jul. Caesaris aetate vixisse conjicit: cui etiam repugnant verba *quia Jubae regia fuit*, et termini inter gentes Gallicas et Italicas ad Anconam notatio II, 4, 5. qui olim *Aesla*, postea Caesaris aetate *Rubico* erat. Augusti aetatem spectant *turris Augusti in Hispania* III, 1, 9. *tres arae* in eadem III, 1, 9. *urbs Caesar Augusta* II, 6, 4. illo tempore condita, auctore Strab. III. p. 104. l. 151. et *Augusta in Treviris* III, 2, 4.: uti inde perpe-

nam concludas, Melam sub Augusto floruisse. Nec magis certa est eorum opinio, qui eum ad Tiberii aetatem transferunt, quod Noster I, 12, extr. Typhonem, cuius nomen, teste Eufathio, Tiberius in Orontem immutavit, eodem nomine producit. Sed longe certissimum aetatis indicium exstat III, 6, 4., ubi de Britannia sermo est per *principum maximum* aperta, quod non nisi de Claudio dici posse discrete monet Sueton. c. 17. Quum vero Claudius illam expeditionem anno imperii tertio a. u. c. 796. susceperit, conjectura haud inserta fieri potest de tempore, quo Mela hunc librum conscripsit. Ad Claudii imperium ducunt etiam narrationes de abolitis Druidarum sacris III, 2, 3, et de phoenicis III, 7, 10. Nec obstat, quod Orcadas memorat lib. III, 6, 7. quas ante Vespasianum et Titum incognitas fuisse tradit Tacit. Agr. c. 10. cum alii Claudium eas Rom. imperio adiecit adferrent. Male igitur aliquis ad Flaviorum tempora Melae aetatem proferat. Claudii aequalem fuisse Melam recte contendit primus Vadianus, nec mirum esse debet, quod Mela eum *Principum maximum* vocat, eum ex seculi illius more magnifica quaeque de Imperatoribus praedicare solerent. Quam diu autem vixerit, parum liquet, cum nec ad conjecturam aditus detur.

## §. 4.

Inclaruit Mela libro quamvis brevi, elegantissimo tamen et utilissimo, in quo orbis descriptionem Latinorum auctorum primus proposuit. Titulus hujus libri maxime variat in Codd. et Editt.; modo enim *Geographia*, *Chorographia*, *Cosmographia*, modo *descriptio situs orbis* vel *de situ orbis libri tres*: quae varietas orta est a librariis, qui concepta libri imagine, utcumque libuisset, titulum adiecerant. In ultimo tamen a longo inde tempore consenserunt Editores, hanc fortasse ob causam, quia Mela ipse in aditu operis se de orbis situ dicturum promittit. Librum integrum ad nos pervenisse, exordium finisque docere videtur, etsi sunt, qui aliter statuunt. An praeterea majus opus aut scripserit vere aut commentatus sit, quaesitum est ob Praefationis verba: *Dicam autem alias plura et exactius*: quae tamen commode ad uberiores eorum explicationem referri possunt, de quibus etiam breviter in prioribus 4 capitibus dixerat.

Capulis autem rerum locorumque descriptionibus, ubi aptam iustamque seriem vix aut raro desideres, hanc ordinem tenuit: In libro I., facta terrae partitione partiumque brevi descriptione, a Mauretania orditur, ultima Africae in occasum regione; inde in ortum Asiam versus egressus Numidiam, Africam proprie sic dictam, Cyrenaicam, Aegyptum, Arabiam, Syriam, Phoenicem, Ciliciam, Pamphyliam, Lyciam, Cariam, Ioniam, Aeolida, Bithyniam, Paphlagoniam et, quae inde prope Pontum, Bosporum Cimmerium et



paludem Maeotida expositae sunt regiones et gentes ad Rhipaeos usque montes profequitur. Libro II. inde digressus ripam Tanais et oram Maeoticae paludis Europaeam et Scythas Europaeas perfringit, altero latere a Taurica Cherfoneo Euxini litas ad Byzantium usque peruectus, ubi Thracia obversatur, quam exceipunt Macedonia, Thesalia, Hellas, Peloponnesus, Epirus et Illyricum. Subsequuntur gemina Italiae litora, Gallia Narbonensis et Hispaniae latus ad fretum usque, unde coeperat. Hinc ad Tanais ostia cursu reuersus insulas interno mari stas recenset. Libro III. iterum mare egressus oram Hispaniae occidentalem et septentrionalem persequitur, quatenus Oceano attinguntur. Hinc Galliarum ad Oceanum, Germaniae, Sarmatiaeque tractum in Scythica usque litora marisque Caspii in terras ingredientis fauces describit, gentibusque aliquot enumeratis Oceani que insulis per Eoa litora Indiae ad Gangis ostia vertitur. Cuius maritimo tractu lustrato per Carmaniam, Persas, Arabas, quatenus eras habitant, in interiora Africae loca exspatiatur. Quibus expositis in occidentalem Libyae oram versus Aethiops Hesperies progreditur, tandemque, unde coeperat, in Mauritania ad Ampalusiā promontorium subsistit. Igitur interni maris oram, ut hominibus et rebus illustriorem, accuratius et prolixius descripsit, externis autem regionibus tertium modo librum dedit.

Ipsum opus jam antiquissime editiones cum Codd. in tres libros diuisum exhibebant, quorum primus sine numero tamen capitum segmentis factis inscriptisque tres orbis terrarum partes indicat, cum Asiae et Africae particulari descriptione, reliqua disperditis tantum libris separatisque paullum regionibus uno fere tenore ad finem usque procedunt. Hinc posteriores capita numerarunt, praefixis posteriorum regionum titulis, plura modo, modo pauciora: quam varietatem librarii invexerunt, etsi Vossius capitum diuisiones et inscriptiones ad remotiora tempora et ad ipsum Melam rejiciendas esse opinatur, quia III. c. 10. *Atlas et Atlanticum pelagus* in titulo fuerit scriptum; quare non opus fuerit, verbum *Atlantis* repetere. Sed huic opinioni contraria quoque sunt verba *particularis, mediterraneae*, quae Melae aetate nondum in usu erant. Quam nos secuti sumus capitum ordinem, insituerunt Gronovii. *Antiqua* Romae librum scripserit, ut Vossius putat, non est quoniam a vero alienum, etsi certi quid statui nequit.

## §. 5.

De vitis et virtutibus hujus operis ut iuste statuamus, cogitandum est, quam parum exploratus terrarum orbis fuerit veteribus et quam fuerit difficile in ea, quae tunc erat, librorum penuria et raritate aliorum narrationes et descriptiones conquirere et percipere,

Quare non mirum erit, si Melam in multis a vero aberrantem deprehendimus: cujus quidem culpa cum in illos auctores transferri possit, tum ipse solus reprehendi debet, si parum in hoc argumento rationem sequitur nec, quae professus est, re ipsa praestet. In quo hoc notandum est, quod, cum fingat maritimum cursum, non tamen autem semper tenere, sed subinde consistere et navi velut egressum in vicinas terras exspatiari videmus, cujus vel unum exemplum in Graeciae descriptione II, 3. commemorasse sufficiat, alia in notis tetigimus. Quod vitium, si leve sit et excusabile, gravius tamen oboritur, quod, cum ita instituisset, a suo ipse consilio descivit et cum clarissima quaeque se strictim dicturum esse in Praefatione adfirmasset, multa tamen loca, ob celebritatem commemoranda, praeteriret, alia contra obscuriora commemoraret, etsi quaedam, ut *Cannas*, *Carras*, *Trebiam fl.*, *Trafimenum* lacum, ob calamitatis memoriam caute silentio praetermisisse videtur; alia porro sub regionibus cognominibus tecte indicat, ut *Antiochiam*, *Smyrnam*, *Damascum*, urbesque alias. Multa vero parum probanda ideo irreplerunt, quod Mela non suae aetatis Geographiam exhibuit, sed ultra Alexandrum M. et Philippum descendit. Hinc factum est, ut plura bona fide ex antiquioribus transferret, et quae v. c. de *Troglodytis*, *Gamphasantibus*, *Arcthusa*, *India* etc. fabulose tradebantur, populos in pristinas sedes reduceret, v. c. *Phaeacas*, *Pyraeos*, et omnino, quae olim fuerit locorum facies, qui incolae et mores, commemoraret. Porro antiqua nomina, quibus nova successerant, retinet, alia contra duobus deceptus nominibus tanquam diversa adfert, v. c. II, 1, 6. c. 2, 5. alia ordine praeposito recenset, ut *Lyciam* et *Pamphyliam*, *Arabicum mare* et *Persicum*, *Hyrcaeos* et *Cadusios*, *Achajam* et *Elida*, *Calatin* et *Tomos*. Idem in singulorum situ observatur. Sui oblitus fuisse videtur, cum *Leucada*, oppidum *Leucadiae*, in *Acarmania* recenset, cum postea *Leucadiam* ipsam insulis seorsim adnumeret. Negari tamen nequit, permultas in locorum situ et nominibus confusiones a librariis et editoribus inventas fuisse, qui multa male disiecerunt et nomina ita deformarunt, ut vera scriptura vix erui possit. Ubi tamen Mela vere aperteque erravit, non excusari potest cum Ciacconio, quasi nominis confusa et perplexa nominum citatione orationis ornatum impedire, cum in opere geographico strenua ordinis observatio praecipua virtus sit aestimanda. Quod ipse Mela sensit videtur, cum in Praefat. lectori de perplexo satis locorum ordine moneat, ut admissorum in eo errorum gratiam praecipuet.

Progredimur nunc ad libri virtutes, in quibus primo loco haec ponenda esse videtur, quod Pomponius, ut in rebus historicis et geographicis fieri decet, vera adferat, fabulosa falsaque a certis et indubiis diligenter et quatenus licet, separet. Licet enim ipse ne plurima

quidem loca, uti Strabo, peregrinando obiisse videatur, tam conjecturae talis itineris ex illustrioribus locorum, v. c. *antri Corycii, Garumnae*, descriptionibus petitae perquam incertae sint: in usum tamen gravissimos auctores, in quibus ipse *Homerum, Hannonem, Hipparchum, Cornel. Nepotem* nominatim producit, adhibuit eosque excerptit; alios vel silentio praeteriit, vel communi Graecorum et Romanorum (II, 5, 7.) nomine usurpat, vel his innuit formulis: *ita veteres tradidere, ut doctioribus placet, auctores quos sequi non pigeat, ut experti tradidere, ut fabulis traditur, ut quidam putant, ut alii ajunt, ut ferunt, accepimus, memorantur* et similibus, ex quibus aliquae dubitationem vel fabulosam rationem indicant. Neque uno semper contentus duce diversorum narrationes profert, ne temere eos secutus esse videatur, et ut lectores, facta comparatione, res ipsas accurate explorare queant. Vide modo, quas de Oceani accessu et recessu III, 1. de prisca Cariae incolis I, 16. de Antandri nomine et origine I, 18, 2. de terra Oceano circumflua III, 5, 8. de Thebis Aegyptiis I, 9, 9. et de vasto et incognito Africae tractu III, 9, 3. exponit. Hinc vero factum est, ut in regionum recensu diversorum temporum res et facta deinceps posita commemoraret, locorum intervalla modo stadiis, modo passibus, modo navigationibus metet, neque in aliis quibusdam certum tenorem servet, prout alii alia ei subministrabant.

Quos autem Mela praeter auctores supra memoratos consuluerit, non nisi conjecturis levibusque indiciis erui potest. Herodotum in his praecipue poni debere, evicit Schottus in Geogr. et Historica Herod. p. 330. adn. Melae Abr. Gronovii 1748. In rebus Galliae et Britannicae ducem sequitur Iul. Caesarem, ut docet locus III, 3. conlatus c. Caes. de B. G. VI, 21; in Aethiopiae fabulosos illos *Megasthenem* et *Deimachum*, ut colligi potest ex his, quae Strabo lib. II, p. 48. l. 70. refert, si Melam III, 10. compares. An ipsum Strabonem reddiderit, incertum est, etsi Salmasius ad Solin. c. 38. p. m. 544. antri Corycii descriptionem I, 15 v 3. ex Strabone XIV. p. 467. l. 671. sumtam, Casaubonus ad Strabon. IX. p. 296. l. 430. Strabonem a Nostro II, 5, 2. de interiori Thessalia verbo tenuis expressum: et Astruc in Hist. Nat. de Languedoc p. 33. Melam in litore Galliae lapideo et piscibus fossilibus II, 5, 4. ante oculos habuisse Strabonem IV, p. 126. l. 182. contendunt. Alii alios scriptores, e quibus Noster hausit, proferunt majori minorive probabilitate et fide. Ita Vossius *Ephorum, Hecataeum, Hellanicum, Herm. Barbarus Theagenem, Artemidorum*, Schottus *Polybium, Stephanus Callimachum*, Wesseling. *Diodorum Sic.* XVII, 7. in speciosa descriptione solis orientis in Ida lib. I, 18, 4. Mannert. in Geogr. d. Gr. u. R. T. I. p. 122. *Eratosthenem* nominat, etsi in divisione terrae ab illq. discedit. *Apollonium Rh.* diligenter legisse ex narra-

tionem de Mossynorum regibus I, 19, 10. et ex Dyscoladi mentione II, 7, 13. liquet. *Metrodorum* esse secutum in terminatione Philoteris III, 8, 7. ponit Pintianus, ut in narratione de immanibus ad Rhyndacum anguibus I, 19, 3. sicut non obscure discitur ex Plinio VIII, 14. illius auctoritatem in eadem ætate eisdemque verbis profert. Haud raro autem, quos duces habuerit, exquiri nequit, et si eum lubenter antiquiores Græcos secutum esse, ex multis intelligitur. Neque tamen temere corripuit, quæ in aliis parata deprehendit, sed et iudicium, diligentiam et prudentiam in delectu adhibuit. Quod manifeste declarant voces et formulæ, dubijs interpositæ rebus et fabulosis. Præterea fabulas ipse indicat, (II, 7, 2. 12. III, 6, 8.) barbara et a Rom. linguæ usu aliena nomina cognovit, (III, 1, 10.) nominum causas et origines dijudicat, (I, 18, 2. III, 7, 7.) de incolarum vetustate disputat, (I, 16, in.) mores mutatos comparat, (III, 2, 3. 4.) locorum conversiones attingit; (II, 3, extr.) prolixius fere et quasi lubentius in rerum naturalium causas inquirat vel dubitanter aliorum narrationibus suam opinionem superstruit. (I, 9. III, 2. II, 7, 6.) Quæ vero fabulosa, incerta et vana esse nemo inficiabitur, v. c. de *phoenice* (III, 8, 10.), *ingentibus formicis* (III, 7, 2.), *Panotis* (III, 6, 8.), *Himantopodibus* (III, 10, 3.), *Blamyis* (I, 8, 10.), de *hominibus mutis orisque usu carentibus* (III, 9, 4.) aliisque Asiæ Africaeque monstris; ea inficitiae illius ætatis, rerum obscuritati auctorumque aliorum malæ fidei tribuenda sunt, v. c. *Demianchi*, *Megasthenis*, quos *ψευδολόγους* diserte vocat Strabo: Alia, quæ in hominum moribus locorumque situ ap. Nostrum discrepant, postea sunt immutata, alia posthac diligentius explorata vel rectius cognita; quaedam adeo confirmata, multa, ut nunc, admirationis injiciendæ aut delectationis alendæ causa verborum ornatu præter rem in majus aucta. Multa Nostrum certius cognoscere et explorata negligere potuisset, si aut voluisset Strabonem consulere aut consulendi copiam per rei librariæ difficultatem habuisset. Neque culpa cupide in Melam transferatur, si quas gentes et urbes ab eo omittas esse animadvertimus, quas fama etiam vulgaverat, contra ignobiliores et tenuiores productas, cum constet, quoties scribæ nomina remotiora et obscuriora depravaverint, alia etiam ex vitiosa vel male excepta pronuntiatione variaverint. Adcedit rerum humanarum vicissitudo, quæ sursum deorsum omnia fert et difficilem reddit rerum commemoratarum dijudicationem.

Alia libri virtus in magna orationis brevitate, qua amplissimam rerum copiam concludit, cernitur. Quapropter nemo recte in Mela reprehendat obscuritatis vitium, si quando vividior adfurgat oratione, condensatis et confertis verbis sententias contrahat, fluxamque et diductam seriem coerceat, quamvis non negemus, in tam tenui li-

bellis adolescentibus, ut videtur, scripto, in quo adumbratur potius quam exprimitur plena Geographiae imago, dicendi generis planius, apertius et tenuius facile desiderari posse. Ne vero ex mera locorum gentiumque commemoratione taedium satietasque legentium oriretur, elegantissimis et vividissimis fluminum, antrorum mariumque descriptionibus, clarorum hominum, pugnarum, victoriarum mutationumque notationibus et prolixioribus laepe, quam libri consilium ferre videbatur, rerum memorabilium earumque causarum expositionibus prospexit. Ex quo non temere Schottus iudicare videtur, ne ipsum quidem Ciceronem, si Geographica, quae scribenda susceperat; (v. Ep. ad Attic. II, 4. et II, 7. in.) absolvisset, elegantius scripturum fuisse. Cum vero Mela tot virtutibus ac vitiis conspicuus sit, enata sunt varia VV. DD. iudicia, quorum aliqua collegit Th. Popi Blount in Censur. celebr. Auct. p. 104 sqq. Veteres quid de eo censuerint, ignotum est, quippe quibus minime innotuisse videtur, et si qui posteriores, v. c. Servius, Iornandes alique, ejus mentionem faciunt, nullam iudicium interponunt. Recentiorum quidam, v. c. Vossius et Cluverius, contendunt, neminem Latinorum accuratius de Geographia scripsisse, contra sentiunt Verderius in Cens. auct. antiq. p. 7. Fenzelius in Verf. Strab. Germ. Vol. II. p. 856. n. 15. et Gatacræ in Comment. Gotting. Vol. XII. p. 194.

## §. 6.

Quod ad orationis formam attinet, facile is, qui animam attentam ad ejus lectionem attulerit, cognoverit, multa inesse, quae cum in hoc quidem vel simili scripturae genere ab aliis secerant et singulari elocutionis forma distinguant: quod tamen non, ita dictum velimus, ut de singulis, sicubi apud alios occurrant, contendamus. Huc primum referimus verba Melae vel plane propria vel antehac in bonis aequae auctoribus nusquam aut rarius obvia, v. c. *brevis, cinctoriam, transjugare, innavigare, amflexus, genotrix, porvetus, perseverare* et similia e vocula *per* composita, quibus Noster valde delectatur. Porro rarius, ante Melam certe, reperiuntur *dis* et *aliquandiu*: de spatio et cursu fluminum, *capulari, archiam, promissa, praenavigare, fabre, angustare*. Rariorem item usum et significationem habent alia, v. c. *caussa* pro res, *orans* pro orator, *genus* de gente, *principia* de fontibus, *statim* de locorum vicinia. Alia per se satis frequentata nexu insolentiorum formam induunt, ut *alia mira, aliter a ceteris, Graecia vecta in meridiem*. Mirifice autem amat terminationes nominum graecas in casibus rectis atque obliquis, etsi in utriusque, quod quidem Codices docent, perpetua lege adstringi nolit. Ex eodem fonte structurae quoque variae manarunt, ita ut poetarum more v. c. *saeva hiemis, immania gentium, idem ingenii* dicat et in-

nitivum cum adjectivo jungat, ut *adspici digniffimam, potatâ pulcherrimam*; quo etiam referri possunt *quæ taceri dispendium est, quem maximum est eloqui, calcatum Herculi solum*, et similia. Recedit tamen passim in nominibus a Graecorum forma, eaque nonnunquam inusitate effert, v. c. *Gyrtona, Dertona, Antronia, Bargylòs*, et aliqua praeter Graecorum exemplum et Latinorum morè diverso numero, genere et casu effert, v. c. *Megaram, Pataram, Thurcin*. In nominibus peregrinis et barbaris adhibet fere, quantum licet, terminationes latinas, *Sardabale, Rusgada, Barbesuda*, etsi, ut Codices innuunt, nec illas respicere videtur. Tertiam Praetexti personam plur. in *ero* flectere solet, alias contrahit, et ablativos saepe absolutos ponit, ut *medio, imbre, ripis, latero*, nec non singularem pro plurali frequentat, ut *piscem, pecore, fruga*. In deliciis autem Nostro sunt verba *late, vastus, vasta, infestus, infestare, agere, ferre, aperire, quæ* in aliis Livium et Sallustium imitatus esse videtur.

Maxime autem notanda est in Nostro verborum copia in ipso Geographiae connexu et serie adpositorum, quæ vel proprie vel improprie adhibentur, insignemque saepe et suavem efficiunt orationis varietatem. Conspicua imprimis est hæc copia in iis, quibus cursus progressionem, regionum incolas, locorum originem, situm, formam, partes, tractus et fines, fluminum ortum, cursum et exitum, mariumque fines et ambitum indicat. Praeter hanc geographicam rationem sua habet verba verborumque formulas, modos et structuras, quibus delectari videtur. Sic frequentativa lubenter ponit; multum comparationibus, relationibus et moderationibus tribuit, quibus oratio eleganter vel inflectitur, vel propellitur. Inde verbum vel nudum vel auctum aliquoties refert, ut in rerum et causarum progressionibus, vel in diversarum rerum ex ipso connexu similitudine: v. c. *parva oppida, parva flumina; diversis frontibus diversa maria prospectant; urbs involutis civium ingeniis incluta*: sic cum augmento redeunt *vasium vastius, grandis grandior; altus altius*. Suavissima porro sunt exempla efficacissimæ illius brevitatis, qua unum verbum pluribus iisdemque diversis rebus adponit, v. c. *ita nominibus, ut locis differens; Utica fato Catonis insignis, Carthago suo; solo quam visis melior; fide et aerumnis incluta*, et sexcenta alia. In magna tamen brevitate non adspernatur synonymica, et copiam quasi effundit, vel ut explicet præcedens, vel ut sonantior reddat orationem, v. c. *permutat ac miscet; caput atque exordium; signa atque vestigia*, et similia, quæ et in aliis auctoribus brevitatis studiosis deprehenduntur, ut docent Cortius ad Sallust. Catil. 51, 25. et Ernesti ad Tacit. Histor. IV, 64. Qua arte autem ejusdem rei notationem variet, imprimis docet descriptio fontis, quem Solis vocabant, lib. I, c. 18.

1. Qua quidem varietate non solum satietatem arceat, sed et verbis

exquisite delectis coloribusque adpersis sensus maleet captosque tenet. Vulgaria enim verba et quibus res nude et simpliciter indicantur, spernit, veluti *esse, facere, habere, sequi*, et commutat cum iis, quae vividam quasi ipsarum imaginem exhibent, ut *adtolli, surgere, in altitudinem abire*. de montibus, *urbes stant, nives sedent, specus hiatu patet, mare litus findit, terra fluminibus impedita, montibus inspersa, Paludibus invia, terram sylvae cautasque exasperant*. Haud raro, ut plenior et illustrior rerum descriptio in artio rem quasi formam contrahatur, participia, substantiva vel adjectiva, quae speciem declarant, inserit, v. c. *mare abigit vaste cedentia litora; submotas terras — ambitu circumagitur; fossa navigabili albo effundit amnis partem*, et quae sane alia. Hinc saepe verbis substantiva praefert, ut orationem reddat gravio rem et festivioram, v. c. *locus magni discriminis spectator et festus; nandi non solum patientia est, sed et studium*. In eundem finem ea, quae in terris inveniuntur, vel adaptantur, ab ipsis terris effecta dicit vel rebus tribuit, quae proprie in homines cadunt, v. c. *Haemos — Hadriam ostendit; Eubosa promontorium extrudit; terra portum admittit*. Ex quibus omnibus facile intelligitur, quantum coloris et ornatus Mela a poetis traxerit non in verbis solum, sed et in plenioribus dictionibus. In primis ingeniosus vigor Melae emittet in descriptionibus prolixioribus, quibus passim aridum locorum recensum distinguit, ut *atri Corycæ, labyrinthi, maris occae stuantis, Nili inundationum, Garumnae, Euphratis, morum item et rituum*, ubi insolentiora passim captare et verum involucri quaerere videtur. Elegantiam orationi item conciliat, quod neglectis saepe copulis narrationem per brevissima membra deducit et, quando plura connectit, saepe in medio orationis cursu paullum consistit et vel formulas vel sententias adspersit, quas rebus mixis vel illustribus interponit, ut attentionem excitet et contineat, v. c. *de Hellesponto ponte juncto mirum atque ingens facinus; de Colchorum conversione in quantum res transeunt; de Philaenorum sepultura mirum et memoria dignissimum facinus; quo et referri possunt, adpositiones, eadem fere de causa insertae, ut impeditum opus, Phidiae, Artemisiae opus, et alia*. Etenim cum saepe adpellationes externae vel graecae proferendae essent hominum et locorum, illorum originem, causas et rationes subungere, graeca latinis verbis commutare aut explicare solet. Hactenus de Melae oratione.

## §. 7.

In Codicum atque Editionum recensu, quam nostrum inscripti ratio summam poscat brevitatem, ita verfabimur, ut e Codicibus, quorum, si fides habenda est A. Gronovio in Praef. ad Melam ed. 1748, tam larga est copia, ut fere omnes Abbatiarum et Monasteriorum

bibliothecae praecipuae P. M. Mssis instructae fuerint, non nisi eos adponamus, quos Tzschuckius vel suis ipsius oculis inspectos vel ab aliis conlatos ad constituendum hujus editionis textum adhibuit, et ex Editionibus insigniores tantam et variores commemoratae.

Ufus vero est Tzschuckius subsidiis Codd. 22., ex quibus ipse impexit *Lipsiensem* e bibl. Senator. membran. form. 8; fol. 54. seculi, ut videtur, 14.; — *Gudianum* ex bibl. Guelpherbytan. membr. n. 4. seculi 15. ineuntis aut 14. exeuntis, splendide ornatum; — *Rhedigerianum*, quem Vratislavia continet, ejusdem fere aetatis; — *Sibiniensem*, quo praestantissimo codice Transylvania gloriatur, membr. sec. 13. aut ineuntis 14.; — *Pragensem* bibl. Clement. recentioris aetatis fetum, qui multis vitiis scatet. Collationes accepit *Parisiensem*, quorum primus in Catalogo Codd. Mss. Bibl. Reg. P. III. T. IV. (Paris, 1744.) recensetur P. 2. n. 4800. et est chartaceus sec. 15.; — alter P. 6. n. 4832. membr., omnium antiquissimas, exaratus ad finem sec. 14.; — tertius P. 6. n. 4833. membr., splendide ornatu, sec. 15. ut videtur. Porro nactus est lectiones *Havniensis* ex bibl. reg. Daniae, chartac. sec. 15.; — *Zalusci* *Varsoviae* repositi, cujus aliquae bonae lectiones ad Tzsch. venerunt; — *Augustinorum Codicis* Romae servati, chartac. sec. exeuntis 15. vel ineuntis 16. in difficultioribus locis; — *Venetis* ex bibl. D. Marci, membran. in 4. sec. 15.; — *Vindobonensis* ex Palat. bibliotheca. Praeterea usus est lectionibus 5 *Vaticanorum* editioni Florent. 1526. adscriptis; — *Bononiensis*, cujus multae lectiones in marg. ed. I. Gronov. 1685. notatae erant: quae subsidia bibl. Lips. Sen. suppeditavit; — *Florentini* et *Vaticani*, quorum lectiones I. A. Fabricius edidit. Voss. 1658. adleverat neque tamen ultra c. 6. progressus erat: hanc editionem suppeditabat Bibl. Univers. Havniensis.

Haec de Codicibus. Restat, ut de Editionibus aliqua adferantur, quas si quis per aetates digerere velit, commode octo poterit designare. Omnino autem numerantur ab Ed. Principe 148 editiones, ex quibus Tzsch. 46 vidit et adhibuit.

Familiam ducit editio sine loco, anno et editoris nomine, quam Ernest. in Bibl. Lat. Fabric. T. II. p. 76. in principis artis typograph. in Italia factam esse existimat, etsi alii dubitant. Forma est octon. major fertque chartam literasque nitidas, ceterum vitiis gravioribus scatet et verborum corruptionibus, quales Codex tulit, quem repetit. Est Bibl. Senat. Lips. cimeliam, unde Tzschuckio ejus copia facta est. Ab hac raro discrepat Mediolanensis 1471. 4. quam Tzsch. item manibus versavit, uti et binas Venetis uno eodemque anno ac forma expressas 1478. 4. nec non Venet. 1482. 4. Adscribuntur huic aetati quatuor aliae, quarum tamen aliquae dubiae sunt. — Aetatis secundae conditor est *Hermolaus Barbarus*, cujus emendationes



undecim hujus aetatis editiones, tantum non omnes sequuntur. Primo loco ponenda est editio sine loco et anno in 4., quae intra an. 1493 — 1503. prodiisse videtur, quia in averfa parte Herm. Barbari Praef. ad Alexandrum VI. Pont. M. legitur, etsi inde certo evinci nequit, H. Barbarum ejus auctorem et moderatorem fuisse. Ejus exemplar e biblioth. Guelpherb. accepit Tzsch., in cujus margine antiqua manus non ineptas emendationes adleverat. Ferrara est in nostris tarris Salmantic. 1498. 4. editio, quam Madriti sat lauto pretio a Tzschuchio emtam in confinis Hispaniae et Franco-Galliae bellitunc grassantis vorago intercepit. Io. Camertis studio prodiit Viennae 1512. 4. quem sequitur Lipsiens. sine an. 4. haud dubie intra an. 1459 — 1517. — Aetas tertia est *Vadiani*, immittis superiorum editionum repetitionibus. Mela c. Io. Vadiani commentariis prodiit Viennae 1518. fol., qui in textu H. Barbari emendationes fere amplectitur, sed multas quoque novas easque bonas lectiones protulit. Prodiit item Basileae 1522. fol. c. comment. Io. Vadiani, cui praefatus est Grebelius. Commentarius ampla et frugifera eruditione refertus est; etsi Vadiashus passim aliena immisicuit. Rara est Aldina Venet. 1518. 8; quae cod. Venet. fere sequitur. — Aetatis quartae auctor est *Petr. Olivarius*, cujus editio sine loco et anno, ante an. 1539., ut videtur, prodiit c. commentario, quera *imi subsellii magistrum prodere* ait Vossius. Quae Basileae 1538. fol. in lucem emissa est, ea primis tabulis geographicis instructa est. Praeter has ad hanc aetatem referuntur 24 aliae, quarum plurimae superiores editores sequuntur. — Aetas quinta est *Vinoti*, cujus editio Paris. 1572. 4. acutas continet emendationes. Mira est editio Coloniae Agrippinae 1572. 8., cujus titulus: *Gail. Sooni Vantesdani auditor sive Pomp. Melae disputator de situ Orbis.* Nempe Anglus hic Melam in scenam producit, ita ut Guilielmus interroget, P. Mela respondeat. Henr. Scaphanus reddidit Olivarium Paris. 1577. 4. — Aetatem sextam suspicatur *Andr. Schottus* edit. Antwerp. 1582. 4., qui Melae non malam operam navavit. Rara est editio Franc. Sanctii Salmanticae 1598. quae ad Tzsch. Madriti missa medio in cursu perijt. Ceterae hujus aetatis, quarum 10 numerantur, vilioris sunt pretii. — Aetatis septimae conditores sunt *Is. Vossius* et *Gronovii*. Ille, multis, praefertim 3, codd. consultis, Melam Hagae Corbit. 1648. 4. cum observationibus in lucem emisit, in quibus quum Salmastium acerbius notasset, surrexit contra eum Iac. Gronovius, suppresso nomine in Melae edit. Lugd. Bat. 1685., vindex acerrimus et irae plenus, quam se post mortem quidem Vossii deposuit, sed et manes ejus vexavit in edit. 1696. Etsi Vossius non ubique satis accurate versatus est, tamen ejus editio, multiplicis doctrinae commentario instructa, proprias habet laudes, quas ipse Gronovius agnoscat. Uti Vossius

maximam partem Vinerum, ita Voffium fecutus est Gronovius, nonnullis hinc illinc mutatis, 3 codd. adjunctis. Hanc editionem multis accessionibus locupletatam repetiit Abr. Gronovius, Jacobi filius, Lugd. Bat. 1722. 8. Idem an. 1748. 8. novam Melae editionem, 8 Codd. et trium variis lectionibus usus, additis Nunnenfii et Perizonii notis, in lucem emisit. Ann. 1711. edidit Reynoldus Isaac Melam ad omnium, ut ait, Angliae et Hiberniae Codd. MSS. fidem, sine Commentario, qui, etsi promissus, nunquam publici juris factus est. Haec editio saepe repetita est. — Gronovium expresserunt Io. Kappius editione usuli Curiae Regn. 1774. et 81. 8. itemque Ritzius Lipsiae 1804. 8. etsi hic aliqua ad vet. exemplarium fidem, pauca etiam ad suam conjecturam immutavit. — Aetatis octavae conditor merito perhibetur Tschuckius, qui ex 22 Codicum fide et 46 editionum conlatione, et notis veterum Interpretum editis et manuscriptis Graevii, Jac. Gronovii et Petri Burmanni et sparsis aliorum observationibus diligenter collectis adjunctis Melae de Situ Orbis libros tres recensuit et VI Tomis locupletissimi Commentarii instructos edidit Lipsiae 1807. ex quibus hanc minorem editionem concinnavimus. — Versiones Melae habemus duas Hispanicas, totidem Italicas, unam Gallicam, et Anglicam, itemque vernaculam a Dietzio Giesl. 1774. 8. curatam.

# CONSPECTUS CAPITUM.

Prooemium

Pag. 2

## Lib. I.

Cap. 1.	De Mundo et partibus ejus	5	—	6
— 2.	Brevis Asiae descriptio	5	—	13
— 3.	Brevis Europae descriptio	13	—	14
— 4.	Brevis Africae descriptio	14	—	18
— 5.	Particularis Africae descriptio. Mauretania	18	—	21
— 6.	Numidia	21	—	23
— 7.	Africa proprie dicta	23	—	27
— 8.	Cyrenaeica	27	—	30
— 9.	Particularis Asiae descriptio. Aegyptus	30	—	41
— 10.	Arabia	41	—	—
— 11.	Syria	41	—	44
— 12.	Phoenice	44	—	47
— 13.	Cilicia	47	—	51
— 14.	Pamphylia	51	—	52
— 15.	Lycia	52	—	54
— 16.	Caria	54	—	57
— 17.	Ionia	57	—	62
— 18.	Aeolis	62	—	66
— 19.	Bithynia, Paphlagonia, aliaeque Ponticae et Maeoticae gentes in ora Asiatica	66	—	79

## Lib. II.

Cap. 1.	Scythia Europaea	79	—	88
— 2.	Thracia	88	—	102
— 3.	Macedonia, Graecia, Peloponnesus, Epirus et Illyricum	102	—	136
— 4.	Italia	136	—	158
— 5.	Gallia Narbonensis	158	—	166
— 6.	Hispaniae ora citerior	167	—	175
— 7.	Mediterranei maris insulae	175	—	209

## Lib. III.

Cap. 1.	Hispaniae ora exterior	210	—	217
— 2.	Galliae ora exterior	217	—	221
— 3.	Germania	222	—	225
— 4.	Sarmatia	225	—	226
— 5.	Scythia	226	—	232
— 6.	Hispaniae exterioris et septentrionalis Oceani insulae	233	—	239
— 7.	Oceanus Eous et India	239	—	244
— 8.	Mare Rubrum, et uterque hujus Sinus Per- sicus et Arabicus	245	—	253
— 9.	Aethiopia	253	—	258
— 10.	Atlanticum Mare et huic adfita Aethiopiae et Mauretaniae pars	258	—	261

POMPONII MELAE

DE

SITUORIBUS

LIBER I.

PROOEMIUM.

Orbis situm dicere adgredior, impeditum opus, et facundiae minime capax; (constat enim fere gentium locorumque nominibus, et eorum perplexo satis ordine, quem persequi, longa est magis, quam benignam materia) verum adspici tamen cognoscique dignissimum, et quod, si non spe ingenii orantis, at ipsa sui contemplatione pretium

§. 1. *Orbis situm*] Quia, ut ipse statim innuit, gentibus locisque constat, significat eorum materiam et ordinem, quo se invicem excipiunt. Definite autem ad declarandum h. libri argumentum dixit *orbis situm*, non omnino *orbem*, quia hoc latius patet et naturam eius, rerum causam modumque involvit, illud superficiem orbis spectat. Sim. Florentinus Prooem. §. 3. *Faciám, quod somniat, qui terrarum situs pingunt. adgredior*] h. e. describere. *adgredior*] gr. *ἰσχυρίζω* de conatu difficili, nem seq. verbo *impeditum* deoratur. Uti autem hac praefatione auctores solent, ut operis difficultate praetexta faciliorem sibi veniam et excusationem parent. *capax*] Cuius sterilitate sensu Cicero se a simili professo deterritum fuisse adfirmat Attic. II, 6. cf. Manil. Astr. I, 39. *ornari res ipsa negat, contenta doceri. fere*] h. e. maximam partem. Inferit, ne penitus terreat Lectores. Tum artifi-

cium auctoris hic elucet, quo interspersis rerum locorumque venustis descriptionibus fastidio mederi callet. Denique notanda est priorum repetitio non solum verbis mutatis, sed et addita ratione auctis, inverso tamen ordine, nam *constat* — *nominibus* referuntur ad proxima *facundiae minime capax*, reliquis ad remotiora *impeditum opus*, ut facit I, 9, 4. itemque II, 2, 4. *longa*] Pertinet ad immensam in vasto terrae ambitu rerum copiam, quo et *persequi* apte refertur; *benigna*] ad variatam ubertatem liberalemque abundantiam, ut gr. *ἀφθονοσ*. cf. Senec. de Ira II, 1, 1. *Primus liber — benigniorem habuit materiam*. ibiq. Ruhkopf. *adspici*] ex gr. ratione, quam Mela amat, pro *aspectu*, et sic *cognita*; bene autem de orbis situ *adspici*, cui apte subiicit *cognosci. si non*] sequente *at*, quod valet *saltem, certe, attamen. ingenii orantis*] i. e. oratoris. Si haec verba ita explicas, ut alter

2. operae adtendentium absolvat. Dicam autem alias plura et exactius: nunc ut quaeque erunt clarissima et strictiora. Ac primo quidem quae sit forma Totius, quae maximae Partes, quo singulae modo sint atque habitentur, expediendum; deinde rursus oras omnium et litora, ut intra et extraeque sunt, atque ut ea subit ac circumluit pelagus; adnotanda, quae in natura regionum incolarumque memoranda sunt. Id quoque facilius sciri possit atque accipi, paullo altius summa repetetur.

genitivus (*orantis*) ab altero (*in-gonii*) pendeat, non opus est, ut cum quibusdam VV. DD. contra omn. Codd. legas *orantis*, quod etsi ad nexum sensumque apte sic dicatur, Vulgatae tamen non praefendum est. *Orare* enim in h. aetatis auctoribus ad eloquentiam refertur et pro *dicere*, *causam agere* ponitur, ut Sueton. in Tito c. 5. cl. Eutrop. VII, 21, 24. Tacit. Annal. IV, 21. Facit huc *orantis* vox ap. Quint. I, 2, §. 31. ad. Spald. *adtendentium*] Pendet a gen. *operas*, ut sit sensus: rependet operam adtendentibus i. e. qui adtente legere, animum advertere velint. Ceterum Titius (in Bibl. lat. class. T. I, p. 207. Lincii 1804.) verba et quod si non — absolvat tanquam spuria et sequioris aevi fetum sustulit. Fastidiose nimis!

§. 2. *alias*] Inde recte colligitur, Melam alium librum hoc ampliolem scribere in animo habuisse; sed illud opus num vere ab ipso elaboratum, an temporis iniuria interceptum sit, ignoratur. Alii *alias* interpretantur *inferius*, quia I, 4, 5. eadem voce *exactius* utatur. At *exactius* ibi refertur ad ea, quae prioribus IV. Capp. breviter adtulerat. Tum *alias* ap. bonos auctores de tempore dici solet, ut obponatur *nunc*; quod etsi infra legatur, factis, quae hic dixit, declarant, in diverso nexu ibi esse *nunc*, quia eadem subiicit et per reliquam

huius libri seriem praefat. Sallust. Catil. 4, 2. *statui res gestas P. R. ut quaeque memoria digna videbantur, perscriberem.* ibi Corte. *Totius*] Cum infra I, 2. quinque zonis commemorantur unam earum tantum a nobis coli dicat atque hinc ea sola cognita, cuius forma describi possit; h. l. *Totum* ad eam iam referri debet; quo sensu etiam supra *fitum orbis* dixit et infra 4, 5. *quo singulas modo*] Sequitur de terrae figura partim de oculis dicturum esse indicat. *pediam*] de luculentae rerum descriptione expositione, ut Sallust. Jug. c. 5. *deinde*] In altera parte, in qua expositae magis singula enarrat, cum in prima *formam nostri orbis* complexus esset *oras*] latius patent ambitu oras quam litora. *intra extraque*] Prius de mari mediterraneo, quae Graecis *ἢ ἢν θάλασσα*, et postea de Oceano, qui iisdem *ἢ ἢν θάλασσα* dicitur, intelligendum est, ut I, 4, 5. *intra extraque circumvoctus orbem.* Ceterum notanda hic orationis commutatio: *quae forma — quo modo — ut sunt*, in qua comparari potest Sallust. Catil. c. 5. extr. *sciri — accipi*] Poterat alterutrum omittere, at talia in concisa oratori brevitate alibi etiam notantur uti I, 12, 4. *permutare opes a miscere.* accipi i. e. intelligi, cognosci. *Sciri* in passivo habent etiam Cicer. d. Orat. I, 2.

## C A P. I.

## De Mundo et partibus eius.

Omne igitur Hoc, quidquid est, cui Mundi Coelique  
 1 nomen indidimus, unum id est, et uno ambitu se cuncta-  
 que amplectitur. Partibus differt; unde sol oritur, Oriens  
 nuncupatur, aut Ortus: quo demergitur, Occidens, vel  
 Occasus: qua decurrit, Meridies: ab adversa parte, Septem-  
 trio. Huius medio Terra sublimis cingitur undique Mari: 2  
 eodemque in duo latera, quae Hemisphaeria nominantur,  
 ab oriente divisa ad occasum, zonis quinque distinguitur.

## C A P. I.

§. 1. *Omne* — Hoc] ex Graeco-  
 rum ratione, qui τὸ πᾶν, τὰ πάντα,  
 τὰ ἅλα frequentant, alias quoque  
 totum, univ[er]sum l. univ[er]sa dixit.  
 Hoc] signato et δεικτικῶς de com-  
 page univ[er]sali, ut Plato in Ti-  
 maeo: ὃ δὲ πᾶς οὐρανός, ἢ κόσμος,  
 ἢ καὶ ἅλα — ἢ οὐδ' ἡμῖν — ἕνεκα τούτου.  
 et Senec. ep. 95 §. 52. *Omne hoc,*  
*quod vides, quo divina aique hu-*  
*mana conclusa sunt, unum est.*  
*quidquid]* addit propter diversa  
 philosophorum de Mundo pla-  
 cita. *Mundi Coelique]* Nempe  
 vel mundum vel coelum adpel-  
 lant; nam quo habet vim disjun-  
 gendi, *unum]* h. e. perpetuum,  
 cohaerens, nec partibus discre-  
 tum, sed in se rediens seque ut  
 cuncta alia complectens. cf. Se-  
 nec. Q. N. II, 2, §. 2. ibiq. Ruhk.  
*Partibus]* quae alibi vocantur  
*coeli plagae, mundi cardines et*  
*coeli regiones,* quos descr. Manil.  
 Astron. IV. 588. Cum vero *Mela*  
*unum* ante dixerit, partes ex se-  
 paratione mentis humanae do-  
 cendi causa factae intelligi de-  
 bent. *decurrit]* h. e. viam per-  
 sequitur. Nam in cursu exor-  
 ditio est. *Ortus,* in fine *Occasus.*  
 Igitur est media via ab ortu ad  
 occasum, nec *decurrere* est deor-  
 sum currere, ut quidam expli-  
 cant.

§. 2. *Huius]* Alii c. Mistic  
 huius legunt; duntiori nexu. *Huius*

autem refer ad superius *omne*  
*hoc;* Mela enim passim Prono-  
 mina ad remotius Substantivum  
 refert, ut I, 9, 4. ubi *nostris*  
*superius terris* respicit. Eadem  
 vero vocis *medium* structura in  
 aliis quoque obvia. *Sublimis]* h.  
 e. eminentis supra mare, cui in-  
 mare se ebant Thales aliique phi-  
 losophi. cf. Senec. Q. N. III, 13,  
 §. 2 et VI, 6. ibiq. Ruhk. *eo-*  
*dem]* ex veterum opinione terra-  
 rum orbis duplici dividebatur  
 Oceano, quorum alter proprie  
 sic dictus terram ab ortu ad oc-  
 casum sub ipsa zona torrida i. e.  
 sub Aequatore, alter ex illo or-  
 tus ab austro in septentriones  
 terram altera parte mediam se-  
 cant. Sed haec divisio parum  
 accurata est, quia non sub Ae-  
 quatore statim, neque mediam  
 terram mare dividit. *latera]* i.  
 e. partes, ut II, 5, 7. In duas  
 nempe oras longe inter se distan-  
 tes et quinque zonas veteres ter-  
 rarum orbem dividerunt. cf. Ci-  
 cer. Q. Tusc. I, 28. *zonis quin-*  
*que]* Parmenides primus quinque  
 zonas statuit, quum secuti qui  
 sint, enumerantur a Macrobi:  
 Somn. Scip. II. c. 5 et 7. alii sex,  
 v. c. Polybius, Posidonius. Ce-  
 terum Titius l. c. p. 208. ma-  
 gnum ulcus hic fuisse ratus,  
 verba ita struit: *nominantur, di-*  
*visa, ab oriente ad occasum zo-*  
*nis etc.;* alias enim dimidium

- Mediam aestus infestat, frigus ultimas: reliquae habitabilia agunt anni tempora, verum non pariter. Antichthones alteram, nos alteram incolimus. Illius situs ob aedorem intercedentis plagae incognitus, huius dicendus est.
- 3 Haec ergo ab ortu porrecta ad occasum, et quia sic iacet aliquanto, quam ubi latissima est, longior, ambitur omnino oceano, quatuorque ex eo maria recipit; unum a septentrione, a meridie duo, quartum ab occasu. Suis locis illa referentur. Hoc primum angustum, nec amplius decem
- 4

modo globum divisum dici, restare alterum ab *occidente* retro ad *orientem*; nec potuisse Melam ante scribere, terram *mari undique cingi*, nec terrae latera adpellare hemisphaeria. Sed vulgatus verborum ordo retinendus esse videtur, quia per se efficitur, si notus orbis ab oriente ad occasum divisus *unum* faciat *hemisphaerium*, alterum esse in opposita regione atque in nostro orbe propter adiectas zonas substituisse. Terram autem ab ortu ad occasum porrigere solebant. Tum vero eadem divisionis ratio valet de obposito orbe et Melam, si quis contendat, etiam eum simul innuit, *aestus*] torridam, Διακεκλιμένην hinc vocant, est inhabitabilem, ut veterum quidam putarunt, non esse, hodie constat. *ultimas*] septentrionalem et australem; *frigidam*, κατεψυγμένην, vocantur, ut *reliquae*, quas Noster subiicit, *temperatae*, εὐκράταις. *pariter*] i. e. simul, ut III, 1, 1. Sensus: eadem habent eodem ordine ac successione anni tempora, ut ver aestas, aestatem autumnus sequatur, sed diversa ratione, ut, quando apud nos ver est, ibi autumnus sit. *Antichthones*] qui aliis passim promiscuo usu dicuntur *Antipodes*, hic ex adiuncta notatione sunt *antoecci*, qui inhabitant hemisphaerium australe et sub eodem, quo nos, iacent meridiano. *incognitus*] Attamen III, 7, 7. Ta-

probanem insulam eo situ memorat. Nisi immemorem Melam fuisse velis, aliter de illarum regionum situ statuit.

§. 3. *quia*] De h. verborum sensu et vi disputatur, suntque qui malint *qua* pro *quia*, licet in omnibus Mss. existet, vel in manu h. verba delenda existiment. Ambigitur inter *quia* et *quia*: illud languet; hoc remotiorem et obscuriorem causam adfert. Sensus esse videtur: propter hunc situm, quo etiam duo hemisphaeria dividitur, habitabilis est, latitudinem longitudine longe superat, si a oriente ad occasum perrexeris, quod et docet globi dimensio, *aliquanto*] h. e. multo, longe cf. Ernesti ad Sueton. Caes. c. 68. Ceterum duplo maiorem veteres statuebant longitudinem. *ambitur*] ex communi veterum opinione, cuius vestigia iam in Homero expressa reperiuntur. *quatuorque*] Strabo II. p. 83. l. 121. sinus (κόλπους) vocat, quorum maximi hi sunt: a septentrione mare Caspium s. Hyrcanum, quod perperam inter sinus refertur, a meridie Persicum et Arabicum, ab occasu Internum.

§. 4. *Hoc*] i. e. internum mare. Totum locum, verbis tantum mutatis, reddit Plin. H. N. IV, 12. l. 24. *decem*] Diacrepant auctores, prout utrimque terminos statuunt. Cf. Otto phys. Erdbeschreibung T. I. p. 626.

nilibus passuum patens, terras aperit atque intrat. Tum onge lateque diffusum, abigit vastè cedentia litora, iislemque ex diverso prope coeuntibus, adeo in artum agitur, ut minus mille passibus pateat. Inde se rursus, sed modice admodum, laxat: rursusque etiam, quam fuit, arlius exit in spatium. Quo cum est acceptum, ingens iterum et magno se extendit ambitu, et magnae paludi, ceterum exiguo ore, coniungitur. Id omne qua venit, quaeque dispergitur, uno vocabulo Nostrum mare dicitur. Angustias introitumque venientis, nos Fretum, Graeci πορθμόν, appellant. Qua diffunditur, alia aliis locis cognominè acceptat. Ubi primum se artat, Hellespontus vocatur. Propontis, ubi expandit. Ubi iterum pressit, Thracius Bosphorus. Ubi iterum effundit, Pontus Euxinus. Qua paludi committitur, Cimmericus Bosphorus. Palus ipsa, Maeotis. Hoc mari et duobus inclusis amnibus, Tanai atque Nilo, in tres partes universa dividitur. Tanais a septentrione

aperit] Sic II, 6, 8. ut gr. ἀνοίγειν. De ipsa re alii diversa statuunt et mare internum e Ponto et mari Aegaeo oriri putant, quia aestus inde profluens nunquam recipitur. cf. Otto l. c. p. 63. abigit] Color fere poeticus: etenim rerum formas, species, eventus, facta inversione in causas et effecta transfert. ex diverso] i. e. contrariis, oppositis partibus: coeunt autem litora Europae et Asiae ad Hellespontum. minus mila] alii septem stadiorum latitudinem faciunt; hinc vero Asiam cerni posse; monet Livius XXXVIII, 16, 5. laxat] intellig. Propontidem. quam fuit] sc. ih Hellesponto. artius [spatium] respicit Bosphorum Thracium, de q. v. I, 19, 5. acceptum] Per inversionem de mari, quod intrat terram, siquum. ingens] n. Pontus Euxinus. magnae paludi] de Palude Maeotide cogita. ore] de Bosphoro Cimmerico. os, ut gr. ὄρεμα, de angusto exitu in latius spatium dicitur. Nostrum mare] Ita Romani passim vocant internum;

ut Graeci, qui in Italia scripserunt, ἡ καθ' ἑμᾶς θάλασσα, ut contra Oceanus, mare externum, ἡ ἔξω θάλασσα; mara mediterraneum non nisi ap. seriores occurrit.

§. 5. Fretum] Ita passim simpliciter vocatur fretum Gaditanum vel Herculeum; interdum Siculum, quod ex nexu iudicari debet. Nos Meer-Enge von Gibraltar vel simpl. Straffe. Hellespontus] v. II, 2, 7. Propontis] v. I, 19, 2. expandit] rep. ex super. se, etsi verba activa ap. gr. et lat. reciprocè saepe ponantur. cf. Vecliner. Hellenol. lib. I, 1, c. 6. ibiq. Heusing. effundit] Contra alii, ut supra notatum est.

§. 6. tres partes] Quidam duas tantum agnoverunt, ita ut Africam vel Europae accenserent, ut Sallust. Jug. c. 17. vel Asiae, ut Sil. Ital. I, 195. ibiq. Rupert. Tanais] v. II, 1, 1. Hunc fluvium plerique terminum Asiae et Europae ponunt: nam veteres a Phaside ex Argonautis notiori ad Herculis columnas Europae fines profere-



ad meridiem vergens, in mediam fere Maeotida defluit: ex diverso Nilus in pelagus. Quod terrarum iacet a fretis ad ea flumina, ab altero latere Africam vocamus; ab altero, Europen: [ad Nilum, Africam; ad Tanain, Europen.] Ultra quidquid est, Asia est.

## C A P. II.

*Brevis Asiae descriptio.*

Tribus hanc e partibus tangit Oceanus, ita nominibus, ut locis differens. Eous ab oriente, a meridie Indicus, a septemtrione Scythicus. Ipsa ingenti ac perpetua fronte versa ad orientem, tantum ibi se in latitudinem effundit, quantum Europe et Africa, et quod inter ambas pelagus immixtum est. Inde cum aliquatenus solida processit, ex illo Oceano, quem Indicum diximus, Arabicum mare et

bant. Nilus] v. I, 2. 2. *ex diverso*] h. e. a meridie versus septentrionem *ad Nilum — Europen*] Haec verba, quia a plerisque usque optimis libris abeunt, nec quidquam novi addunt, sed potius onerant, tanq. spuria et e margine invecia c. Perizonio unciis inclusimus.

## C A P. II.

§. 1. *hanc*] sc. Asiam, quae gr. *Asia* vel *Asiā*, *Asia*, *Asiā* terra (Ovid. Met. V, 648.), dicitur. Hic de orbis terrarum parte intelligi debet, cum alias artiosius sentu varie dicatur, maxime de Asia minori. *tangit*] alias adluit. *ita — et*] Eleg. pro et — et ex comparata diversarum rerum similitudine. *Eou*] Graeca voce usus est, quia *Orientalis* nondum usu esset invecia: hinc etiam Plinius eum vocat *Oceanum exortivum* vel *Orientalis Oceanum*. *Indicus*] Plerique hunc, quem alii *Eoum* vocant, cum *Mela* ab *Eoo* secerunt, quia India maxime meridiem spectabat. *Scythicus*] Scythae enim versus Septentrionem ponuntur. Coniungunt cum *Capio*, cuius pars erat *sinus Scythi-*

*cus* (v. III, 5. 5.) et versus Orientem ad mare *Eoum* et *Indiam* promovent. (III, 7. in.) *perpetua*] h. e. continua, ut gr. *διωκεῖ*: paullo post dicit *solida*, cui voci II, 4. 1. obponit „in duo cornua finditur.“ *fronte*] *Mela* *frontem* plerumque eam terras extremitatem adpellat, quae venienti mari est obversa, sic ut obponantur *dosum*, *torgum*, *latus*. Pro diverso respectu *frons* fieri potest *latus*, et contra, uti §. 2. *Asiae frons* ad Hellesponticum fretum dicitur extendi, et I, 18. extr. ibi *Asiae latera* memorantur. *effundit*] infra §. 3. coniungit *late patere*, quantum] Secus habere, Africa cognita, nobis constat. *Inde*] h. e. ab illa fronte, quae ad Orientem vertitur. *aliquatenus*] h. l. significat per sat longum tractum; quam vocem adiecit videtur ob *sinum magnum* et *Gangeticum*, inter quos Chersonesus aurea in *Oceanum* procurrat. *solida*] h. e. non interrupta sinu s. mari. *Arabicum*] In hac progreSSIONIS serie praecedere debebat *Persicum*: (alias eadem maria *sinus* vocantur) ita vero infra praepostero ordine

Perficum, ex Scythico Caspium recipit: et ideo, qua recipit angustior, rursus expanditur, et fit tam lata, quam perat. Deinde cum iam in suum finem aliarumque terrarum confinia devenit, media nostris aequoribus excipitur; reliqua altero cornu pergit ad Nilum, altero ad Tanaim. Ora eius cum alveo Nili amnis ripis descendit in pelagus, et diu, sicut illud incedit, ita sua litora porrigit: deinde fit venienti obviam, et primum se ingenti ambitu incurvat, post se ingenti fronte ad Hellesponticum fretum extendit: ab eo iterum obliqua ad Bosphorum, iterumque ad Ponticum latus curva, aditum Maeotidos transverso margine adtingit: ipsam gremio ad Tanaim usque complexa, fit ripa, qua Tanais est. In ea primos hominum ab oriente 3

ponit *Lyciam et Pamphylia*. ex *Scythico*] de h. errore v. supr. c. 1, 5. *recipit*] Sic *Mela accipere, excipere* de mari, sicut, terra, in qua Oceanus, amnes exeunt vel penetrant. *quam fuerat*] Id falsum esse, nemo hodie nescit: *Mela* ad veterem Africae imaginem retulit. *finem*] i. e. terminos Asiae, quos a septentrione Tanais, a meridie Nilus constituunt, quibusque ab Africa et Europa separatur. *nostris aequoribus*] h. e. quae in nostra ditione sita sunt, ut Aegaeum, Hellespontus, Propontis. Sensus: continua serie inde ab Eoo mari procurrens Asia ad mediterraneum mare in cursu recto definire et hinc dextrorsum et sinistrorsum in Scythiam et Aegyptum avertitur.

§. 2. *Ora eius*] h. e. extremitas l. ostium, quod a Nilo usque ad Tanaim describit. *Nili-ripis*] quia plerique Nilum Asiae et Africae terminum faciebant; cum alii sinum Arabicum praeferrent. Apte vero descendit propter conexum cum fluminis delabentis cursu. *dis*] hic et alibi de progressionem et tractu terrae, regionum, ut *aliquamdiu*, II, 5; 5. Persequitur autem hic oram ad initium usque Palaestinae, tum

verbis *venienti fit obviam* indicat tractum inde usque ad finem Illicum, et deinde ad Cariam et Troada progreditur. *ingenti ambitu*] Cogita de sinu Illico, qui Dionys. Per. v. 119. *κίλιος ἀπὸ γων* dicitur. cf. I, 12, 4. et II, 7, 5. Luculenta haec est formae extremae imago ex apta singularum partium notatione contexta. *incurvat*] apte et ad sensum pro ambitum facit. *fronte*] videtur hoc praetulisse ob longiorem extensionem: nam poterat *latere* dicere, uti mox *Ponticum latus, Hellesponticum*] alii Hellesponticum, sed illud tumentur Codices tantum non omnes. *margine transverso*] i. e. inflexo per obliquum litore ab eo angulo, qui infra Colchidem est ad Bosphorum Cimmericum. cf. de h. aditu Maeotidis ad I, 19, 15. *gremio*] Inlustriorem h. v. reddit notationem formae. Sensus incurvat se primum ad ostia, per quae Tanais in paludem defertur; deinde eius fluminis ripa, ut supra Nili, Asiae ora procedit.

§. 3. *primos*] non respectu temporis et originis, sed situs in prima Asia, quam ab Oriente exorditur. Sic infra I, 4, 4. in Africa primos ab oriente dicit Garamantas: ubi pro *accipimus*

accipimus Indos, et Seras, et Scythas. Seres media fere Eoae partis incolunt, Indi et Scythae ultima: ambo late patententes, neque in hoc tantum pelagus effusi. Spectant enim etiam meridiem Indi, oramque Indici maris (nisi quoad aestus inhabitabilem efficiunt) diu continuis gentibus occupant. Spectant et septentrionem Scythae, ac litus Scythicum (nisi unde frigoribus arcentur) usque ad Caspium suum possident. Indis proxima est Ariane, deinde Aria, et Cedrosis, et Persis ad finem Persicum. Hungari populi Persarum ambiunt, illum alterum Arabes. Atque his, quod in Africam restat, Aethiopum est. Illi Caspiani Scythis proximi finem Caspium cingunt. Ultra Amazones, ultraque eas Hyperborei esse memorantur.

legitur audimus. Seras] hanc graecam terminationem amat Noster. et Scythae] Haec verba minoribus distincta literis adparent, quia absunt ab omn. Mss. titis; primum ea addidit Edit. Venet. 1482. nec, quod verisimile est, sine libri scripti monito: certe a nexu desiderantur. spectant] Ut gr. Βατρυν de gentibus sign. habitare, de locis situm esse. aestus] solis, non maris.

§. 4. Ariane] Latius patet, quam Aria: haec nomen est unius regionis, illa totum Ariorum imperium complectitur, quippe qui plures subegerant populos. Auctores tamen Arios et Arianos promiscue et vage saepe ponunt et modo hos modo illos in eodem nexu commemorant. Mela tamen Arianae fines contrahit, dum Cedrosin ab ea separat; Aria etiam hoc situ et nexu posita nimis ab hoc tractu distat. In ipsa operis uberius expositione (III, 8, 4.) nec Arios habet nec Arianos. Carmanios, quos cum Cedrosis coniungit, hic ignorat. Illae regiones vocantur gr. Αεσιανη et Αεσια vel Αρσια: Ariana complectitur hodie Persida orientalem; Aria hodie Iran vel Herat esse putatur. cf. Mannert G. d.

Gr. u. R. T. V. p. 4 lqq. Ceterum pleraque subsequentium regionum populorumque nomina ita a librariorum sordidis manibus inquinata sunt et distorta, ut frustra ea purgare et reparare labores. Cedrosis] Unitior est forma Cedrosia. Cf. de h. regione III, 8, 4. Desert hic Carmania, quam l. c. populi nomine attingit; contra ibidem omisit Arianos et Arios, quos hic memorat. populi Persarum] ex industria sic dixit, quia proprie non Persae fuerunt adcolae, sed populi Persis subditi vel ab iis orti. Aethiopum] v. III. 9. in. Illic] i. e. ab altera parte, versus septentrionem. Hactenus enim litorales populos Asiae orientalis et australis indicaverat. Caspiani] Quia hic non tam regionem et locorum singulas partes persequitur, sed tantum summam complectitur, finem Caspium proprio mari dixisse videtur. cf. III, 5, 3. Tum vero Caspiani non sunt Caspii sensu artiori, sed omnino gentes Caspianae illiusque maris adcolae, cf. Curt. IV, 12, 9. Ultra] Progrediendo hinc porro ad occidentem, sic ut eius latus in septentrionem vergat. Amazonas] h. l. sunt Saurotatiades (v. III, 5, 4.) diversae ab

Interiora terrarum multae variaequae gentes habitant; Gandari et Paricani, et Bactri, Sugdiani, Harmatotrophi, Comaræ, Comani, Paropamisii, Dahæ super Scythas Scytharumque deserta. At super Caspium finem Chomari, Massagetæ, Cadusii, Hyrcani, Iberi. Super Amazonas

hiæ, quæ in Cappadocia habitant. *Hyperborei*] v. ad III, 5, 1.

§. 5. *Interiora*] Sunt regiones a mari remotas, quando de terris sermo est, uti ipse explicat l. 8, 2. *interius et longe satis a litore*; de mari est in medio mari, ut II, 7, 11. *Gandari*] Gr. *Γανδαρίοι*, *Γανδαρίοι* efferuntur et passim cum Gangeridis confunduntur. Habitatum primitus in Indis finibus ad Choaspen, at pars eorum ultra Paropamisum confedit. Herod. VII, 66. in Xerxis copiis cum Parthis, Chorasmis et Sogdiana coniungit et Stephanus *Ἰνδὴν urbem Γανδαρίων ἔκδοσιν* dicit. Igitur inter Indos et Scythas quaerendi sunt. *Paricani*] Sic pro *Pariani*, qui a Parie, Hellesponti urbe, vocantur, I, 19, 1., scripsimus: nam hi nostri ab omnibus Paricani vocantur et in Perside sedem habuisse videntur, cuius urbe commemoratur *Paricano*. Herod. III, 24. VI, 62 et 86. eos cum Caspiis coniungit. *Bactri*] etiam Bactriani, ut regio *Bactriana*, passim etiam *Bactria*, cuius urbs primaria *ἡ Βακτρα*. A Sogdiana dimovebatur Oxæ fluvio et vicina erat Ariæ atque Indiae, Margianæ et Paropamisadæ, ab Alexandro M. Persis erepta, post in Satrapia descripta et Arianae addicta, fertilitate celebrata. Ibi hodie Tatarum *Usbeks* s. *Charafan*. *Sugdiani*] v. III, 5, 6. *Harmatotrophi*] incertus populus, sub cuius nomine alii duo latere videntur. *Comaræ*] Ignoti, ut *Comani*. *Paropamisii*] v. III, 7, 6.

*Dahæ*] v. III, 5, 6. *super*] simplicem progressionem in quamcunque partem notat; hic a litoribus Asiae in eius interiora. Titius l. c. p. 208. nova hic facta distinctione deletaque Particula *quæ*, legit *Super Scythas Scytharumque deserta*, cum vulgaris lectio evidentem errorem adferat ex lib. III, 5 et 6 fin. At primum Codd. Vulgatam tuentur; deinde Noster hic gentes describit et regiones populis frequentatas; denique ultra Scythiæ deserta III, 5, 6. utique ex his aliquos populos collocat. Bene igitur se habent verba, modo artius cum præcedentibus connectantur. *Chomari*] In Bactriana produxit Ptolemaeus VI, 11, et addita adpiratione a Comaris distinxit, qui in Sacis fuerunt, proximi Massagetis. *Massagetæ*] Olim notante Strabone XI, p. 349. f. 567., trans Hyrcanum mare septentrionem versus habitantur. Ipse l. c. p. 352. f. 511. a Caspio inde mari penit Dahæ, deinceps ad Orientem magis Massagetæ et Sacæ; Herodotus I, 201. ad ortum trans Araxen, qui tamen hic non potest esse Armeniæ fluvius, sed *Oxus* iuxta Bactrianos, quos a Sugdianis dirimebat. Quia vero in Scythiæ populis numerantur, factum est, ut quidam, v. c. Iustin. I, 8. noram illam Cyri expeditionem in Scythas factam esse scriberent. *Cadusii*] Regio *Cadusia*. Tenebant Mediae oram montuosam iuxta mare Caspium vel latus Mediae ad septentrionem conversum. *Hyrcani*] v. III, 5, 4. *Iberi*] v. III, 5, 6.

et Hyperboreos Cimmerii, Zygi, Heniochoe, Gorgippi, Moschi, Cercetae, Toretae, Arimphaei, atque, ubi in nostra maria tractus excedit, Matiani, Tibareni, et notiora iam nomina, Medi, Armenii, Commageni, Murrani, Veneti, Cappadoces, Gallograeci, Lycaones, Phry-

*Hyperborei*] v. III, 5, 1. *Cimmerii*] antiquissimas plerumque sedes iis assignant in confinio Asiae et Europae septentrionalis et ad Bosporum et Tanain ponunt, unde etiam Bosporus Cimmerius nomen obtinuit. Hinc latius vagati in alias regiones migrasse feruntur. cf. Heynii Excurs. ad Virg. Aen. VI, 187. *Zygi*] vel *Zygi*] a Strabone ad Hyrcaniam prope Maeotida et Pontum ponuntur et cum Achaëis, Maeotis, Heniochis, Colchis coniunguntur. Vulgo legebatur *Cissi*, qui tamen nulli sunt. *Heniochi*] v. I, 19, 14. *Gorgippi*] eorum regio c. proximis populis vicinâ coniungitur a Strabone XI, p. 341. f. 495. Vulgo legebatur *Gorgi*, quod cognomen populi potius est, quam nomen, quod hic desideratur. *Moschi*] v. III, 5, 4. et de reliquis ad I, 19, 14. *Matiani, Tibareni*] Matiani inter Armeniam et Mediam existere, atque ideo a nonnullis Mediâe tribuuntur versus occidentem. cf. Strab. XI, p. 350. f. 509. In eodem tractu *Tibareni* quoque egerunt prope Trapezuntem. Dicuntur autem hi populi cum proximis siti, ubi in nostra maria excedit sc. Asia, i. e. ubi iam Asia procurrare incipit versus nostra maria inter meridianaque latus Euxini et Cyprium ac Pamphyliam usque in Aegaeum. *notiora nomina*] i. e. populi notioribus nominibus. Mirum vero hinc videtur, cur in ipsa operis expositione Medos omiserit, Venetos contra inseruerit. *Medi*] Regio ipsa *Media*, in confinio Hyrcaniae, Parthiae, Per-

sidis, Armeniae maioris et Assyriae. Cum suos olim habuisset reges, a Nino subacta in Assyriorum potestatem venit, qua exoussa late imperans Cyro rege in Persarum ditioem concessit; post Macedonibus, deinde Parthis paruit. Fertilitatem eius et equorum maxime praesentiam, quorum alimentis herba, *Medica* inde peculiariter dicta (Lucerne od. Burgundischer Klee, v. Voss ad Virg. Georg. I. p. 112.) inserviebat, auctores praedicant. *Ecbatana* fuit urbs primaria. Hodie regio vocatur *Irak Adschami*, vel *Iran Azerbidjiani, Gilan* et *Mazanderan* ex parte occidentali. v. Mannert Geogr. d. G. et R. T. V. p. 115. *Armenii*] v. III, 8, 5. *Commageni*] v. I, 11. in. *Murrani*] qui fuerint, prorsus ignoratur. Alii reponunt *Mariandyni*, qui tamen ad Bithynos infra c. 19. recensitos pertinent. Fortasse *Mariasi* a Mariane, Armeniae minoris parte. v. Ptolem. V, 7. certe propius ad Codd. scripturam; sed notiora nomina dare voluit Melae. Alii aliter; omnia incerta. *Veneti*] A Nepote ap. Plin. VI, 2. et Liv. I, 1, 5. vocantur *Hanoti*. Prisco sedes habuerunt in Paphlagonia, unde in Thraciam, Moesiam, Illyricum dispersi migrarunt, donec in Hadria confiderent, ubi h. Venetia. v. Curt. III, 1, 22. ibiq. Intpp. Mala ex veteri Geographia eorum sedes collocat. Diversi sunt *Venedi* in Sarmatia ad Vistulam. *Cappadoces*] v. III, 8, 5. *Gallograeci*] Graecis plerumque vocantur *Γαλάται*; Iul. Caes. de B. civ.

ges, Pisidae, Isauri, Lydi, Syrocolices. Rursus ex his, 6  
 quae meridiem spectant, eadem gentes interiora a litore  
 tenent usque ad sinum Persicum. Super hunc sunt Parthi

III, 4. et Livio simpliciter *Galli*. Populi fuerunt Asiae minoris, eorumque rex Deiotarus, ex Cicero-  
 none notus, et post Amyntam in Romanorum potestatem vene-  
 runt. v. Eutrop. VII, 10. *Lycæones*] Regio Lycaonia in con-  
 finio Cappadociae, Tauri et Phry-  
 giae sita; ex urbibus celebratur  
*Iconium*. v. Strab. XII, p. 391.  
 f. 568 *Phryges*] v. I, 19, 4. *Pi-  
 sidae*] Regio *Pisidia*, contermina  
 Lycaoniae, Isauriae, Cariae,  
 Phrygiae, maximam partem in  
 Tauri vertice sita, frugifera ta-  
 men vitiumque ferax. *Isauri*] Regio  
*Isauria* contingebat Lycaonia-  
 m, Pisidiam, Ciliciam. Urbs  
 celeberrima *Isaura*, gr. τὰ Ἴσαυρα.  
 Incolae atrocissimi infames, a  
 Servilio domiti sunt neque ta-  
 men ab his moribus desciverant.  
 v. Ammian. XIV, 2. et XXVII, 9. *Lydi*] Olim dicti  
*Μαίονες* (Herod. I, 7; VII, 74),  
 quos sola Homerus novit. Re-  
 gio *Lydia* fines habuit Phry-  
 giam, Cariam, Mysiam; urbs  
 regia olim *Sardes*. Ex regibus  
 inclauit Croesus. Post Lydi Per-  
 sis subditi fuerunt, unde ad Ale-  
 xandrum M. eoque mortuo ad  
 Meleagrum seu, ut alii volunt,  
 ad Menandrum transierunt, v.  
 Gronov. ad Iustin. XIII, 4, 15.  
 Terra fertilitate et Pactolo, au-  
 rifero fluvio, celebratur, eius  
 incolae autem luxuria et libidine  
 notantur. Hodie est pars *Nato-  
 liae*. *Syrocolices*] Dicuntur ea-  
 dem forma, quae Λιβυοκίχτιοι,  
*Μαυδοβίβυοι*, Syrophenices. Se-  
 des habuisse videntur ad Tau-  
 rum, in confinio Ciliciae et Sy-  
 riae. Mela saltu quasi facto a  
 Lydis huc desertur.

§. 6. eadem gentes] Ple-

rique Codd. legunt eademque  
 gentes; deinde in omni. Mitis  
 existat litora: sed interiora litora  
 vix commodum efficiant sentiam.  
 Nos scripsimus interiora, a litore,  
 inserto a, quod vox praecedens  
 absorpsit. Idem fecit Titius I.  
 c. p. 209. Infra I, 6, 2. plenius  
 dicit: interiorius et longe satis a li-  
 tore. At quaeritur, quae sint  
 eadem gentes? Quas ad hoc di-  
 iudicandum faciunt indicia. Me-  
 la ex situ haec adtulit: quae me-  
 ridiē spectant et tenent usque ad  
 sinum Persicum. Non igitur sunt  
*Gandari*, *Paricani* etc., a quibus  
 interiora terrarum tantum habi-  
 tati antea dixerat, nec qui pro-  
 miscue praecesserunt, quippe qui  
 ad sinum usque Persicum non ex-  
 tenduntur; sed *Indi*, *Ariani* et  
*Persae* esse videntur, quibus su-  
 pra relictis alios in interioribus  
 terrarum interposuit. Nunc ad  
 eos reversus; latius inde ab ora  
 maritima patentes loca Asiae in-  
 teriora usque ad Pers. sinum ha-  
 bitare indicat. *Parthi*] Gr. Παρ-  
 θυνοί, rarius Πάρθιοι; regio *Par-  
 thia*, gr. Παρθυαία seu Χόρα. Po-  
 pulus olim obscurus, ex Scythiis,  
 quod ferunt, egressus, post va-  
 rias dominorum, veluti Persarum,  
 Macedonum, Syrorum vice-  
 ces, cum a Seleuco, Arsace du-  
 ce, defecisset, ita potentia et  
 opibus crevit, ut Persas vinceret  
 et cum Romanis funesta gereret  
 bella, usque ad Artaxerxen, qui  
 Persarum in Oriente imperium  
 restauravit. Hic vero Parthia  
 non sensu latiori s. civili h. e. de  
 pristino Persarum regno, sed stri-  
 ctiori s. geographico sumenda  
 est, quo vicinam habet Mediam,  
 Hyrcaniam, Ariam et Carma-  
 niam. Urbs primaria et regia

et Assyrii: super illum alterum Babylonii, et super Aethiopas Aegyptii. Ripis Nili amnis et mari proxima iidem Aegyptii possident. Deinde Arabia angusta fronte sequentia litora adtingit. Ab ea usque ad flexum illum, quem supra retulimus, Syria, et in ipso flexu, Cilicia: extra autem, Lycia et Pamphylia, Caria, Ionia, Aeolis, Troas usque ad Hellespontum. Ab eo Bithyni sunt ad Thracium Bosphorum. Circa Pontum aliquot populi, alio alioque sine, uno omnes nomine Pontici. Ad lacum, Maeotici: ad Tanain, Sauromatae.

*Hecatompylos.* De Parthor. moribus et institutis v. Iustin. XI. l. 2 sq. deque fallaci eorum fuga cont. Burman. ad Propert. III. 7. 54. Regio, si *Damogian* Hecatompylos habetur. hodie *Comis* vocatur. *Assyrii* gr. *Assyrioi*, rariis *Assyres*, quorum regio Assyria huc quoque strictiori sensu sumenda est, cum olim eorum imperium latissime patuerit. Terminatur Armenia, Mesopotamia, Media et Susiana, ubi h. *Kjurdistan*. alterum] debet esse *Arabicus*. Sed quomodo super illum Babylonios ponere potest, cum super Persicum potius, quam Arabicum sinum habitarent? Ab eo enim discreti erant Arabia Petraea. Sed recte dicuntur Babylonii esse super sinum Arabicum, septentrionem versus, et Mela *super* vage, ut adsolet, et sic posuit, ut Arabiam desertam tacite complecteretur. Titius l. c. p. 209 substituit: *super plagam Arabum Babylonii*: qua audaci c. i. rectione non opus est. *Babylonii*] v. c. 11. *super Aethiopa*.] Cum Nilus ex Aethiopia decurrat et sic Aegyptii infra Aethiopas iaceant, adparet, *super* h. l. simplicem indicare progressionem versus septentrionem. Respicit autem ea, quae supra §. 4. de utroque sinu et Aethiopiæ situ dixerat. *Ripis*.] Cum supra §. 2. in

eius cum alveo Nili ripis descendere in pelagus dixerit, nunc eam terram describit, quae eis Nili ripas ex Asia restabat. cf. c. 4. in. et c. 9. in. Pluralem *Hecatompylos* item supra §. 2. de uno fluminis latere posuit; est autem datus a voce *proxima* pendens. *Aegyptii*] quia paullo prius adfuerunt, quidam non temere ad glossam reiciunt. *Arabia*] Petraea post Canopicum Nili ostium, ubi prope Idumaeam tenui fronte mare mediterraneum prospicit, uti Ptolemaei tabula Asiae 4. indicat. cf. c. 10. *fronte*] i. e. Isthmo, qui est inter mare mediterraneum et sinum Arabicum. *sequentia litora*] quae sunt inter Aegyptum et Phoeniciam. *ab ha.*] sc. fronte s. Isthmo. *flexum*] int. sinum Isthmum, de quo §. 2. *primum se ingenti ambitu incurvat.* *Syria*] Phoenicem complectitur. De singulis regionibus deinceps huc recensitis infra pluribus dicitur. *extra*] de Asia minori cogita. *Lycia*] Praeposito ordine ponitur, quia Ciliciae propior, Pamphylia, quam Lycia est. *aliquot populi*] praeter eos, quos iam supra nominavit, Venetos, Cappadoces. *Ponticorum* tamen nomine h. l. Mela artiori sensu eos complectitur, qui sub Mithridatis, Ponti regis, imperio ad Pontum erant.

## C A P. III.

*Brevis Europae descriptio.*

Europa terminos habet ab oriente Tanaim, et Maeo- 1  
tida, et Pontum; a meridie reliqua nostri maris; ab occi-  
dente Atlanticum, a septentrione Britannicum Oceanum.  
Ora eius forma litorum a Tanai ad Hellespontum, qua  
ripa est dicti amnis, qua flexum paludis ad Pontum redi-  
git, qua Propontidi et Hellesponto latere adiacet, contra-  
riis litoribus Asiae non obposita modo, verum etiam similis  
est. Inde ad Fretum nunc vaste retracta, nunc promi- 2  
nens, tres maximos sinus ellicit, totidemque in altum se

## C A P. III.

§. 1. *Europa*] Gr. *Εὐρώπη*. No-  
minis originem ab Europa, A-  
genoris filia, derivant plerique,  
etsi eam obscuram dicit Herod.  
IV. 45. *Pontum*] κατ' ἑξῆς δὲ  
Ponto Euxino; *Atlanticum*] a  
coeli plaga vocant etiam *Hespe-  
rium* et obponunt *Eoo*. Proprie  
sensuque artiori est illud mare,  
quod Europam et Africam ab oc-  
cidente adluit et prope Gades in  
terram irrumperē dicitur: sic  
Noster h. l. ponit. Latiori sensu  
alii, ita ut plura complectatur  
totamque adeo terram cingat. v.  
Cicer. in Somn. Scip. I, 6. *Brit-  
tanicum*] Latiori sensu ponit de  
Oceano septentrionali, cum alii,  
v. c. Plinius IV. 33. l. 19. inter  
Rhenum et Sequanam ponant.  
Sic Pyrenaeum in Britannicum  
Oceanum procurere scribit II,  
6, in. ubi Ptolemaeus II, 6. in.  
cum aliis *Cantabricum* habet.  
*Ora eius forma litorum*] Locus  
hic variis coniecturis sollicitatur,  
etsi in primis eius verbis eun-  
dem tenorem servant. Offendunt,  
quae, si interposita tacite tollas,  
inter se cohaerent *forma litorum*  
— *contrariis litoribus* et ad h. sen-  
sum rediguntur: Ora Europae  
contrariae orae Asiae respondet.  
Variandi igitur gratia dixit; cog-

*trariis litoribus Asiae*. Tum ver-  
ba *formae litorum* redundant. Qua-  
lis autem existat locus, sic expedi-  
ri potest, ut ora totum undi-  
que complectatur, litora partes  
indificent, quae oram illam effi-  
ciant, unde sensus: Ora eius, si  
formam litorum spectes, plane  
obpositis Asiae litoribus similis  
est. cf. I, 2, 2. *Forma* ablati-  
vus absolutus, ut alia et mox *la-  
tere* dicitur. *qua Propontidi*] Ti-  
tzius l. c. p. 210. ante *Propontidi*  
inseruit *Ponto*, quae vox Vadiano  
sine Codd. debetur. *latere*] Mela  
tum *latera* agnoscit, ubi  
mare sic arctatur, ut obpositae  
invicem terrae conspici possint,  
cf. c. 18. extr. *facitque, ut iterum  
sorrae, qua fluit, latera sint.* adde  
II, 1. in.

§. 2. *Inde*] ab Hellesponto ad  
fretum Gaditanum. *retracto*] Terra  
dicitur retrahi, re-edere,  
cum mari largius aperit spatium.  
*maximos*] Utitur superlativo, quia  
plures magni, et pauci maximi.  
Plinius III, 1. quatuor facit maxi-  
mos praecipuosque Europae sinus,  
primum a Calpe usque ad Locios  
et Bruttios; alterum a Lacinio  
promontorio ad Acroceraunium  
Epiri (III, 15 l. 16.); tertium in-  
de ad Hellespontum; quartum  
ad Maeotidis ostium. Quos Mela



- magnis frontibus evehit. Extra Fretum ad occidentem inaequalis admodum, praecipue media, procurrit: ad septemtrionem, nisi ubi semel iterumque grandi recessu abducitur. paene ut directo limite extenta est. Mare, quod primo sinu accipit, Aegaeum dicitur: quod sequenti, in ore, Ionium: Hadriaticum, interius: quod ultimo, nos Tuscum, Graii Tyrrenum perhibent. Gentium prima est Scythia, alia quam dicta est, a Tanai in media ferme Pontici lateris; hinc in Aegaei partem pertinens Thracia Macedoniae adiungitur. Tum Graecia prominet, Aegaeumque ab Ionio mari dirimit. Hadriatici latus Illyris occupat. Inter ipsum Hadriaticum et Tuscum Italia procurrit. In Tusco intimo Gallia est, ultra Hispania. Haec in occidentem, diuque etiam ad septemtrionem, diversis frontibus vergit. Deinde rursus Gallia est, longe et a nostris litoribus huc usque permessa. Ab ea Germani ad Sarmatas porriguntur, illi ad Asiam.

## C A P. IV.

*Brevis Africae descriptio.*

- 1 Africa ab orientis parte Nilo terminata, pelago a ceteris, brevior est quidem, quam Europa, quia nec usquam

intelligat, ipse deinceps docet. *totidem*] ad Graeciam, Italiam et Hispaniam refer. *altum*] de mari frequentant poetae, tamen occurrit ap. Cicero. pr. Murena c. 2. Livium XXXVI, 15. *frontibus*] de promontoriis, quibus accommodatur verbum *evehit*. *media*] ad Hispaniam. *semel iterumque*] primus recessus in Gallia est, de quo III, 2, 1. alter in Germania, de q. III, 3, 4. *paen*] nempe veteres ignorabant totum Sueciae hodiernum regnum, unde directum limitem ponebant per mare Balticum; quod pro Oceano habuerunt.

§. 3. *Aegaeum*] de quo et Ionio ad II, 3, 3. *Hadriaticum*] de quo et Tusco ad II, 4, 1. *in ore*] prope Peloponnesum versus Epirum. Eius et Hadriatici discrimen prope Hydruntem statuit Plinius III, 16, s. 22.

§. 4. *Gentium*] Utitur h. voce pro regionibus, ut subiuncta docent. Sic Nepos in Datam. c. 4, 1. *Cataonia*, quae gens — *Ciliciam*. Florus II, 7. *Gentes Macedonia*, *Syria*, *Graecia*. Genitivum ponit, ut alibi, ubi recensum agit locorum per classes distinctorum. cf. III, 3, 5. *alia*] nempe haec *Europaea*, altera *Asiatica*. *Thracio*] Daciam utramque et Moesiam Scythia et Thracia comprehendit, ut apparet ex libr. II, 1, 8. Ceterum notanda elegans elocutionis variatio in verbis *adiungitur*, *prominet*, *dirimit*, *occupat*, *procurrit*.

§. 5. *diversis*] Ut Mela ipse interpretatur, ad occidentem et septemtrionem.

## C A P. IV.

§. 1. *Africa*] Graecis plerumque dicitur *Αἰθῶν*, posterioribus

Asiae, et non totis huius litoribus obtenditur, longior tamen ipsa, quam latior, et, qua ad fluvium adtingit, latissima, utque inde procedit, ita, media praecipue, in iuga exsurgens, pergit incurva ad occasum, fastigatque se mol-

raro *Appian.* cf. Cellarii Geogr. antiq. lib. IV. §. 2. incolae *Asiavae*, Afri. Sensu ponitur vel latiori, ut hic, vel strictiori, ut c. 7. Terminos indicavit Noster, qui eam circumnavigari posse, ex aliorum testimonio evincere studeat. III, 9. 3. ultra 12. gradum veteribus tamen incognitam fuisse, ex Ptolemaeo IV, 9. adparet. *Nilo*] Parum sibi in hoc termino constant auctores. Nilum ponit terminum Mela supr. I, 1, 6. cum aliis, et si et Catabathmon c. 8; alii Alexandria, v. c. Hirtius d. b. Alex. c. 14. vel sicut Arabico disterminant, ut Strabo I, p. 24. l. 35. *brevior*] i. e. minus longa. Nempe fingit lineam ab ora Mauretaniae occidentali ad Catabathmon s. Nilum, Africae terminum, quam comparat cum simili linea a Lusitania ad Tanain, Europae terminum; quae cum illa sit maior, Africam breviorē indicat. *non usquam*] Hanc lectionem omnes Codd. et Editt. probant, quam tamen in *usque* mutavit Vossius recepitque Titius. Sed cum Mela I, 2. Asiani Africamque Nili ripis terminari scripserit, languidum sane erat hic monere, *hinc usque* i. e. non semper Africam Asiae obtendi litoribus: ex quo ipso adparet, utique usquam obtendi. Quocumque te veritas, latius haec et laxius a Mela dicta esse, in aprico est. Ut tamen Melam aliquatenus tueretur Perizonius, haec notavit: Africae initium ducit Mela a Cyrenaica et Aegyptum adscribit Asiae; atque adeo tunc exigui spatii, quo Cyrenaicae extremae Cariae et Ioniae in Asia obtendantur, nul-

lam voluit habere rationem, quum Europa ab Aegaeo mari usque ad paludem Maeotin longe ultra Africae longitudinem re vera in Orientem excurreret et Asiae litoribus obtenderetur. *Asiae* est Genitivus, qui pudent a *litoribus*. *Huius* referat ad Europam, cuius litoribus Africa obtenditur tantum a parte Hispaniae, Italiae et Graeciae. *longior*] ab oriente ad occasum, ut docet I, 1, 3. Strabo lib. XVII, p. 567. l. 825. latitudinem facit 13000. vel 14000. stadiorum, longitudinem duplo fere maiorem; nempe veteres ignorabant recessus ultra aequationem. Hodie enim constat, Africam insigni parte esse latiorē, quam longiorē. cf. Mannert Geogr. d. Gr. u. R. T. I. p. 60. *fluvium*] Nilum; ad cuius fontes exquirendos frequenter itinera fecerunt, Praepositio *ad* si deesset, non desideraretur; eam tamen cum Codd. omni. tum similia exempla probant; sic §. 5. libri plerique: *quod in mare adtingunt*, cf. Heinsius ad Ovid. A. A. II, 701. *exsurgens*] apte de montium iugis, quae planis locis et depressis obponit, cf. II, 4. in. Rem adfirmat Herod. IV, 181. *incurva*] cum de extremitate valeat, adparet, Melam in describenda Africa a Nilo vel oriente ad occasum progredi, ut interiori formae adiungat extremas partes. Sic *incurva litora* passim apertius dicit. Eodem sensu intelligi debent verba *fastigat se molliter*. *fastigat*] Sensus: Cum ad Nilum lata sit Africa, prout ad occasum pergit, sensum sensimque in artius spatium contra-

- liter: et ideo ex spatio paullatim adductior, ubi finitur, ibi  
 2 maxime angusta est. Quantum incolitur, eximie fertilis: verum quod pleraque eius inculta, et, aut arenis sterilibus obducta, aut ob situm coeli terrarumque deserta sunt, aut infestantur multo ac malefico genere animalium, vasta est magis, quam frequens: Mare, quo cingitur, a septentrione, Libycum; a meridie, Aethiopicum; ab occidente,  
 3 Atlanticum dicimus. In ea parte, quae Libyco adiacet, proxima Nilo provincia, quam Cyrenas vocant: dein, cui totius regionis vocabulo cognomen inditum est, Africa. Cetera Numidae et Mauri tenent: sed Mauri et in Atlanticum pelagus expositi. Ultra Nigritae sunt et Pharufii usque ad Aethiopas. Hi et reliqua huius et totum latus, quod meridiem spectat, usque in Asiae confinia possident.

hitur. Huc facit locus infr. III, 10 5. ubi in finem sui fastigantis se Africae novissimus angulus. molliter] i. e. sensim, leniter, quae voces alibi addi solent. ex spatio] h. vocem Mela de latitudine usurpat; ex sign. post. ergo h. l. postquam spatiosa fuit. adductior] h. e. contractior, angustior; metaphora ab aurigis, sagittariis ducta est et ad alias res, terras etiam translata. Strabo lib. II. p. 89. l. 150. *ευνάγεται. finitur* ad fretum Gaditanum.

§. 2. fertilis] Fertilitas Africae a pluribus laudatur; hinc *messes Libycae* in proverbio uberrimae dicuntur. v. Intpp. ad Horat. I, od. 1, 10. *obducta*] i. e. tecta arenis, quas frequenter memorant Poetae. v. Bentlei. ad Horat. III, od. 4, 31. Innuuntur autem omnino loca vasta et inculta, in quibus nota sunt deserta Barcae et Sariae. cf. Poiret voyage en Barbarie praef. p. 2. sqq. *ob situm*] Situs coeli, quando non pluit, hinc terrae, quando fontes defunt, hinc ap. Diogen. Laer. IX, 81. *ἀνύδρος Λιβύη*. Id maxime obtingit sub tropico Capricorni. Hinc vero *arida, aestifera, torrida, sitiva, sitis, ardens, anhelans* de hoc Africae

tractu usurpatur. cf. Curtius ad Sallust. Jug. c. 19, 6. *malefico*] i. e. vel venenato vel hominibus infesto, et intelligendi sunt serpentes et leones, quibus abundabat: hinc *Λιβύη θυριώδης. vasta*] h. vox Nostrorum de lato ambitu magnoque spatio usurpatur. *Libycum*] pars interni maris, quae Libyam attingit. *Aethiopicum*] pars Indici. *Atlanticum*] pars magni Oceani ab Atlante monte.

§. 3. *quam*] Non *quas*, quia verbum, non res explicatur. sic Mela III, 1, 10. *flumon, quod Saliam vocant*. Cornel. Nep. in Paul. c. 3, 6. *genus hominum, quod Helotes vocatur. Cyrenas*] v. c. 8. in. Provinceiam *Cyrenaicam*, urbem *Cyrenon* vocat: passim tamen *Cyrenas* de provincia vel de agro legitur. H. *Barcan. Africa*] Minor, Carthaginiensium regnum constituens. *Mauri*] extremi e populis mari Libyco adiacent. *expositi*] de extensione in longitudinem et latitudinem. *ultra*] versus meridiem. *Nigritae*] v. ad III, 10, 4. *Pharufii*] v. ad III, 10, 3. *Aethiopes*] v. ad III, 10, in. *reliqua huius*] [sc. Atlantici litoris. *Asiae confinia*] ad Aegyptios usque et Arabas.

At super ea, quae Libyco mari adluuntur, Libyes Aegyptii sunt, et Leucoaethiopes, et natio frequens multiplexque Gaetuli. Deinde late vacat regio, perpetuo tractu inhabitabilis. Tum primos ab oriente Garamantas, post Augilas et Troglodytas, et ultimos ad occasum Atlantas audimus. Intra (si credere libet) vix iam homines magisque semiferi, Aegipanes, et Blemyae, et Gamphalantes, et Satyri, sine tectis ac sedibus passim vagi, habent potius terras, quam habitant.

Haec summa nostri orbis, hae maximae partes, hae formae gentesque partium. Nunc exactius oras situsque dicturo inde est commodissimum incipere, unde terras Nostrum pelagus ingreditur; et ab iis potissimum, quae influenti dextra sunt: deinde stringere litora ordine, quo ia-

5

§. 4. *super*] de h. praepositione v. ad I, 2, 3. Nunc interiora terrarum describit. *Libyes Aegyptii*] Plin. V, 8. in versus superque Gaetulos ponit; Ptolemaeus IV, 5. inter Oasites et Aethiopes sub Aegypto. *Leucoaethiopes*] ita adpellantur, quia sunt minus nigri, quam interiores. Simil. III, 7; 5. *atrae gentes* et quodammodo *Aethiopes* in India. In eorum situ discrepant auctores: ubi eos Noster ponat, ex connexis populis adparet. *Gaetuli*] v. ad III, 10, 4. hanc nationem multiplicem vocat, quia non hic tantum memorantur, sed et in interiori Numidia et alibi ad Oceanum Atlanticum. *late vacat*] supra Gaetulos versus orientem et meridiem. *Garamantas*] Hi Romani sub Augusto, quam eos domuerit Balbus, magis innotuerunt. cf. Florus IV, 12, 41. Herod. IV, 174. eos ad orientem Libernum ponit, ubi h. *Fozzan*. *Augilas*] qui a Garamantibus distabant 10 dierum itinere. Herod. IV, 183. Progreditur autem. Mela in enarrandis populis ab oriente ad occasum. *Aegipanes*] de his sequentibusque populis narrat infra c. 8. *habent*] i. e. possident, tenent,

neque tamen colunt, quod complectitur aedificia et domicilia. Respondent sibi invicem verba *passim vagi et habere, sine tectis et sedibus et habitare*. Sic Livius V, 35, 5: *agrum latius possidero, quam colere eodem sensu dixit, et Strabo de Massagetis ἔχοντες χωρὰν οὐ γυνυσοῦσιν.*

§. 5. *summa*] in 1. capite. *maximas partes*] capp. 2. 3. 4. *oras*] in Prooem. §. 2. *oras omnium et litora, et intra extraque sunt*. *Oras* autem significant fines. *Situs* de illarum forma, connexu, progressu. *unde*] a Mauretania et Hispania, unde etiam Plin. V, 1. in *terrarum initia facit*. Noster internum mare ingressus, quae a dextra sitae erant regiones, inde a Mauretania primum describit, circumvectusque finito cursu subsistit in Hispania a laeva parte introeunti posita. Plerique orbis descriptionem ab Europa, tanquam cultiori parte incolis et urbibus frequentiori exordiantur. Noster alium ordinem, quippe qui esset omnino arbitrarius, tenere maluit. *stringere*] est tangendo leviter praeterire; post *legere* est progrediendo certam aliquam viam, lineam sequi. Utrumque

cent, peragratisque omnibus, quae mare adtingunt, legere etiam illa, quae cingit Oceanus; donec cursus incepti operis, intra extraque circumvectus Orbem, illuc, unde coeperit, redeat.

## G A P. V.

*Particularis Africae descriptio.*

## MAURETANIA.

1 Dictum est Atlanticum esse Oceanum, qui terras ab occidente contingeret. Hinc in Nostrum mare pergentibus, laeva Hispania, Mauretania dextra est; primae partes, illa Europae, haec Africae. Eius orae finis Mulucha: caput atque exordium est promontorium, quod Graeci Ἀμπελουσίαν, Afri aliter, sed idem significante vocabulo,

etiam a proficis dicitur et in hac orationis forma a Nostris apte ponitur. Non minus aptum est *peragraré. cursus*] de navigatione, ut *ire*, et gr. *πείθειν*. Ceterum a re nautica colores petunt auctores in descriptionibus. cf. Cicero in Brut. c. 13. Ovid. Fast. 1, 4. *mare*] internum s. nostrum ex connexu. Quidam in cura Missis multis praepouunt, duriter; aut varie hanc vocem tentant et immutant. Nos omisimus, ut etiam Titius fecit: *coeperit*] Editt. pr. sic commode praefertur: aliae *cooperat*, cui sectioni Codd. renituntur. Illud Nostris ausibus dedisse videtur et ad futurum exactum referri debet.

## C A P. V.

§. 1. *Dictum*] v. c. 3. init. et 4. 2. *terras*] nempé Europam et Africam. *Hinc*] i. e. ex Oceano. *Mauretania*] Rectius sic, quam *Mauritania* scribitur. Gr. *Μαυρονία* et incolae *Mauri*, etiam *Maurusii*, rarius *Mauretani*. Veteres unam faciunt regionem, posteriores, Claudio auctore, vel Caligula, in *Tingitanam* et *Ca-*

*sarionsam* dividunt. Prior pars, a *Tingi* fluvio dicta, veterem Mauretanium comprehendebat; posterior, ab urbe *Caesarae* nominata, a *Mulucha* fluvio incipiebat. De Mauretaniae ambitu diversa tradunt auctores et hanc ob causam Jubaro modo Mauretaniae, modo Numidiae regem faciunt. Noster terminos statuit juxta mare internum ad *Mulucham*; juxta Oceanum III, 10, 4 et 5. ad *Nigritas* et *Gastulos*. Hodie *Fes* et *Maresco*. *Mulucha*] Straboni *Μολυχάδ* dicitur, itemque Ptolemaeo IV, 1. et deinceps *Malva*, qui utriusque Mauretaniae terminos facit, sic ut plerique eundem habeant fluvium. At quia post *Μολυχάδ* et Portum Magnum conlocat urbem *Sigam*, cui alium fluvium *Χυλομάδ* subjicit, quidam hunc corrupto nomine de *Mulucha* intelligunt: diversosque auctores Ptolemaeum secutum esse putant. Si *Siga* h. est *Tackumbrut*, uti Shaw Voyagés etc. T. I. p. 15. statuebat, non *Mulloiah*, sed remotior fluvius *Tafna* *Mulucha* esse videtur. *caput*] apte de promontorio, quod existat, Ἀμπελουσίαν]

adpellant. In eo est specus Herculi sacer: et ultra specum 2  
 Tinge, oppidum pervetus, ab Antaeo (ut ferunt) condi-  
 tum. Existat rei signum, parma elephantino tergori ex-  
 secta, ingens, et ob magnitudinem nulli nunc usuro habi-  
 lis; quam locorum accolae ab illo gestatam pro vero ha-  
 bent traduntque, et inde eximie colunt. Deinde est mons 3  
 praecatus, ei, quem ex adverso Hispania adtollit, obiectus:  
 hunc Abylam, illum Calpen vocant, Columnas Herculis  
 utrumque. Addit fama nomini fabulam, Herculem ipsum  
 iunctos olim perpetuo iugo diremisse colles, atque ita ex-  
 clusum antea mole montium Oceanum, ad quae nunc in-

so. ἀμπερ, quam tamen ignorant omnes auctores gr.; qui existant, est in ea et hic et III, 10. extr. Codd. consentiunt. A vitibus autem, quarum singularem magnitudinem in Mauretania Strabo lib. XVII. p. 568. l. 826. praedicat, plura loca cognomen sumserant; ut docet Stephanus l. v. Ἀμπελος. Afri aliter] nempe Cota, uti e Plinio V, 1. discimus. H. Cabo de Spartel. cf. Chenier recherches — sur les Maures T. I. p. 72.

§. 2. Herculi] Omnia hic sunt plena Herculis. Specum sine dubio Lucan. IV, 601 sqq. describit. Tinge] Ita Codd. volunt omnes, est usitator forma ex graeco est τινγε l. τινγι, unde etiam Mauretania Tingitana dicitur; hodie Tanger esse creditur. cf. Chenier l. c. p. 70. Antaeo] Qui fuit filius Terrae l. Neptuni; immani corpore gigas, hospites secum luctari cogebat, delassatos interficiebat, sed ipse prostratus a Terra matre geminatis viribus excitabatur. Eum Hercules suspensum tenens tam diu compressit, donec exspirasset. cf. Lucan. IV, 613 sqq. Stat. Theb. VI, 890. existat] aptius; quam est, quia signum adparet, eminet. parma] Parmas, quas caestras adpellare solebant, maxime Afri tribuerunt, ut docet Servius ad Virgil. Aen. VII, 732.

tergori] nam tergus est reliqua cute durius, maxime in elephantis. habilis] i. e. apta, commoda. Sic Tacitus de Germ. c. 6. ferrum ad usum habile.

§. 3. adtollit] ex more poetarum vividius, pro qui est ex adverso in Hispania. Abylam] sic et Graecor' ἀβύλαν, sed et ἀβιλύκη, ἀβιλύκη, Ἀβίνα. Hodie Sierra de las Monas l. Mont aux Singes. Calpe] v. ad II, 6, 8. Columnas Herculis] gr. Ἡράκλειοι σῆλαι vel simpliciter σῆλαι. Lucan. IX, 654. Hesperiae columnae et Dionys. Perieg. v. 454. τίματα Ὀκεανοῦ. In earum numero dissentiant auctores: alii enim unam, alii duas, tres, quatuor etiam memorant, itemque varie eas explicant de Herculis statuis, de urbibus, collibus, insulis. Itineria terminos ab Hercule statutos fuisse quidam putant, quibus iudicandis eas olim inserviisse docet Strabo III, p. 117. l. 170. Quo Mela eas retulerit, adjuncta declarat. Ultra eas navigari non posse, olim iactabant. nomini] i. e. fama fabulam addit, quae causam nominis exponit. Vulgo nominis legebat, sensu minus commodo, et si sic plerique Codd. volunt. perpetuo] i. e. continuo. mole montium] velut aggero interjecto. Aptae autem dixit mole ad notandam montium altitudinem et impedimenti obiecti magnitudinem.

undat, admissum. Hinc iam mare latius funditur, sub-  
 4 motasque vastius terras magno impetu inflectit. Ceterum  
 regio ignobilis, et vix quidquam illustre sortita, parvis op-  
 pidis habitatur, parva flumina emittit, solo, quam viris,  
 5 melior, et segnitia gentis obscura. Ex iis tamen, quae com-  
 memorare non piget, montes sunt alti, qui continenter et  
 quasi de industria in ordinem expositi, ob numerum septem,  
 ob similitudinem Fratres nuncupantur. Tamuada fluvius,  
 et Rusgada, et Siga, parvae urbes; et portus, cui Magno  
 est cognomen ob spatium. Mulucha ille, quem diximus,

De re ipsa vario tradunt aucto-  
 res, et tempestatibus terraeque  
 motibus fere adscribunt. Id au-  
 tem post bellum Trojanum acci-  
 disse, tradit Eratosthenes ap. Strab.  
 I. p. 26. l. 38. qui tamen illum  
 refutat. [submotas] v. supr. l.  
 1. 4. abigit vasto cedentia litora:  
 idem vero verbum usurpat II. 3. 7.

§. 4. ignobilis] Ita Melae quidem  
 tempore. Nam quod adfirmat  
 Plin. V, 1. l. 2. ballis adconuata  
 est (Maurorum gens) et ad pau-  
 cas familias redacta, id imprimis  
 factum est bello Iugurthino. par-  
 vis oppidis] Plinius l. c. castella  
 ferme habitant. solo] Pars ma-  
 xime litoralis est feracissima, un-  
 de et hodie frumentum petitur;  
 sed incolae desides et vagi, qui  
 haerebant, ubi quid natura spon-  
 te produxisset.

§. 5. ob similitudinem] Sec.  
 Plinium V, 2. l. 1. a simili ali-  
 tudine septem fratres adpellati  
 sunt. Propriam tamen adpella-  
 tionem in Punica lingua habuisse,  
 quae per synonymiam gr. et lat.  
 linguae responderet, non temere  
 existimat Rezzonici in Disquis.  
 Plin. T. II. p. 68. et fortasse, quae  
 h. incolis usurpetur Beniaros.  
 Prope Cauta h. quaeruntur. Pli-  
 nius diserte, freto, inquit, immi-  
 nent hi, juncti Abylas, a quo  
 monte Mela minime scœre vit,  
 sed tantummodo interposuit ex-  
 plicationem de columnis Hercu-  
 lis. Notanda vero hic est trans-

latio vocum frater et soror in utro-  
 que lingua ad res inanimatas,  
 quarum intercedit similitudo,  
 unde et *adipos* per *quosa* expli-  
 cant Grammatici. [Tamuada]  
 Parvus fluvius, quem hodie *Be-  
 dies* vocari putant. [Rusgada]  
 Vulgo inde a Vossio legebatur  
*Rusadir*, quo fere nomine alii hanc  
 urbem ponunt, et Plinius V, 1.  
 l. 2. sed Codd. vel *Rusficada* vel  
*Rusfigada* praeserunt, quod ali-  
 quantum discrepat a *Rusadir*. In  
 ejus nomine hodierno parum con-  
 stant VV. DD.: fortasse ex seris  
 Pliniana, si eandem urbem, me-  
 tata tantum terminatione, sta-  
 tuas, est *Melitia*. Praeposita vox  
*Rus* est Punica, Arabibus hodie  
*Ras* h. e. caput, promontorium.  
 [Siga] Varias haec urbs exportu  
 est conversiones. Aetate Strabo-  
 nis diruta jacebat, sed post re-  
 lecta est, eamque Syphacis re-  
 giam plures faciunt. De hodie-  
 no nomine incerta adferuntur et  
 ambigua. v. supr. §. 1. Alii *Tej-  
 mote*, alii *La Guardia*, alii *Are-  
 gol* esse putant. [Magno] No-  
 minis eandem causam jactat Pli-  
 nius V, 1. l. 2. Hodie videtur  
 esse urbis *Masalquivir*. cf. Poi-  
 ret Voyage en Barbarie praef. p.  
 20. Ceterum Dativus hoc in ne-  
 xu et alibi notatur. [Mulucha]  
 v. supr. §. 3. Melam illustrat Sal-  
 lust. Iug. c. 92, 5. flumen *Mul-  
 cha*, quod Iugurthae *Bocchique*  
 regnum disjungebat.

etatis est; nunc gentium, olim regnorum quoque terminus, Bocchi Iugurthaeque.

## C A P. VI.

## N U M I D I A.

Ab eo Numidia ad ripas exposita fluminis Ampsaci, spatio quidem, quam Mauretania, angustior est, verum et culta magis et ditior. Urbium, quas habet, maximae sunt, Cirta procul a mari, nunc Sittianorum colonia, quondam regum domus; et, Syphacis cum foret, opulentissima. Iol ad mare, aliquando ignobilis; nunc, quia Iubae regia

## C A P. VI.

§. 1. Numidia] Gr. *Numidia*, populi *Numidae*, gr. *Νουάδες*, et hoc nomen omnino de populi regis usurpatur. Veteres ejus terminos ipse designavit Mela; post ejus partem Mauretaniae Caesariensi adscriptam fuisse supr. c. 5. notavimus. Ampsaci] Hic fluvius hodie putatur esse *Suf-jimmer* s. *Kummel*. Ceterum Genitivus pendet a fluminis, qua ratione Latini nomen proprium et appellativum, sive illud praecedat, sive sequatur, ponere solent, cf. Oudendorp. ad Iuk. Caes. d. b. g. III, q. in. et Staveren ad Corn. Nep. l. 1, 4. angustior] versus mare mediterraneum, magis] notanda captatio varietatis in exprimendo comparativo, quam itidem alii scriptores frequentant, Rem confirmat Sallust. Iug. c. 16. Cirta] incolae *Cirtenses*; urbs Iugurthae tempore validissima. v. Sallust. Iug. c. 25. post excidium restaurata et in Constantini M. honorem *Constantina* dicta est, quod nomen remansit. De ejus ruderibus v. Shaw Voyages T. I. p. 156 sq. procul a mari] in quo et alii consentiunt et hodie nunc situs, qui 45 mil. angl. efficit. At difficultatem objicit Sallust. Iug. c. 21., qui non procul a mari eam sitam esse ostendit: qui ipse c. Mela conciliandus esse

videtur, si cogitemus, Iugurthae et Adherbalis exercitus inter Cirtam et mare castra habuisse et hinc non longe a mari. Nam procul omnino separationem a loco notat et de spatio non longo etiam dicitur, ut II, 3, 5. *sons faços, ubi sine igne procul admoventur, accendit.* cf. Perizon. ad Sanct. Min. T. I. p. 182. ed. Bauer. Sittianorum] a P. Sittio Nucerrino, de quo et Sittianis v. Sallust. Cat. c. 21. Nempes Sittius cum Remas judicium evalisset, collectis ex Italia et Hispania copiis, adjunctis exulibus quibusdam, in Mauretanium trajecerat, post, cum Caesarem contra Pompejum adjuvisset, praemium tulerat Masinissae aliquam portionem, quam militibus suis divisit. cf. inpr. Appian. d. B. C. IV, 54. *regum*] Masinissae et successorum, ut docet Strab. XVII. p. 572. l. 832. *domus*] post regia. Syphacis] Hic duas habuit regias, unam in Mauretania, cujus rex erat, *Sigam*, alteram in hac Numidia parte, quam occuparat, *Cirtam*: nempes singula regna suas etiam habuerunt urbes regias. *opulentissima*] cf. Hirtius d. b. Afr. c. 25. qui et ipse eam *oppidum regni opulentissimum* vocat. Iol] Gr. *Ἰόλα*, Caesarea vocata est in honorem Augusti a Iuba, Ptolemaei patre, ut adfirmat Strab. XVII.



fuit, et, quod Caesarea vocitatur, illustris. Citra hanc (nam in medio ferme litore sita est) Cartima et Arfima sunt oppida, et Quiza castellum, et Laturus sinus, et Sardabale fluvius. Ultra, Monumentum commune regiae gentis; deinde Icosium et Ruthisia urbes, et fluentes inter eas Savus et Nabar, aliaque, quae laceri nullum rerum famaevae dispendium est. Interius, et longe satis a litore, (si fidem res capit) mirum ad modum, spinae piscium, numquam ostrearumque fragmenta, saxa adtrita (uti solent) fluctibus, et non differentia marinis, infixae cautibus ancorae, et alia eiusmodi signa atque vestigia effusi olim usque ad ea loca pelagi, in campis nihil alentibus esse inveniri que narrantur.

p. 571. l. 831. post a Claudio coloniae iure donatam, narrat Plinius V, 1. l. 2. In hodierno nomine discrepant: alii *Alger*, alii *Ser-Sil. Tabae*] Hic diversas esse ab eo, qui se Pompeji et Caesaris bello immiscuit, in eoque periit. Noster fuit illius filius, pater Ptolemaei ex Cleopatra, Antonis et Cleopatrae filia, qui illi in imperio successit, ut diserte scribit Strab. lib. XVII. p. 570. l. 828. Celebratur ex barbaris Numidis inter eruditissimos historicos a Plutarcho, qui ideo captivitatem, qua Romae, patre victo, tenebatur, *μακαριότητα* vocat. *Citra*] i. e. versus Occidentem. *Cartinna*] Plerique Cartennam efferunt, inde *Cartennenses* et *Cartennitani*. Hodie aliis est *Masgran*, aliis *Tenez*. *Arfima*] aliis *Arfennitia*; in hodierno nomine *Arzen*, *Marsalquibit* l. *Arzeno* dissentiunt. *Quiza*] Ita dedit Vossius ex Plinio V, 1. l. 2. et Ptolemaeo IV, 2. pro vulg. *Abisa*. Hod. nomen dubium: Shaw l. c. p. 36 eam *Geza* esse putat. *Laturus*] Plane ignotus est. *Sardabale*] a Plinio V, 1. l. 2. vocatur *Sardabal*, sed alio situ. *Ultra*] sc. iol., quae citra hanc sita erant. *Monumen-*

*tum*] de sepulcro, ut alibi. *Icosium*] Gr. *ἰκόςιον*, unde *Icositanus*: de hodierno nomine non constat. *Ruthisia*] nomen corruptum, in quo fortasse latet *Rus*, ut sit promontorium, hodiernus Arabibus *Ros Savus*] Nomen in Mistis depravatam: sic dedit Perizon. ex Ptolemaeo IV, 2. Flumen obscurum, ut et proxime sequens, *dispendiam*] Infert hoc verbum damni notionem, ut ap. Terent. *Hecyr.* V, 2, 29. et sensus h. l. est: omnia sunt obscura, ignobilis, ut factura ex earum rerum ignorantia vel silentio nulla sit. Sic Claudian. VI. Conf. Honor. v. 452. dixit *dispendia fama* de turpi pacto.

§. 2. *spinae piscium*] Similia de aliis terris narrantur ap. auctores veteres et recentiores. v. Ovid. Met. XV., 262 *lqq.* *adtrita*] *exelsa*, excavata, gr. *χρησίδες*. *solent*] sc. esse l. fieri: sic *consuevit*, *potest*, *voluit* absolute pronuntur. cf. Ernesti ad Sueton. Ner. c. 34. *marinis*] Fortasse excidit a, quod praecedens vox absorpsit, est et Plinius IX, 54. l. 35. *conchis differens* dixit.

## C A P. VII.

*Africa proprie dicta.*

Regio, quae sequitur à promontorio Metagonio ad aras  
 Philaenorum, proprie nomen Africae usurpat. In ea sunt  
 oppida, Hippo Regius, et Ruscade, et Thabraca. Dein  
 tria promontoria, Candidum, Apollinis, Mercurii, vaste

## C A P. VII.

§. 1. *Regia*] Plinius V. 3. l. 1.  
 eam *Zengitanam* vocat et à  
 Tusca fluvio, sed Mela c. Ptole-  
 maeo IV. 3. ab Ampsaga orditur,  
 quamquam Plinius V. 4. ad eam  
 effundit terminum profert, ut in-  
 de usque ad Cyrenaicam exten-  
 datur. *Metagonio*] Graeca vox,  
 quae notat terram post angulum  
 s. promontorium Itam. Multi  
 hic Melam errare putant, quia  
*Metagonitis* regio, inde dicta,  
 in Tingitana haud procul a freto  
 ad Molochath fluvium ab aliis  
 ponitur. Sed bene monet Peri-  
 zonium, duo fuisse diversa pro-  
 montoria, eodem insignita no-  
 mine: unum in Mauretaniae Tin-  
 gitanae, h. *Capo di tres Forcas*, al-  
 terum in Africae propriae termi-  
 nis, quod aliis *Trotum* s. *Tritam*  
 appellatur, h. *Capo di Ferro*.  
 Idem alii efficiunt ex Polyb. III.  
 23. qui narrat, Hannibalem Hi-  
 spanos milites in Africae praesi-  
 dia traduxisse et plerisque sic *τὴν*  
*Μαυρανίαν τῆς Αἰθίως*, quosdam sic  
*τὴν Καρχηδονίαν*: quod quidem fa-  
 cere non potuissent, nisi Metago-  
 nitis regio in Carthaginensium  
 ditione et in Africa propria fuis-  
 set sita. *Arac*] columnae olim  
 terminorum signa, quas Noster  
 cum aliis majori Syrti admovet  
 Propius, cum alii, in illa aucter  
 tabulae Peutinger. VII., inter  
 utramque eas ponant et Cyrena-  
 rum Africaeque propriae fines  
 statuunt. In illo situ ap. Anto-  
 nin. Itin. p. 65. notatur *Banade-  
 dari*, forte *Banadedari* i. e. aras  
 caesorum, idque nomen Puni-

cum fuisse viderur. Quæri igitur  
 debent ex Syrtium situ, de  
 quo infra. *Hippo regius*] Nemo  
 regum ibi praecepta sedes  
 fuit. Fuerunt duo, quorum al-  
 ter ad Uticam, alter prope Tre-  
 tum situs erat, qui est *Regius*,  
 ut dicitur Livio XXIX. 3. 7.  
 Ex eius ruinis postero tempore  
*Bonam* urbem ortam esse, aliqui  
 putant, etiam alii dubitant. In-  
 claruit maxime Augustini episco-  
 patu. *Ruscade*] melius fortasse  
*Ruscade*. Cum alii auctores, v.  
 c. Ptolemaeus, Plinius, Antoni-  
 nus in hac progressionem Hippeni  
 praesepant. Noster ordinem tur-  
 balle videtur. Hodie *Spigata* vel  
*Stora* putatur. *Thabraca*] Etiam  
 sine h scriptum reperitur. Plin-  
 ius oppidum civium Romanorum  
 dicit, Ptolemaeus coloniam,  
 ejusque portum memorat Clau-  
 dian. de laud. Stilich. I, 357.  
 Hodie *Tabarka* esse volunt, ubi  
 ruinae conspiciuntur.

§. 2. *Candidum*] Sic vocat  
 etiam Plinius V. 3. l. 4. Livius  
 XXIX, 27. hoc in tractu duo  
 promontoria adfert, alterum *Mer-  
 curii*, alterum *Pulchri*, quorum  
 posterius *Candidum* esse conten-  
 dit Shaw Voyag. T. I. p. 177.  
 In hoc nomine dissentiunt: Shaw  
 vocat *Ras-el Abcadh*. *Apollinis*] Sici-  
 liam commemorant plures et Plin. l.  
 c. Sardiniae adversum esse scri-  
 bit. Hodiernum nomen in aucto-  
 ribus vagatur. *Mercurii*] Sici-  
 liae objicit Plinius cum aliis et  
 juxta Uticam contra Carthagi-  
 nem Strabo XVII. p. 672. l. 832.

projecta in altum, duos grandes sinus efficiunt. Hipponensem vocant proximum ab Hippone Diarrhyto, quod littori ejus adpositum est. In altero sunt castra Laelia, castra Cornelia, flumen Bagra, urbes Utica et Carthago, ambae inclutae, ambae a Phoenicibus conditae: illa fato Catonis insignis, haec suo; nunc populi Romani colonia,

Hodie valgo *Cape de Bonne*. projecta] Plinius c. l. in altum procurrentia. Sic alii *occurrere*, *abire* usurpant. *Hippone Diarrhyto*] Cognomen accepit, auctore Plinio, ab aquarum irriguis: juxta ponitur a Ptolemaeo IV, Ἡππωνίτις ἄμυν. Hod. est *Bizerta*. In altero] sinu, quem *κόλπον Καρχηδονιάδων* adpellat Strabo XVII. p. 572. l. 832. castra] Nempe Romanorum hiberna huic urbi originem dederunt, ut multis aliis oppidis. cf. Casaub. ad Sueton. Aug. c. 18. Hinc *καίρα* posterioribus Graecis non raro memorantur, quae a nostris scriptoribus *Burgi* vocantur. Laelia] Ita pro *Dellia* reponendum, est hoc Codd. plerique tuentur. Dellii nomen in bellis Africanis plane incognitum, sed C. Laelius fuit comes C. Scipionis (v. Liv. XXIX, 1 et 5. XXX, 9 et 11.) ejus castra *Cornelia* statim memorantur. Nempe Corn. Scipio hiberna habuit in promontorio prope Uticam unoque vallo etiam navalia amplexus est (v. Liv. XXIX, 85.), ubi h. *Gellah* est. v. Shaw. Voyag. T. I. p. 189. Bagra] Celebratur hic fluvius, cum Punico bello serpens immensae magnitudinis in eo degens Romanorum castra vexavit. cf. Interp. ad Flor. II. 2, 20. Fluebat inter Uticam et castra Cornelia, sed post alveum mutavit, si est h. *Megrada*, est alii *Mejerdah* in eo agnoscunt. *Utica*] Gr. Ἰτύα, οὐτίνα, civis *Uticensis*. Urbs antiqua, quae Tyrios jactat conditores (Justin. XVIII, 4, 2.)

et post Carthaginem, a qua 200 radiis remota erat, maxima fuit Libyae, ad mare sita. Hodie quaeritur, ubi *Bog-Shatter* cernitur, est sic mare aliquatenus, terra maris accessibus limoque aucta, recessit. *Carthago*] Gr. Καρχηδών, lat. quidam *Karthago* scribunt, sed v. Ruperi ad Sil. Ital. I, 3. Civis *Carthaginensis* et *Carthaginensis*. Rariora et antiquiora nomina sunt *Καρχηδονία*, *Οὐβερρα*, et *Καρχηδονία*. Conditores faciunt Phoenices, Didone duce; tempus vero ante, alii post Ilium captum statuunt. Tres ejus partes memorantur, *Cothon* ad portum, *Byrsa* a disiecto corio, quo urbis area strata fuit, in qua arx stetit, *Mogara* reliqua urbis pars. Ejus magnitudo, opulentia, potentia, fata satis nota sunt. Ruinis obruta jacet prope *Saka-rah*. fato *Catonis*] morte, quam sibi ipse intulit in bello civili, ne in Caesaris manus incideret. Inde vero dictus est *Uticensis*, alias *Minor* ob *Catonem Censorium* eundemque *Maiorem*. cf. Gellius N. A. XIII, 19. In Melae oratione notanda elegans brevitatis ex eadem adiectivi ad diversas res accomodatione. *colonia*] Prima fuit colonia, quam Romani extra Italiam an. p. excidium 23. deduxerunt (v. Vellej. Pat. I, 15, 4 II, 15.) sine fortunae successu, eamque *Ioniam* dixerunt. An. p. excidium 102. major coloniarum copia a Iulio Caesare felicioribus auspiciis missa est pristinumque Carthaginis nomen redditum: de qua h. l. Melae. per-

olim imperii ejus pertinax aemula; jam quidem iterum opulenta, etiam nunc tamen priorum excidio rerum, quam ope praesentium clarior. Hadrumetum, Leptis, Clupea, Macomades, Thenae, Neapolis hinc ad Syrtim adjacent, ut inter ignobilia celeberrimae. Syrtis finus est centum fere millia passuum, qua mare accipit, patens; trecenta, qua cingit: verum importuosus atque atrox, et ob vadorum frequentium brevia, magisque etiam ob alternos mo-

inac] Ut docuerunt tria illa bella Punica. Notanda et hic grava orationis brevitatis. Hadrumetum] Occurrit quoque Adrumetum, sed adspirationem tuenur numi et lapides. In Graecia raris scribitur. Civis Hadrumetinus. Conditores Phoenices, urbs aut maritima, libera, post vero colonia facta. In hodierno situ variatur, Shaw tamen T. I. p. 204 et 237. ex collecta veterum indicibus contendit vocari *Herakla*. Leptis] Minor haec fuit; maior infra §. 5. memoratur. Incolae Leptitani. Considerunt eam Phoenices sec. Sallust. Jug. c. 19. prope Hadrumetum, eaque h. in uinis jacet, ubi *Lempta* conspicitur. Clupea] etiam *Clypea*, x gr. κλυπία. Plerumque tamen Graecis appellatur *Ασπίς*, cuius usum adfert Silius Italicus III, 44. In *Clypei* speciem curvatis turibus *Aspis*. cf. Strab. XVII. p. 573. 834. Considerunt eam Siculi veterum Melam promiscuo ordine urbes enumerare, ex aliis liquet. H. plerique putant esse *Casaren*. *Macomades*, *Thenae*] haec urbium nomina aliorum uictorum ope, addicente nexu, x Missorum scoriis extudimus, ta leguntur in Plin. V, 3. l. 4. fuerunt oppida obscura, in quibus persequendis non tanti est operam impendere. *Neapolis*] Duae in hoc tractu cognomines urbes commemorantur, situ diversae. Haec inter Hadrumetum et Clupeam ab aliis penitit, ex quo ordo Melae judicari potest;

altera versus Syrtim maiorem ostenditur et a Nostro inf. §. 5. *Leptis altera* vocatur. Prior illa habuit emporium Carthaginensium, eamque hodie quaerit non procul ab urbe *Nabal* Shaw T. I. p. 204. qui multas inscriptiones disiectas ibi conspici narrat. ad] Alias omittitur, cum *adjacere* vel *Dativo* vel *Accusativo* simpliciter jungatur. *inter ignobilia*] Sic II, 7, 10. *Calauria inter ignobilis alias leto Demosthenis nobilis*. Hic diverso genere dixit *ignobilia*, ut ad omnia omnino referretur, cum possit dicere *ignobiles*.

§. 3. *Syrtis*] Est haec minor, quae etiam vocatur alias *Ενεσπία*, respectu alterius. Situs ex oppositis insulis Meninge et Cercinna disoitur. Vocatur h. minor *le Golfe de Cabes*, ambae vero *les Saques de Barbarie*. centum] Alii, ut solet, plus minusve de dimensione adferunt. *cingit*] sc. acceptum mare; infr. §. 5. *flexum agit. importuosus*] h. e. portibus carens, innavigabilis, ut III, 5, 3. *sine portibus* et contra II, 1, 3. *sinus portuosus*. Hinc Syrtis *acstuosas, inhospitas* describunt auctores. cf. Corte ad Sall. Jug. c. 17. *vadum brevia*] Poterat alterum abesse, salvo sensu, quem sic tamen intendit. Ponuntur pro *vada brevia* h. e. loca arenosa, ob breve et contractum mare vadosa, gr. *βαρύς* s. *βαρύς*. *alternos motus*] Ob reciprocationes et aestum maris, accessus et recessus, quos singulis diebus bis fieri adcolae narrant.

4 tus pelagi adfluentis ac resluentis infestus. Super hanc in-  
gens palus annem Tritona recipit, ipsa Tritonis: unde et  
Minervae cognomen inditum est, ut incolae arbitrantur,  
ibi genitae: faciuntque ei fabulae aliquam fidem, quod  
5 quem natalem ejus putant, ludicris virginum inter se de-  
certantium celebrant. Ultra est Osa oppidum, et Cinyphus  
fluvius per uberrima arva decedens: tum Leptis altera et  
Syrtis, nomine atque ingenio par priori; ceteram altero  
fere spatio, qua dehiscit, quaque flexum agit, amplior.  
Ejus promontorium est Borion, ab eoque incipiens ora,  
quam Lotophagi tenuisse dicuntur, usque ad Phycunta (et

§. 4. Super] i. e. versus or-  
tum progrediendo. Tritona] Ac-  
cusativus terminationis graecae.  
Hodie putatur Gabr. Tritonis]  
Gr. *τρίτωνος* [ *τρίτωνος*. In ipso  
situ valde discrepant veteres: ho-  
die dicitur *Shibkah* et *Low-dah*  
i. e. palus signata, nempe propter  
fritum truncorum palmeorum,  
quibus iter et trajectio regitur.  
De flumine, quod veteres eam  
influere narrant, dissentiant re-  
centiores, ex quo solum conversio  
facta esse videtur. *inditum]* Mino  
vocatur Minerva *τρίτωνος* (Ho-  
mer II. IV, 515. VIII, 39.), *Tri-  
tonis* (Virg. Aen. II, 426.), *Tri-  
tonia* (Virg. Aen. V, 704.). Alii  
aliunde, ut sit, cognominis cau-  
sam ex fabulis repetunt. *faciuntque]*  
i. e. faciunt, ut fides subu-  
las habeatur; fabulam confirmant,  
comprobant. Nam cum Dativo  
rei haec phrasis notat confirmare:  
v. Duker. ad Flor. III, 16, 6.  
*ludicris]* i. e. spectaculis. Secun-  
dum Herod. IV, 189. virginis  
quotannis bisariam divisa in  
honoram Deae bellicae lapidibus  
sistibusque deproeliabantur: hinc  
additur *decertantium*.

§. 5. Osa] A serioribus scri-  
ptoribus saepius memoratur, et si-  
mutata passim forma, *Osa*, *Ocea*,  
et sine rei insignioris notatione.  
Hodie putatur Tripoli. Cinyphus]  
Gr. *κίνοψ* et passim *κίνοπος*. Hodie

videtur esse *Wadi-Quaham*: Re-  
gionis, per quam fluit, fertili-  
tem multi veterum praediceant  
quo transferri potest Ovidius et  
Pont. II, 7, 25. *Cinyphiae segedi-  
citius numerabis aristas. Lapsa et  
tera]* Cognomine magna, ut di-  
serte notat Plin. V, 4. Eadem  
etiam Neapolis dicta est, auctore  
Strabone XVII. p. 574. l. 833.  
eiusque incolae *Leptitani*, Patri-  
s fuit Septimii Severi Imperatoris.  
Hodie creditur esse *Loboda* [ *Le-  
bida*. *Syrtis]* Haec dicta major:  
hod. Italis *Golfo di Sidra*. *ingr-  
nio]* Passim haec vox naturam et  
indolem rerum inanimatarum in-  
dicat, ut I, 13, 3. *ingenium spe-  
tas* et III, 10, 2. *fontis*. cf. *Eurus*  
ad Ovid. Met. VI, 574. *Innu]*  
autem Mela similem ejus auctum  
*altero spatio]* Igitur duplo am-  
plior. *dehiscit]* qua se aperit  
cf. Virg. Aen. I, 106. *Borion]*  
Gr. *βορίων*. In situ discrepant au-  
ctores veteres, unde duo ejus no-  
minis promontoria fuisse videntur.  
*Lotophagi]* Gr. *λοτοφάγος*  
ab arbore dicti, cujus dulcissimus  
fructus patriae oblivionem infe-  
rebat. cf. Homer. Odyss. IX, 91 sqq.  
Plinio XIII, 22. l. 17. referunt,  
incolae arborum *Celtin* vocantur  
quod nomen etiam Linnaeus re-  
nuit. Nostra lotus, quae ab Ae-  
gyptia discrepat, in Sahara delo-  
to vicinisque locis crescit, sicut

id promontorium est) importuosō hitorē pertinet. Aræ ipsæ 6  
nomen ex Philaenis fratribus traxere, qui contra Cyrenai-  
cos missi Carthagine ad dirimendum conditione bellum;  
diu jam de finibus, et cum magnis amborum cladibus ge-  
stum; postquam in eo, quod convenerat, non manebatur,  
ut, ubi legati concurrerent, certo tempore utrimque di-  
missi, ibi termini statuerentur; pacti de integro, ut, quid-  
quid citra esset, popularibus cederet (mirum et memoria  
dignissimum facinus!) hic se vivos obrui pertulerunt. 2

## C A P. VIII.

## C y r e n a i c a.

Inde ad Catabathmon Cyrenaica provincia est; in ea- 1  
que sunt, Hammonis oraculum, fidei inclutae: et fons,

lis *Zaipto* s. *Jujeb*, et ab Arabi-  
bus *Seodra* appellatur. Situs Lo-  
tophagorum variè constituitur;  
et ex variâ quorundam narrationsi-  
bus conligitur, eos maxime circa  
Byrtes habitasse, unde etiam mi-  
nor dicta est *Λυρδοβυρτις*, teste Eu-  
stathio ad Dionys. Perieg. v. 198.  
nec ultra Philaenorum aræ pro-  
gressos esse: habitaverunt igitur in  
tractu *Tripolitano*. *Phycunta*]  
*Gr. φυντα*, quae nomen ab algæ  
sopia adcepisse creditur. Plinius  
V, 6. s. 4. etiam promontorium  
vocat, quod per Creticum mare  
excurrat, idque cum aliis in Cy-  
renaica ponit. Mela ob Loto-  
phagorum terminos ejus mentio-  
nem facere videtur. Nantis ho-  
die dicitur *Capo Rasato*.

§. 6. *Aræ*] cf. §. 1. *conditio-  
ne*] In utroque numero de pactio-  
ne dici et violentiæ belloque ob-  
poni solet. cf. Heinsius ad Vellej.  
II, 3. *convenerat*] quod utrius-  
que partis consensu constitutum  
fuerat *manebatur*] Manere, ut  
*gr. ἰσχυρῶς*, sic saepius pro *prae-  
stare, servare*. cf. Staveren ad  
Corn. Nep. Agel. 3, 4. *concur-  
rerent*] Sic non sine Codd. dedi-  
mus pro *concurrerant*, quia non  
simplicitet, quod fastum erat,

narratur. *de integro*] Nempe an-  
tea inter ipsos populos convene-  
rat, et, ubi legati concurrerant,  
certo tempore utrimque dimissi,  
termini statuerentur. Postea al-  
terum pactum *de integro* inter  
legatos factum, quia Cyrenenses  
pactis prioribus stare volebant,  
de maturioris abitus fallacia  
questi, sic illum finem utriusque  
ditionis ratum fore, si Philaeni  
se ibi vivos terra obrui passi es-  
sent: quam conditionem et hi  
verè acceperunt. Alterum pactum  
illud ex ultimis verbis intelligi  
voluit Mela, cuius narratio utri-  
que obscura brevitate laborat,  
quare et aliqui eam mutilam pu-  
tarunt; pleniorē et luculentio-  
rem dabit narrationem Valer.  
Maxim. V, 6. extr. cf. Sallust.  
Jug. c. 29. *obruj*] sepeliri. Ce-  
terum lausus narrationis fidem  
adstruere tentavit Ross in libro:  
*Probleme aus der alten und neuen  
Geschichte*, Sect. I. an. 1798.

## C A P. VIII.

§. 1. *Inde*] Cum proxime prae-  
cedant Philaenorum aræ, inde  
Cyrenaicae principium ducere vi-  
detur; tamen supr. c. 7, 5. *Phy-  
cunta* promontorium memoravit,

- quem Solis appellant: et rupes quaedam Austro sacra. Haec cum hominum manu attingitur, ille immodicus exfurgit, arenasque quasi maria agens, sic saevit, ut fluctibus. Fons media nocte fervet, mox et paullatim tepescens, fit luce frigidus; tunc ut sol furgit, ita subinde frigidior, per meridiem maxime riget: sumit dein tepores iterum; et prima nocte calidus, atque, ut illa procedit, ita calidior, rursus cum est media, perfervet. In litore promontoria sunt Zephyrion et Naustathmos, portus Paraetionius, ur-

quod in Cyrenaica alii ponunt. Itaque aut Mela erravit, aut va-  
 1 les ea causa, quam supra indicavimus. Nec omnino in Cyrenaicae terminis consentiunt auctores nec Philaenorum aris eundem tribuunt situm. [De *Cata-dathmo* vid. infra. *Cyrenaica*] Gr. *Κρηνη*, ut urbs, vel etiam *Κρηναία*. Eadem dicta est *Pentapolis* et *Pentapolitana*, cuius causas habes infra in quinque ejus urbibus. Noster simul cum aliis quibusdam *Marmaricam* simul complectitur. Olim libera, post victa Aegyptiis paruit, denique Ptolemaei Apionis testamento Romanis accessit V. C. 657. ut ex Julio Obseq. c. 109. dicitur, *H. Barcan* vocatur. *Haminonis*] sc. *Iovis*, qui arietino capite (*ἀριετινός*) in monumentis adparet et a poetis *corniger* vocatur, in quibus tamen cornibus recentiores *galeam* agnoscunt. Inde *Hammoniacae regio* vocatur. In oraculi situ dissentiunt. Noster in *Cyrenaica* ponit, sed prope Aegyptum esse situm ex Cambysis expeditione probatur, in qua exercitus Thebis egressus inter illud et Oasin arenarum cumulis obrutus periiit, Herodoto teste III, 26 quippe in ejus aditu arenas et solitudines vix perviae memorantur. Alexander M. iter ad visendum Hammonem ingressus a Mareotide intra quatrimum perfecit. cf. Curtius IV, 7. Diligenter hanc regionem nostris tem-

peribus perlustravit Hornemannus Reise nach Murzuk p. 25 sqq. illudque quaesivit, ubi. h. *Sizak*. Ceterum adspiratione hoc verbum scribendum est, utpote in Orientis nomine, et in gr. legitur *Ἀμμυ* *fidei*] unde certus vocatur Ammon, de q. v. Ouden-dorp. ad Lucan. IX, 512. *Austro*] nam et ventos colere Deosque habere solebant. cf. Cerdwad Virg. A. II, 116. et III, 120. *Haec*] rupes; *illa*] *Auster*. *fluctibus*] Sic Seneca. Herc. Fur. v. 319. *cum per arenam plagam Et fluctuantes more turbati maris abii arenas.* *Fons*] de hoc plures, qui Herod. IV, 181. ducem secuti sunt, eumque nostrae aetate prope templum Hammoniacum in silva amoena viderat Hornemann. l. c. p. 111. *ferret*] Orationis varietatis discendae causa conferri cum Mela possunt Arrian. de Alexand. M. exped. III, 4. Curtius IV, 7, 22. cf. Sil. Ital. III, 669 sq. *ut sol furgit*] Haec verba significant medium tempus, quia inter lae et per meridiem ponuntur. Herod. l. c. dicit: *ἀγροῦς πλεθρῶν* l. e. inter horam diei tertiam et sextam. Diod. Sic. XVII, 70. *περὶ τοῦ αἰθέρος*

§. 2. *Zephyrion*] Hoc nomine plura in aliis oris occurrunt promontoria. Noster hodie putatur esse *Bonandrea*, quamvis alii hoc nomen ad proximum referunt. *Naustathmos*] Portus

bes Hesperia, Apollonia, Ptolemais, Arfinoë, atque (unde terris nomen est) ipsa Cyrene. Catabathmos, vallis devexa in Aegyptum, finit Africam. Orae sic habitantur, ad nostrum maxime ritum moratis cultoribus, nisi quod quidam linguis differunt, et cultu Deum, quos patrios ferunt, ac patrio more venerantur. Proximis nullae quidem urbes stant, tamen domicilia sunt, quae mapalia adpellan-

3

**Arcit Scylax p. 45. Parastonium]** Urbam cum portu spatiose esse volunt alii, sed in situ ejus discrepant, qui in Libyae et Aegypti confinio fuisse videtur: quare h. l. quidam *Catastonium* substituere tentarunt. Nec hodiernum nomen inter Geographos constat; **arbes]** quinque recenset, quibus innuit regionis illius nomen *Pentapolin.* Pleraque earum eo tempore conditas fuisse, quo Cyrenaica sub Ptolemaeis, Aegypti regibus, erat, nomina indicant. **Hesperia]** aliis *Hesperis* vel *Hesperides*, serius dicta *Berenice*, a Berenice Ptolemaei uxore. Strabo XVII. p. 575. l. 836. juxta lacum Tritonidem et Boreum ad Syrtis fauces ponit. Hodie putatur *Bernic.* **Apollonia]** Commune plurimarum urbium nomen, inter quas nostra Cyrenae contermina *Marza Susa* vocatur. **Ptolemais]** nomen antiquius *Barce*, unde *Barcasi* ap. Virgil. IV. 43. Post adpellata est Ptolemais a Ptolemaeo, qui eam vel restauravit vel ampliavit. Hodie *Tolometa.* **Arfinoë]** dicta a coniuge Ptolemaei Philadelphii, nam olim *Tauchira* s. *Tenchira* vocabatur. Hodie est *Teukera.* **Cyrenae]** Gr. *Kyrenê*, lat. *Cyrenas*, conditor *Battas*, unde *Battiadae*. Sita fuit in campo et ferax fuit frugum et ingeniorum, in quibus memorandi praeter alios *Callimachus*, *Aristippus*, Cyrenaicae sectae conditor, *Carneades* philosophus, *Eratosthenes* Geographus. H. putant alii *Curen*, alii vero *Grenno.*

**Catabathmos]** Vocem graecam, quae *descensum* significat, etiam Latini retinuerunt. Ita Sallust. Jug. c. 17. 4. *declivem latitudinem* explicat. Duplicem cum aliis commemorat Ptolemaeus IV. 6. *magnum* in Libyae litore et *parvum* in mediterraneis ultra Parastonium versus Aegyptum. Scriptores sere de *magno* loquuntur et Mela latissimo sensu omnino *Catabathmon* ponit, in ejus hodierno nomine dissentiant Geographi. D'Auville putat dici *Akaba.* Ceterum terminationem in *os.* amat Noster, etsi sine Codd. obrudi non debet. **finit]** v. supr. I. 4. in. *Africa Nilo terminata.*

§. 3. **Orae]** Inverso vel misso hic ordine ea persequitur Mela, quae supr. c. 4. adtigerat. **nostrum]** quia Romani etiam huc penetraverant. **linguis]** Proprie Graeci huc adcesserant (Herod. IV. 155.), post Romanorum coloniae missae sunt, quae pristinae linguae mutationem invexerunt, ita tamen ut vestigia ejus in multis verbis remanerent. **Deum]** hanc contractam genitivi formam etiam Prosaici habent (cf. Drakenb. ad Liv. XXII. 22. 5.), de quo usu disserit Cicer. in Orat. c. 46. **patrios]** quasi domesticos, a patribus commendatos, quibus novi et nuper adsciti obponuntur, contra penates adiunguntur vel eodem sensu vel diverso, prout res fert. Similiter Livius IV. 30. 11. *ne qui, nisi Romani Dii, neu quo alia more, quam patrio colerentur.* **mapalia]** Afrorum



- tur. Victus asper et munditiis carens. Primores sagis ve-  
lantur; vulgus bestiarum pecudamque pellibus. Humi  
quies epulaeque capiuntur. Vasa ligno frunt, aut cortice.  
Potus est lac succusque baccarum. Cibus est caro, pluri-  
4 quod potest, parcitur. Interiores etiam incultius, sequun-  
tur vagi pecora: utque a pabulo ducta sunt, ita se ac tugu-  
ria sua promovent: atque, ubi dies deficit, ibi noctem  
agunt. Quanquam, in familias passim et sine lege dispersi,  
nihil in commune consultant: tamen, quia singulis aliquot  
5 quam pauci. Ex his, qui ultra deserta esse memorantur,  
Atlantes solem execrantur, et dum oritur, et dum occi-

vox, uti asseruat Sallust. Jug. c.  
18, 8. quae notat *casam*, *tugu-  
rium*. A *magalibus* s. *magaribus*  
multi ita distinguunt, ut haec  
stata sint domicilia, qualia exte-  
riorem Carthaginiis partem ha-  
buisset, asseruat Nepos ap. Ser-  
vium ad Virg. Aen. I, 372., illa  
mobilia et plausibus vecta, est alii  
hoc discrimen reiciunt. cf. Rit-  
ter ad Guthrie Welt. Gesch. T. V.  
F. 2. p. 33 sqq. Vulgata autem  
lectio *urbes sicut* i. e. sunt, poe-  
tarum more, ab omn. Codd. pro-  
batur nec opus est Pintiani emen-  
datione, *urbes, stata domicilia  
sunt*, quam recepit Titzius. *asper*  
i. e. [qualidus. Subiunctis am-  
plificando explicat. *sagis*] Bre-  
viores sunt vestes ad nates usque  
demissae, crassioresque, qualibus  
milites utebantur et rustici, ta-  
men pallii fere formam et ambi-  
tum habebant, hinc apte subji-  
cit *volantur*. Eundem vestitum  
etiam hodie de illis populis no-  
tat Shaw l. c. T. I. p. 376, vocat-  
que *Burnoose*. *bestiarum*] distin-  
guit a pecudibus, quarum illae  
hic sunt ferae, hae cicures. *hu-  
mi*] Sensus: humi iacentes et  
edunt et dormiunt, nam quies de  
somno, ut §. 5. Similiter Sal-  
lust. Jug. c. 18. *Gaetuli et Libyae  
asperi, inculti, quos cibus erat ca-*

*re ferina atque humi pabulum, ut  
pecoribus. vasa*] cogita de  
pellectis. *optimam*] de larga  
praestantiorum rerum opulencia.  
Multi Codd. adserunt *optimum*,  
sed illud praestat. Sic deinceps  
pro vulg. *quoad* praetulerimus  
*quod potest* h. e. *quantum*.

§. 4. *interiores*] a mari lon-  
gias remoti. *promovent*] ele-  
gens brevitatis in accommodatio-  
nis verbi ad diversa substanti-  
va. Ceterum eandem vitae ratio-  
nem adhuc ap. Beduinos in Afri-  
ca servari, asseruat Shaw l. c.  
T. I. p. 371 [sq. in *commune*]  
gr. *κοινόν*, habet subjectam socie-  
tatis publicae notionem, quam  
consilio, opera adjuvamus. De  
similibus formulis v. Oudend. ad  
Front. III, 2, 6. Ita vero fera  
priscorum hominum vita describi  
solet, ut a Cicer. de Invent. I, 2.  
pr. Sextio c. 42. *agnati*] nemp-  
ex liberorum connubiis nati, unde  
familiarum numerus existit et  
augetur.

§. 5. *Atlantes*] Sumit ex He-  
rod. IV, 184. qui tamen duplices  
facit et moribus et situ diversos.  
Alii insomnia Atlantibus tribuunt,  
Acarautibus vero solis execra-  
tionem: illorum situs iudicatur  
ex Atlante monte, horum quae-

dit, ut ipsis agrisque pestiferum. Nomina singuli non habent: non vescuntur animalibus: neque illis in quiete, quæ ceteris mortalibus, visere datur. Troglodytae, nullarum opum domini, frident magis, quam loquuntur, specus subeunt, alunturque serpentibus. Apud Garamantas etiam armenta sunt, eaque obliqua cervice pascuntur; nam pronis directa in humum cornua officiant. Nulli certa uxor est. Ex his, qui tam confuso parentum coitu passim incertique nascuntur, quos pro suis colant, formæ similitudine agnoscunt. Augilæ manes tantum Deos putant; per eos dejerant; eos, ut oracula, consulunt: precatique,

rendus sub regno Tripolitano. dum oritur] ex metu fervoris. dum occidit] ex morè, quo inimicis abeuntis diris prosequimur, vescuntur] hæc et sequentia de aliis Atlantibus refert Herod. l. c. visere] Herod. l. c. sûre tréna èççv. Sic Cicer. de Divin. I, 24. in secundum quietem videre i. e. per somnum, nam quietes de somno sæpe occurrunt.

§. 6. Troglodytae] Vox gr. ex τρώγλη, caverna, specus, et δῆμ, subeo. Tales populi fuerunt multi, imprimis ad Aethiopiam et Arabicum sinum. Pedum velocitatem in iis prædicat Herod. IV, 183. et hodie quaeruntur in vicinia regni Fezzan, vel in eo ipso. Ceterum ex Homer. Batrach. 205. patet, penultimam corripiendam esse. strident] Herod. IV, 183. τρωγίται, καθάπερ αὐτὸν κρητῆς. Tales populos audivit esse Febabo et Burga Hornemann. cf. ei. Reise nach Murzuk p. 143.

§. 7. Garamantas] Nomin. Garamas. Ad situm eorum cognoscendum facit vallis Garamantica Ptolem. IV, 6. ad fluvium Gir, et oppidum Garama non procul a fontibus Cinyphis. Hinc recentiores Geographi eorum sedem statuunt in regionibus

Fezzan, Gaddemz, et Germah s. Jermah, veterum Garama, putatur urbs primaria regni Fezzan. Olim reges habuerunt, et cum Romanis bella gesserunt, unde triumphus a Cornel. Balbo de iis actus commemoratur a Plinio V, 5. obliqua] hausit ex Herod. IV, 183. eosque alii quoque auctores memorant, diversis tamen locis producant. Hodie boves tali specie ignorantur. certa] idem de aliis populis commemoratur, veluti Massagetis, Troglodytis, colant] i. e. curent, sustentent, ex propria verbi significatione, adscito nexu. Donat. ad Terent. Adelph. III, 2, 54. Non igitur opus cum aliis emendare alant vel tollant.

§. 8. Augilæ] Urbs quoque eorum Augila commemoratur, quod nomen hodie quoque remansit, cuius situm versus desertum Barka constituit Hornemann. l. c. p. 46 [qq. manes] de Nafamombus hæc cum aliis narrat Herod. IV, 172. Quod h. l. Me-la ad manes in universum refert, id alii de optimorum tantum manibus intelligunt. Ceterum eandem superstitionem hodie damnari, narratur in Allgem. Reiten T. III. p. 623. dejerant] i. e. valde jurant, ut explicat verbum Donatus ad Terent. Eun. II, 3.

quae volunt, ubi tumulis incubuere, pro responsis ferunt somnia. Feminis eorum solemne est, nocte, qua nubunt omnium stupro patere, qui cum munere advenerint: et tum, cum plurimis concubuisse, maximum decus; in reliquum pudicitia insignis est. Nudi sunt Gamphasantes, armorumque omnium ignari: nec vitare sciunt tela, ne iacere: ideoque obvios fugiunt, neque aliorum, quam quibus idem ingenii est, aut congressus, aut colloquia patiuntur. 10 Blemyis capita absunt, vultus in pectore est: Satyris, praeter effigiem, nihil humani. Aegipanum, quae celebratur, ea forma est. Haec de Africa.

## C A P. IX.

*Particularis Asiae descriptio.*

## A E G Y P T U S.

1 Asiae prima pars Aegyptus inter Catabathmon et Arabas; ab hoc litore penitus immissa, donec Aethiopiam dor-

§ 9. *incubere*] in tumulis dormierunt, circa quos manes morari putabant. Herodot. l. c. dicit: *ἐπιτανασιζόντας*. Graecis scotio dicitur *τυνημαίς* et tales homines *χρησῖνας*. *patere*] figurate ad pronam libidinem. Ceterum eadem de Nafemonibus refert Herod. IV, 172. aliaque exempla conlegit Berneccer. ad Iustin. XVIII, 5. 4.

§ 9. *Gamphasantes*] Fundus rei in Herod. IV, 174. qui tamen id ad Garamantas refert, in quo nisi ita Mela legit, alios secutus est. *ingenii*] i. e. naturae, morum. cf. I, 19, 6.

§ 10. *Blemyis*] Gr. *βλήμεις*, lat. *Blemyas*. Sedes eorum commemorantur infra Meroen, a Nilo ad mare rubrum in Aegypti confinio, in quo suctores parum diserepant. Ergo antiquus eorum situs prope Nubiam et Abyssiniam quaerendus est. Vagam eorum vitam descripsit Ammian. Marc. XIV, 4. *capita*] Unde duxerit haec Mela, ignotum, eadem tamen referunt alii. Fabulae ma-

nifestae origo repetenda esse videtur ex breviori collo, sic ut caput cum pectore cohaerere videatur. Fidem tamen huic rei habuit Augustin. de civit. Dei 16, 8. *Satyris*] Hi, ut Aegipanes, ad simias referendi sunt. cf. Buffon in Allg. Naturg. T. VI. p. 44 [sq. *effigiem*] i. e. vultum. *celebratur*] Plin. V, 8. dicit: *Aegipanum, qualis vulgo pingitur, forma*, ubi v. Harduin. et Banier Goetterlehre Vol. III. p. 666.

## C A P. IX.

§ 1. *prima pars*] non tota, quia supra c. 4. Africam Nilo terminari dixerat, quo interfluo Aegyptus dividitur. Ejus tamen hic immemor Aegyptum Asiae omnino tribuit, quam alii, uti recentiores Geographi omnes, Africae adsignant. v. I, c. 4. in *Aegyptus*] Varia olim gessit nomina, quorum hoc utrum obtinuit; hebr. *Mizrajim*. Termini ejus ex Nostris cognoscuntur et de divisione ejus vide, quos addulit Hartmann ad Edrisii Africam p. 325. *immissa*] i. e. lon-

fo contingat, ad meridiem refugit. Terra expers imbrum, mirè tamen fertilis, et hominum aliorumque animalium perfecunda generatrix. Nilus efficit, annuum, in Nostrum mare permeantium, maximus. Hic ex desertis Africae missus, nec statim navigari facilis, nec statim Nilus est: et

gissime in interiora porrecta. Plinius V, 9. *Aegyptus, introrsus ad meridiem recedens, donec a tergo Aethiopes praetendantur, et Noster III, 8, 3. de Arabico sinu: init penitus introrsusque. dorso*] est terminus australis, sicut frons septentrionalis, nam illud (*dorsum*) de interioribus usurparum regionibus, haec de iis, quae ad mare patent. Hinc Aethiopia vocatur sub Aegypto. *refugit*] i. e. recedit, retrahitur; de locis, terris, quae introrsum patent, ut sinus, valles. Supra I, 3, 2. *retracta et prominens* sibi obponit. *expers imbrum*] Ita veteres auctores ferunt, sed id tantum de superioris Aegypti tractu, qui est a Thebis ad Syenen, valet; cf. Senec. Q. N. IV, 2. in. ibiq. Ruhk. et Pococke Reisen T. I. p. 290. Nam ex itinerariis constat, in inferiori Aegypto non pluvias solum, sed et imbres nonnunquam demitti, pluviosque menses ibi esse Ianuariam, Februariam, Martium, Novembrem et Decembrem, per quos intra ripas suas devolvitur Nilus. cf. Niebuhr Reisebeschr. T. I. p. 498 [sq. *fertilis*] imprimis *Delta*, ut quotannis binas ferret messes. Hinc naves Alexandrinae in alias regiones frumentum vehebant, narratque Aurelius Vistor in Epit. I, 6., imperante Augusto, Urbi annua ducentes centena millia frumenti ex Aegypto illata esse. Hodie incolarum desidia Turcarumque tyrannide fertilitas immixta est. *hominum*] Diod. Sic. I, 31. narrat, quondam in populi causa numerata esse 7,000,000 hominum, in quo nu-

mero consentientem habet Ioseph. de B. J. II, 16. p. 190. ed. Hav. Vespasiani tempore. Hominum frequentia etiam judicari potest ex 20,000 urbibus, quas Amasi regnante in Aegypto fuisse tradit Herod. II, 177. Hodie incolarum numerus bellis, pestilentia et imperii forma deminutus est. cf. Heyne in Opusc. Acad. Vol. I, p. 224. et 259. *animalium*] horum nomina adpositis veterum locis recenset Dittmar Beschreib. d. alt. Aegypt. p. 105. *generatrix*] hinc ap. Strabonem *γένιμος, πολύγενος, τρέφιμος* vocatur. Est vero rarior haec vox, pro qua alias *mater, genetrix, alitrix* de terra occurrunt. *Nilus*] Gr. *Νεῖλος*, varia olim gessit nomina, v. c. *Siris, Aegyptus, Triton*. Prima *Nili* mentio occurrit in Hesiodo ap. Strab. I. p. 20. l. 29. quod nomen receptum mansit. *maximus*] de Istro id adfirmat Herodotus IV, 50., a quo recte discessisse Melam recentiores Geographi testantur. Accurate vero et caute addit in *Nostrum mare*, quia in Oceanum certe maiores permeant, ut Indus, Ganges.

§. 2. *ex desertis*] Nempe ignoti erant illo tempore Nili fontes, ita ut de vano labore dicerent *Nili fontes quaerere*; si qui tamen eos memorant, in diversis ponunt regionibus, v. c. in Aethiopia, India, Atlante et Luna montibus. Recentiori aetate eos in regno *Goyam* 10°cis aequatorem a *Petro Paisio*, Lufstatio, an. 1618. detectos esse putant, etsi quidam alvei tantum, non totius Nili fontes esse volunt. cf. Heyne ad Tibull. I, 7, 23. *navigari faci-*

cum diu simplex faevusque descendit, circa Meroën, late patentem insulam, in Aethiopiam diffunditur, alteraque parte Astabores, altera Astape dictus est. Ubi rursus coit, ibi nomen hoc capit. Inde partim asper, partim navigia patiens, in immanem lacum devenit: ex quo praecipiti impetu egressus, et Tachompsø, alteram insulam, amplexus, usque ad Elephantinen, urbem Aegyptiam, atrox adhuc fervensque decurrit. Tum demum placidior et jam bene navigabilis, primum juxta Cercaforum oppidum tri-

lis] Structura graeca, ut I, 15. 4. Quo minus vero navigari possit, multi in interiori Aethiopia scopuli impediunt, ut Herod. II, c. 29. scribit. Nilus est] i. e. dicitur, quia ante alia nomina gerit, ut Noster ipse deinceps explicat: *simplex*] quia uno alveo fluit nec in brachia finditur, quod et obpositum diffunditur et post *tripleco* docent. *descendit*] minus apte et efficaciter accommodatur ad *faevus* h. e. impetuosus ob catarhactas, et gravius verbum desideratur. *Meroën*] Gr. *Μαρον*. Aethiopibus etiam tributur infr. III, 9, in. *late patentem*] Latitudinem aliqui faciunt 1000 stadiorum, longitudinem 3000, et maximam in illis locis insulam praedicant, eiusque fertilitatem laudant. In hodierno nomine dissentiant, quippe aliis est *Goiam*, alii in regno *Sennaar* quaerunt. *Astabores*] ita cum Codicibus, addicentibus etiam aliis auctoribus, dedimus pro *Astaboras*. Pro *Astape* reperitur quoque *Astiosabus* et *Astafapes*, in quorum fluviorum notatione variant. Noster Nili alveos] facit, alii vero flumina a Nilo diversa, quae tamen in Nilum excurrant. Recentiores *Astapen* vocant *Rio Tacaze*, *Astaboron Mareb* vel *Morcy*, uti non omnes. *coit*] Plinius V, 10. l. 9. *nec ante Nilus, quam se totum aquis concordibus rursus iunxit*. *Vitruvius VIII, 2.*

inter Elephantida et Syenen Thebaicosque campos Nilum adpellari tradit. *asper*] ob catarhactas, quas videlicet descripsit Seneca Q. N. IV, 2. Cicero Somn. Sc. c. 5. eas *catadupa*, et *δυνεία*, ab immenso sonitu nominat. *navigia patiens*] usitatis *navigiorum*, ut Livius XXI, 32. *navium patiens*; sed haec participia non raro habent accusativum, si a comparativo et superlativo discesseris, quibus semper genitivus jungitur. cf. Perizon. ad Sanct. Minerv. I, c. 15. p. 146. ed. Bauer. *lacum*] alii *locum* minus recte legunt et de *catadupis* intelligunt. Sed et Herod. II, 29., quem sequi solet Noster, hoc in tractu *λίμνη μεγάλην*, in quam Nilus effundatur, memorat. Recentiores *Tzana* lacum in Abyssiniorum regione *Dombæa* esse volunt. *praecipiti*] hic imprimis Nili catarhactas superiores innuit, quas ex ipso adspectu descripsit Aristides T. II. p. 344. ed. Jebb. et e recentioribus Pococks T. I. p. 182. *Tachompsø*] ita ex Herod. II, 29. reposuimus. Incolebatur ab Aegyptiis et Aethiopibus confinibus et hodie *Hessa* vocatur. *Elephantinen*] Gr. *Ἐλεφαντινῶν*. Insulam alii faciunt cum insula cognomine, cum Tachompsø Aethiopiae tribuatur. *Hodie Ell-sag*, parva insula. *Cercaforum*] Gr. *Κερκασίων*. Hinc Nilus scinditur fluitque in Pelusium et Canobum a dextera

plex esse incipit. Deinde iterum iterumque divisus ad Delta et ad Melin, it per omnem Aegyptum vagus atque dispersus: septemque in ora se scindens, singulis tamen grandis, evolvitur. Non pererrat autem tantum eam, sed aestivo fidere exundans etiam irrigat, adeo efficacibus aquis ad generandum alendumque, ut praeter id, quod scatet piscibus, quod hippopotamos crocodilosque, vastas belluas, gignit, glebis etiam infundat animas, ex ipsaque humo vitalia effingat. Hoc eo manifestum est, quod, ubi sedavit diluvia, ac se sibi reddidit, per humentes campos quaedam nondum perfecta animalia, sed tunc primum accipientia spiritum, et ex parte jam formata, ex parte adhuc terrena,

at sinistra parte, medius per Delta. H. *Ékfas* putatur. *itorum itorumquo*] i. e. laepius. Sensus: post in varias partes divisus fuit. *Delta*] ita dedimus pro *Deltam*, quia in gr. diserte legitur τὸ κελούμενον Δάλτα, quam Aegypti partem plures ex Nili limo natam esse statuunt. Hic autem *Delta* pagus intelligi debet propter commemoratos Nili fontes. *Melin*] Corruptionem omnes clamant, quam alii tollere tentant repositis vocibus vel *Metalin*, quae urbe nimis hinc est remota, vel *Memphin*, prope quam vero Nilus adhuc uno alveo fuit. Nisi verba ad *Delta* et ad *Melin* delenda sint, cum commode abesse possint, scribi posset: ad *Dólta* et *Athribin*, quam urbem a *Delta* parum distantem, in cuius vicinia Nilus finditur, Ptolemaeus IV, 5. memorat.

§. 3. *aestivo fidere*] i. e. sole, et hinc aestate, est etiam proprie intelligi possit de signo coelesti, quod sol aestate ingreditur, quo tempore (18 — 19. Jun.) Nili exundationem fieri asserunt. cf. Pococke T. I. p. 296 et 369 sqq. Iustum incrementum Plinius V, 10. l. 9. facit 16 cubitorum, quod ut intelligerent, κελούμετρον in puteo erat structum (Strab. XVII, p. 362. l. 87.), in cuius locum

successit hodie columna *Mokiat*, in aedificio pluribus foraminibus aperto conclusa et per gradus descripta. cf. Wansleb Reise n. Aegypt. in Paulus Samanl. P. III. p. 164 sqq. Durationem eius exundationis recessusque 200 diebus definit Herod. II, 19. quocumque fere consentiunt Lucan. X, 225 sqq. et Senec. Q. N. IV, 2, §. 20. ed. Ruhk. *piscibus*] Eorum recensum agit Strab. XVII, p. 566. l. 823. *hippopotamos*] Gr. ἵπποποταμοί, et cauda et dentibus aprum, unguis et mole corporis bovem in namis referunt. Hodie vituli marini putantur et Aegypto ob telorum pyriorum usum relicta, in Abyssiniam cesserunt. Imaginem eorum exhibuit Buffon in d. NG. d. vierf. Thiere P. X. p. 78. ed. Berol. *crocodilosque*] Gr. κροκόδειλος, ab Arabibus *Timsah* vocatur et hodie infra catarrhactas non invenitur, ut praeter alios retulit Denon Reise p. 228. *glebis*] Ingeniose h. fabulam tractet Ovid. Met. I, 422 sqq. *vitalia*] i. e. animalia vitam habentia: *se sibi reddidit*] Poëtica, cum Ovid. Met. I, 425. *antiquo sua flumina reddidit alveo, humentes campos*] Adtingit hic veterum opinionem, acriter hodie explosam, animalia ex putredine vel limo vocari.

- 4 vifantur: Crescit porro, five quod solutae magnis aestibus nives, ex immanibus Aethiopiae jagis, largius, quam ripis accipi queant, defluunt: five quod sol hieme terris propior, et ob id fontem ejus minuens, tunc altius abit, finitque integrum, et ut est plenissimus, surgere: five quod per ea tempora flantes Etesiae; aut actas a septentrione in meridiem nubes super principia ejus imbre praecipitant; aut venienti obvii adverso spiritu cursum descendentes impediunt; aut arenis, quas cum fluctibus litori applicant, ostia obducunt: fitque maior, vel quod nihil ex semet amittit; vel quod plus, quam solet, accipit; vel quod minus, quam debet, emittit. Quod si est alter Orbis, suntque obpositi nobis a meridie Antichthones; ne illud quidem a vero pimum abscesserit, in illis terris ortum annem, ubi subter maria caeco alveo penetraverit, in Nostris rursus emergere, et hac re solstitio accrescere, quod tunc hiems fit, unde oritur. Alia quoque in his terris mira sunt. In quodam lacu Chemmis insula, lucos silvasque et Apollinis grande sustinens templum, natat, et, quocumque venti
- 5

§. 4. *Crescit*] Varias crescentis Nili causas eleganti brevitate persequitur, quae haec sunt: 1) liquefactae in Aethiopiae montibus nives; 2) solis per aestatem major distantia a fonte, unde plenissimus tunc surgere possit, in Etesiae, quibus vel septentriones ad meridiem nubes agantur, vel fluvii decursus retardetur, vel arenis ostia obducantur. Alii veterum alias adferunt causas, quas e vett. scriptis collegit praeter Gesner. ad Claudian. T. II. p. 648. Hennike de Geographia Africæ Herodot. Comment. Goett. 1788. Item recentiores, e quibus haec maxime probatur, quod venti boreales actas ad Aethiopiae montes nubes imbris praecipitant, cursumque Nilii non solum morantur, sed et marinas aquas in eum propellunt, cf. Wansleb Reise n. Aegypt. l. c. p. 166. *nives*] Si vel ibi jacent, tantam tamen vim aquae demittere non possunt. *propior*] Quis, cum a nobis longius abest, h. e. in tropico capri-

corni, tunc illis propior est. Sed tum idem in aliis Libyae fluviis eveniret. *hiems terris*] Intelligit eas terras, ubi Nilus oritur, et hiemem de nostra. *Etesiae*] Qui in certis regionibus certo anni tempore flant; hic, ut sequentia indicant, Nilique cursus declarat, sunt septentrionales, quae Aegyptii *Meltem*, nos West-Nord-Westwinds vocamus. cf. Wansleb l. c. p. 166 et 170. *principia*] fontes, ut *αρχη* in Graecis. *amittit*] propter ostia obducta. *accipit*] propter imbrem antea memoratum. *emittit*] quia descendentes cursum Etesias impediunt. *Antichthones*] v. ad I. 1, 2. Nicagoras ap. Schol. Apollon. Rh. ad IV, 296. hic *Anteoos* commentorat. *casco*] i. e. occulto, tecto, quod fit, ubi sub terra vel etiam mari procedere narratur fluvii, ut alpheus, alii. *Nostris*] sc. terris, non maribus.

§. 5. *Chemmis*] cf. Herod. II, 156. h. *Akmin*. *natat*] Herodot-

agunt, pellitur. Pyramides tricentum pedum lapidibus exstructae; quarum maxima (tres namque sunt) quatuor fere soli jugera aequa sede occupat, totidem in altitudinem erigitur. Moeris, aliquando campus, hunc lacus, viginti milia passuum in circuitum patens, altior, quam ad navigandum magnis onustisque navibus satis est. Psammethici opus Labyrinthus, domos *ter* mille et regias duodecim per-

tus l. c. id Aegyptios iactasse scribit, se nihil ejusmodi vidisse. Similem insulam memorat Plinius lib. X. ep. 20. §. 3. ed. Gierig. pluresque in China esse referunt itinerarii. *Pyramides*] Multi multa de his retulerunt. Nomen ex lingua Aegyptiaca derivant, quasi *Pi-ramis*, i. e. radius solis. cf. Dornedden Theor. d. gr. Mythol. p. 543 sqq. Conditores feruntur Israelitae, ab alijs Aegypti reges, in quibus *Moeris*, *Cheops*, *Chemmis* memorantur. In causis exstructionis earum ponuntur sepulturas, observationes astronomicas. Hodie in Aegypto inferiori tantum inter Cairo et Meduun conspiciuntur, existantque praecipue quatuor prope Giza. Olim in 7 miraculis numerabantur. *tricentum*] i. e. tricentorum. Rem sumit ex Herod. II, 124 *jugera*] Herod. l. c. habet *ἑκὰς πλῆθες*, quem si Mela reddidit, jugerum unum et duo *πλῆθες* sequavit. *Jugerum* autem ap. Romanos, censebatur longum 240 pedes, latum 120, ut diserte tradit Quintil. I, 10, §. 42. ed. Spald. *aqua sede*] Sic visum est cum Gronovio legere pro corrupto *quas et qua*. Haec verba enim desiderabantur ad veram hujus pyramidis notitiam, nempe ut prorsus esset quadrata, et aequalis tum in longitudine fundamentorum, tum in latitudine. Nempe anguli paribus inter vallis invicem distabant. *Sedes* est fundamentum, ut Virg. Aen. I, 86. et alibi. *totidem*] Discrepant auctores. Sic Herod.

II, 124. habet *ἑκὰς πλῆθες* i. e. 800 pedes, Plinius XVII, 36. l. 12. pedes 883 recentiores, nominatum Franco-Galli 465 pedes. *Moeris*] Descripsit Herod. II, 120. aliique, qui ejus magnitudinem et utilitatem praedicant. Excepit enim exsuperantes Nili aquas, ne stagnarent vel supra modum adsurgerent, aluitque magnam piscium copiam, unde vectigal pendebat. Videtur temporis progressu mutationem subisse, et in fossam abiisse, hodieque *ἕως* agnoscunt in *le lac de Kern* l. *Caronn* vel in *Bahr-Baten* l. *Bahr-Josof*. *viginti milia*] Aliquanto majorem facit Herod. II, 149. nempe 3600 stadiorum i. e. 450 M. *Per* quae 112 miliaria Germanica sequant: quae tamen mensura minime probabilis est. v. Wesseling ad Diod. Sic. I, 51. *Psammethici*] Plinius XXXV, 19. l. 13. a Petesucco vel, Tithos rege Labyrinthum conditum, a Psammethico, qui 700 an. a. Chr. n. regnasse fertur, perfectum esse scribit. *Labyrinthus*] Noster sua hausit ex Herod. II, 148. Qualis hodie conspiciatur, describit Lucas Voyage fait en 1714. T. II. p. 18 sqq. et Voyage dans la Turquie T. II, p. 259 sqq. et 267 sqq. Hodie vocant *Cassr-Carun*. Alii Labyrinthi fuerunt in Creta, Lemno et Italia, de quibus Plinius XXXVI, 19. l. 13. *ter*] Hanc vocalam ignorant omni. Codd., eamque ex Herod. II, 148, qui *ἐκίματα τετραχίλις* memorat, primus in textum intulit Pintianus, quem, ut re-



petuo parietis ambitu amplexus, marmore constructus ac tectus, unum in se descensum habet, intus paene innumera-  
 6 biles vias, multis ambagibus huc et illuc remeantibus, sed continuo amfractu, et saepe revocatis porticibus ancipites: quibus subinde alium super alios orbem agentibus, et subinde tantum redeunte flexu, quantum processerat, magno et explicabili tamen errore perplexus est. Cultores regionum multo aliter a ceteris agunt. Mortuos limo ob-  
 7 liti plangunt: nec cremare, aut fodere fas putant, verum arte medicatos intra penetrabilia collocant. Suis literis per-  
 verse utuntur. Lutum inter manus, farinam calcibus subigunt. Forum ac negotia feminae, viri pensa ac domos curant; opera illae humeris, hi capitibus accipiunt: parentes cum agent, illis necesse est, his liberum alere. Cibos pasam et extra tecta sua capiunt: obsoena intimis aedium reddunt. Colunt effigies multorum animalium, atque ipsa magis animalia: sed alii alia: adeo ut quaedam eorum, etiam per imprudentiam, interemisse, capital sit:

liqui, secuti sumus, literis tamen minoribus eam distinguentes. *regias*] Ad nomenum numerum, quo aucto auctae etiam sunt regiae, uti ex scriptoribus dicitur. Nam nomi ibi con-  
 venerunt, ut in commune consultantent. *ambagibus*] cf. Virg. Aen. V, 588. Ovid. Met. VIII, 161. *amfractu*] i. e. frequenti interruptione et aversione ex directo in obliquum. *revocatis*] Quae retrorsum floctuntur, hauriuntur, ut reverti cogaris.

§. 6. *a ceteris*] plerumque in hac structura abest *a*; sed fortasse hic cum Ciacconio legendum est *aliter ac ceteri*. De Aegyptiorum moribus multa dabant Herodotus, Strabo, Diodorus. *limo*] ita ex Herod. II, 85., qui *πυλόν* habet cum aliis, repositum est pro *fimo*. Notus est hic legendi ritus. *arte medicatos*] adhibito *cedrio*, picis genere, ut tradit Plinius XVI, 21. f. 11. Graeci dicunt de *ταρχύσιον* et *ταρχύσιον*, de artificibus *ταρχύται* vel *ταρχύταις*. In Latinis, v. c. sap. [Ci-

cer. Tusc. Q. I, 45. *condire* legitur. Ipsam artem prolixè descripserunt Herod. II, 86. et Diodor. Sic. I, 91. Medicata corpora *mamias* vocari, notum est. *penetrabilia*] Cicero. T. Q. I, 45. *domi servant*. In conviviis adpositos esse, ut se mortales esse convivae admonerentur, narrat Lucianus de Luctu c. 21. *parvorso*] ita ut a dextra ad sinistram versus ducerent, ut Hebraei. Habuerunt autem *γράμματα* *τερά* (sacerdotum) et *δημοτικά*, de quibus v. Tychsen in Bibl. d. alt. Lit. P. VI. p. 1 [sq. *lutum*] Duxit haec et sequentia ex Herod. II, 56. *foram*] Idem de Lydis narrat Justin. I, 7. ubi v. Intpp. et de recentioribus populis Heselii Geschichte der Menschh. T. I. p. 242. ed. 5. *obsoena*] i. e. naturales sordes.

§. 7. *animalia*] velut hircos, vaccas, crocodilos, ciconias, canes, feles, ibides, de quibus multa collegit Rupertus ad Juven. XV, 1. *capital*] i. e. facinus, quod capitis poena luitur; de re

et, ubi morbo aut forte extincta sint, sepelire ac lugere solenne sit. Apis populorum omnium numen est; bos niger, certis maculis insignis, et cauda linguaque dissimilis aliorum. Raro nascitur, nec coitu pecudis, (ut ajunt) sed divinitus et coelesti igne conceptus; diesque, quo gignitur, genti maximus festus est. Ipsi vetustissimi (ut praedicant) hominum, trecentos et triginta reges ante Amasin, et supra tredecim milium annorum aetates, certis annalibus referunt, mandatumque literis servant, dum Aegyptii sunt, quater cursus suos vertisse sidera, ac solem bis jam occidisse, unde nunc oritur. Viginti milia urbium Amasi regnante habitaverunt, et nunc multas habitant. Earum clarissimae, procul a mari, Sais, Memphis, Syene, Buba-

8

9

es. Cicero. T. Q. V. 27. Apis] De eo praeter Herod. II, 28. narrant plures eumque *μυσιον θεον* praedicant. Imaginem ejus exhibuit Montfaucon in antiquitate expl. T. II. P. II. tab. 126. *lingua*] i. e. mugitu. *coelesti igne*] Herod. l. c. *ελας* *in του ουρανου* dicit. Inest vero in his verbis *θεογονος* vocis divinitus. *festus*] non solum hic, sed et sex deinceps secuti, uti narrant auctores.

§. 8. *vetustissimi*] Idem jactantur Thebaei, Phryges, Scythae, Arcades. *trecentos*] Dissidet hic Noster ab Herodoto, sive respexit II, 100. sive II, 142. et in numero et in reges, quia Herodotus pro Amasi habet vel Sesostrii vel Sethonem, ut in priori loco 330, in posteriori 341 reges: quare Mela aut corruptus est aut negligentius egit. *Amasin*] Hic regnavit Cyri et Cambysis temporibus; ejusque praecelara celebrantur instituta, quorum causa Solon eum convenit. *annorum*] Plures anni ambitum faciunt ad lunae cursum, *μυσιον*. Quales hic intelligi debeant, declarat addita vox *aetates* et Herodoti ratio, qui II, 142. tres aetates 300 annos amplexas esse scribit. *certis annalibus*] Respicit *ετη γράματα*, quibus haec tradita in tem-

plis servabantur. *quater*] Respicere videtur annum astrologorum magnum, qui complectitur 15,000 annos sec. Macrobi. in Somn. Scip. II, 11. At Herodotus l. c., qui 11,340. annos; intra quos illud evenerit, ad regium imperium refert, singulis solis conversiones 6000 annis absolvi innuit. Recentiores aliquanto majus annorum spatium requirunt.

§. 9. *Viginti milia*] Sic et alii tradunt, ut Plin. V, 11. l. 9. numero in immensum aucto, qui ut aliquateus probetur, omnes Aegyptiorum imperio subjectas urbes huc arcessunt. *Sais*] Gr. *Σαΐς*. Metropolis inferioris Aegypti, ubi regia fuit et Minervae templum. Dicitur inde est *Σαΐτης νομός*. Hodie ruinis tecta jacet. *Memphis*] Gr. *Μεμφίς*, civis *Μεμφίτης*. Non procul a Pyramidibus sita, magno ambitu, olim arx regum et primaria Aegypti urbs, multisque operibus et aedificiis ornata. Iam *Μεμφίτης νομός*. Hodie *Gize* s. *Manof* putatur. *Syene*] Gr. *Σύνη*, inde *Συνηνίτης*. Sitae fuit in confinio Aethiopiae ad Nilum in Thebaide, unde eam et Elephantinen imperii Rom. clausura vocarunt. Ibi puteus est sub ipso aedivo tropico constitutus, in quo medio die

sis, Elephantine, et Thebae, uti quae (ut Homeri dictum est) centum portas, sive (ut alii ajunt) centum aulas habent, totidem olim principum domos, solitasque singulas, ubi negotium exegerat, dena armorum milia effundere: in litore Alexandria Africae contermina, Pelusium Arabiae. Ipsas oras fecant Canopicum, Bolbiticum, Sebennyticum, Pathmeticum, Mendesium, Catapystum, Pelusiacum, Nili ostia.

totus solis orbis adparebat. cf. Oudendorp. ad Lucan. II, 587. Hodie in vicinia est *Assuan*. *Bubastis*] (τῆρ βούβαστις ἢ βούβαστος et νομὸς Βουβαστίτης. Sita fuit prope alveum Nili, qui a Pelusio in austrum tendit, habuitque templum Dianae ibique h. *Benalbassar* stare putat Pococke T. II. p. 35. *Elephantine*] v. sup. §. 2. *Thebae*] Gr. οἰβή, ἢ οἰβή, ut Dionys. Perieg. v. 249. et Juven. XV, 6. Urbs longe antiquissima, vestro ambitu, templorum aliorumque aedificiorum magnificentia. Memnonis colossa statua insignis. Aliquot clades passa est, gravissimam a Cambyse, sic ut paullatim devastata jaceret. Ejus rudera cernuntur, ubi hod. pagi sunt *Luxoor*, *Carnas*. *Homero*] Iliad. IX, 381. ubi Heyne de aularum portis cogitare recte jubet. *Solitasque*] refer ad *aulas*, a qua voce inciso minori sejungi debet. *dena milia*] nimis auget, si cum incolarum numero in Aegypto compares, v. §. 1. quare vel corruptus est locus vel Mela memoria est lapsus. *Alexandria*] Gr. Ἀλεξάνδρεια. Conditorem habuit Alexandrum M. Urbs olim spatiosa fuit, commoda ad mercaturam faciendam situ, quatuor portubus instructa, aedificiis splendida, incolis frequentissima, bibliotheca celebris. Hodierna urbs, quam Arabes *Scanderic* vocant, eum locum occupat, ubi olim stetit Heptastadium inter continentem et Pharam, et multa

adhuc rudera veteris conspiciuntur, de q. v. Lucas Voyage dans la Turquie T. II, p. 28. *Pelusium*] Gr. Πηλούσιον. Quia Arabiae contermina fuit, a Livio XLV, 11, 4. *Aegypti claustra* vocatur, et Ptolemaeo Geographo inclaudit. In ejus locum successit *Al-Farmah*, Arabicae originis, sed brevis aetatis. Praerimi *Damiette* ibi ponunt, est magno solis intervallo abest, si e ruderibus judices. *Canopicum*] Septem hic commemorat Nili ostia, in quor et alios habet consentientes, unde ἑπτάνορος, ἑπτάνομος, ἑπτὰπλοῦς, ἑπτὰπλοῦς. *Pelusiacum* fuit ad dextram, *Canopicum* s. *Heracleoticum* ad sinistram, reliqua interposita erant, quorum hodie alii quatuor, alii tria vel duo norunt, quippe limo abducta sunt. cf. Wagners Reise n. Aegypt. in Paulus Sammlung III. p. 163 sqq. *Canopicum* ab urbe *Canops* nomen traxit, de q. ad II, 7, 6. *Bolbiticum*] a finitima urbe Bolbitine. Mansu, non natura factum dicit Herod. II, 17. et hodie quaserit paullo infra urbem *Rosetta*. *Sebennyticum*] ab urbe Sebennyto, h. prope urbem *Sebennud*. *Pathmeticum*] Locus cum nomine hodie incertus. *Mendesium*] ab urbe Mendete (Μένδη), ubi hodie *Ashnun-Tanah* esse dicitur. *Catapystum*] Probat hoc nomen Codd., quod *Tanisis* ideo positum fuerat, quod per illud *Ostis* arca per fraudem inclusis in

## C A P. X.

## A R A B I A.

Arabia hinc ad Rubrum mare pertinet; sed illic ma-  
laeta et ditior, ture atque odoribus abundat: hic, nisi  
a Casio monte ad tollitur, plana et sterilis, portum ad-  
mittit Azotum, suarum mercium emporium; qua in altum  
it, adeo edita, ut ex summo vertice a quarta vigilia or-  
n folis ostendat.

## C A P. XI.

## S Y R I A.

Syria late litora tenet, terrasque etiam, latius intror-  
t, aliis aliisque nuncupata nominibus; nam et Coele di-

re demissus fuerat, uti adfir-  
t Plutarch. de Isid. et Ofir.  
l. VII. p. 405. ed. Lipsi. Ho-  
vocatur *Omm-Faredje*.

## C A P. X.

Arabia] Gr. *Ἀραβία*. Olim di-  
Petraea, quas oram legenti-  
s Aegypto est contermina, et  
men ab urbe primaria Petra  
cta est. Nota est triplex Ara-  
te divisio post inventa in Feli-  
s, Petraeam et Desertam. hinc]  
s. ab ostio Nili Pelusiaco. et.  
n. V, 12. f. 11. rubrum mare]  
l. sensu angustiori de sinu Ara-  
o. illis] in meridiem et or-  
n, ad mare rubrum. Etenim  
s ad propius, hic ad remotius  
la refert contra vulg. Gramm.  
recepta. v. Perizon. ad Sanct.  
n. II, 9. p. 279. ed. Bauer.  
gis laeta] Adludat ad nomen  
abiae felicitis, quam *Evdaspara*  
at III, 8, 1. Laetus autem  
quoties de terris, ut vel Lexi-  
docent. Notanda etiam est  
aphrasia comparativi connexa  
n simplici, ut I, 6, 1. *culca-  
pis et ditior, ture]* Sabaeum  
nimis celebratur: hinc in nu-  
ramus turis adparet. *odori-  
]* de herbis odoriferis cogita.  
o] Mons ad Pelusium situs,

Fempeji M. sepulcro clausus, ne-  
que cum Casio, Syriae monte,  
cozmiscendus. Hodie vocatur  
*Cap del Cas. Azotum]* Gr. *Ἀζωτος*.  
Idumaeae potius est, et debebat  
saltem Gaza et Alcala praecede-  
re; adtigit tamen hic, quia olim  
Arabum fuit emporium: hinc  
etiam dicit *admittit. quarta. vi-  
gilia]* i. e. hora noctis nona vel  
tertia ante lucem. Nempe nox  
in 4 vigiliis describebatur, qua-  
rum singulae tres continebant ho-  
ras, conjunctas duodecim i. e.  
ipsum noctis spatium. Cetecum  
Mela Casio, Arabiae monti, tri-  
buit, quod tantum Casius Syriae  
sibi vindicat.

## C A P. XI.

§. 1. Syria] Nomen Homero  
et antiquissimis gr. scriptoribus  
ignotum, est, quos vocant *Ari-  
mos*, multi incolae arbitrantur.  
Postea modo latiori, modo stri-  
ctiori sensu dicta est Syria, quae  
et promiscue de Assyria dicitur.  
Fines descripsit Mela ita, ut cur-  
sus memor sui oras maris interni  
persequatur. Hodie sensu angu-  
sto vocatur *Soristan. litora]* ma-  
ris interni. *introrsus]* longe a  
mari versus Orientem. *Coelo]*  
gr. *Κόσμος Συρία*. Proprie Libano

citur, et Mesopotamia, et Damascene, et Adiabene, et Babylonia, et Iudaea, et Commagene. Hic Palaestine et qua tangit Arabas: tum Phoenice; et ubi se Ciliciae committit, Antiochia; olim ac diu potens, sed cum eam regnum Semiramis tenuit, longe potentissima. Operibus cert

et Antilibano includebatur (Plin. V, 17); post dicta est regio, quae ultra Seleucidem in Aegyptum et Arabiam recedit. Ita vero haec gr. voce regiones, quae in conuallibus sitae sunt, montibus inclusae dicuntur. *Mesopotamia*] Traxit hoc nomen a situ inter Euphratem et Tigrim, quo signo facile deprehenditur. Hodie *Diarbeck*, Turcis *Al-Dschezira*. *Damascene*] gr. *Δαμασκηνη χώρα*, dicta ab urbe Damasco, quam, ut alibi, in recensendis regionibus, simul hic innuit, quamque hodie incolae vocant *Damask*, unde regionis situs intelligitur. Celebrantur Damascena pruna et *mayxa* (*Apricofon*) a Plinio XV, 22. l. 13. Ipsa urbs Pauli Apostoli conversione ad religionem Christianam inclauit. *Adiabene*] gr. *Ἀδίαβην* sc. *χώρα*. Incolae Adiabeni nomen deducunt a duobus fluuiis, quorum nomina sunt *Diabas* et *Adiabas*, teste Ammiano Marcell. XXIII, 6. qui se illos transisse adfirmat. Hodie trans Tigrim quaeri debet, ubi conspicitur urbs *Monfoul* in regione *Curdistani*. *Babylonia*] Cujus urbs primaria *Babylon*, quam mox praedicat. Quamcumque quidam Persicam urbem adpellant, faciunt id sensu civili. Hodie vocatur *Irak Arabi* s. *Babli*. Terminos regionis alii contrahunt, alii extendunt, ita ut modo Chaldaea adtribuatur, modo ab illa separetur. *Isadaea*] Etiam haec vel late vel anguste ponitur et Palaestinam modo continet modo excludit, ut h. I. Ioseph. d. B. I. III, 2. terminos constituit Arabiam, mare internum, le-

eum Asphaltiten et Samaritanam *Commagene*] Ita editam nunc ob rationes geographicas. Syriae partem faciunt omnes, epusque praecipua urbs fuit *Samosata*, v. Strab. XVI, p. 516. l. 74. §. 2. *Palaestine*] Hanc quam terminationem pro vulgari *Palaestina* restituit A. Gronovius quia Mela eam amat. In S. vocatur *Chanaan*; Noster Syria adscribit, cui alii addimunt. *Phoenice*] v. Cap. seq. *Commistis*] e. conjungitur, ut Mela facta variatione docet I, 2, 40. 5. Plinius V, 13. l. 12. pro dicit: *ubi Ciliciam adtingit. Antiochia*] gr. *Ἀντιόχεια*. Complectitur, et hic urbem Antiochiam quae, cum cognomines fuerint plures, dicta est *Antiochia ad Orontem* fluvium vel *ad Daphnem* locum amoenum in vicinia. Falsae urbs primaria non solum Syria sed et caput Asiae totiusque Orientis, sedes praeterea doctrinarum doctorumque hominum, (Cicero p. Arch. P. c. 3.), ubi et Christiani nomen sortiti sunt fuisse (Act. Apost. XI, 26.) Ejus aemulitas hodie quoque ab itinerariis enarratoribus laudatur, etiam ab Arabes vocant *Antakia*. Pertinent haec ad Syriam, ut quae sententia satis docent. *Semiramis*] Nempe Affyria, cujus fuit nomina, olim etiam Syriam complectebatur: cum vero Syria et Affyria promiscue saepe ponantur, Semiramis vel *Syra* vel *Affyria* dicitur. De ipsa Semiramide in conf. Diod. Sic. II, 4. *Operibus*] Vadianus praecipue, quam voculam Codd. d.

ejus insignia multa sunt: duo maxime excellunt; constituta urbs mirae magnitudinis Babylon, ac siccis olim regionibus Euphrates et Tigris immixti. Ceterum in Palaestina eff. ingens et munita admodum Gaza; (sic Persae aerarium vocant: et inde nomen est, quod, cum Cambyfes armis Aegyptum peteret, huc belli et opes et pecuniam intulerat,) est non minor Ascalo; est Iope, ante diluvium (ut

ignorant; eam denovo expulit Vossius, sed revocavit Timius l. c. p. 310. Verba duplici modo intelligi possunt: vel multa ejus sunt insignia operibus, ut c. 7. illa (sc. Utica) *Catonis fato insignis*, haec (Carthago) *suò*; vel multa ejus opera sunt insignia. Cum dno, tanquam praecipua opera, subjungat, praeferenda videtur altera ratio, in qua tamen praepositio quaedam aegre desideratur, quod secus est, si priorem explicationem admittas. *Babylon*] Posteriores Latini regionis nomine vocant etiam *Babyloniā*; Script. S. *Babyl.* In conditore tamen non omnes consentiunt, sed aliqui etiam *Belum* vel *Babylonem*, illius filium, produciunt. Semiramis certe egregie illam ornavit, in quo celebrantur inprimis *moenia latissima*, tum *horti pensiles*. Tanta tamen et tam opulenta urbs Strabonis tempore deserta fere jacebat. De hód. situ discrepant: v. Niebuhr *Reisebesch. n. Arabien* Vol. II. p. 287., qui eam haud procul ab *Heheh* sitisse existimat. *siccis*] nempe in Aegypti terra parum pluit. Hinc fossae ad irrigandas segetes deductae sunt. *Euphrates*] de hoc et Tigri v. ad III, 8.

§. 5. *munita*] quod docet obpugnatio Alexandri M., cujus progressum versus Aegyptum tardavit. cf. Arrian. d. exp. Alex. II. c. 25. *Gaza*] alii adscribunt Syriae: habuit portum, etsi ab urbe paullum remotum, quare in

mediterraneis eam recenset Ptolemaeus V, 16. Inde ab Alexandri M. expugnatione (Curtius IV, 6.) devastata jacuit, ut adfirmat Strab. XVI. p. 522. f. 759. Mela igitur, ut alibi, antiqua tempora respexit, aut in excisae locum nova successit. Hodiernam urbem Arabes adpellant *Riase*, *aerarium*] Transit vocis *gaza* usus ad gr. et lat. scriptores et inde nostrum *Magazin* derivant. *Ascalo*] Sic rectius pro *Ascalon*, quia Latini graeca nomina, quorum Genitivus in *ovoc* flectitur, in *o* terminare consueverunt. Vestigia urbis inde cognoscitur, quod S. S. eam in 5 primis Philistinorum urbibus ponit. Ab Hierosolymis distabat 520. stadiis i. e. 16. mil. germ., uti quidem tradit Ioseph. d. B. Iud. III, 2. Strabo XVI. p. 522. f. 759. eam *πόλις μικρά* adpellat, sicut ac Mela. Tuit eadem viros doctos, in quibus Apollonium, Artemidorum historicos, Ptolemaeum grammaticum, Antiochum philosophum, Varronis et Ciceronis praefectorem. Praedicatur vinum *Ascalonium* et *cepan* (*Ασκαλωνία κρέμνα*), unde descendit n. *Schalotta*. Hodie ibi pagus *Ascalon* est. *Iope*] Gr. *Ἰόπη*. Fuit urbs maritima cum portu, in celso loco sita, unde Hierosolyma prospectare licuit. Tempore Maccabaeorum belli calamitatibus graviter vexata, postea Romanis diruta est. *Ioppicam* toparchiam commemorat Plinius V, 15. f. 14. Hodie vocatur *Jassa*. ditu-

ferunt) condita; ubi Cephea regnasse eo signo actolae affirmant, quod titulum ejus, fratrisque Phinei, veteres quaedam arae cum religione plurima retinent: quin etiam re celebratae carminibus ac fabulis, servatae a Perseo Andromedae clarum vestigium marinae belluae ossa immania ostentant.

## C A P. XII.

## P H O E N I C E.

1. Phoenicen, illustrare Phoenices, tollere hominum genus, et ad belli pacisque munia eximium: literas et literarum operas, aliasque etiam artes, maria navibus adire,

oium] cum plura fuerint, vetustissimum haud dubie, Ogygium intelligit. Plinius V, 14. l. 15. Ioppe — antiquior terrarum inundatione, ut ferunt. Cephea] alii eum Beli, alii Phoenicis filium faciunt, fueruntque ejusmodi nominis plures. cf. Burmanni Catalog. Argon. h. v. signo] i. e. argumento, quod nempe in sensu incidit, externis notis, ut gr. *επιτομ. titulum]* i. e. inscriptionem, ut III, 1, 8. *turris Augusti titulo memorabilis. fratrisque]* Sic et alii, v. c. Ovid. Metam. V, 13 sqq. Andromedae autem pater fuit *Cepheus*, sponfus *Phineus. arae]* harum, non alibi fit mentio. *celebratas]* Recte: nam multi (v. Gierig. ad Ovid. Met. IV, 662.) hanc tractarunt fabulam, cujus summa haec est: Andromeda ob matris Cassiopejae superbiam formaeque fiduciam, qua se Nereidibus praetulerat, saxo adligata ac marinae belluae objecta, a Perseo servata in ejus matrimonium cessit. *vestigium]* Attamen Plinius IX, 4. l. 5. refert, ossa illa a M. Scauro in aedilitate Romam advecta et ostensa fuisse. Mela igitur auctores graecos, qui id scripserant, antequam illa ossa Romam deportata essent, secutus esse videtur. Alii, v. c. Plinius V, 14. l. 15. Ioseph. d. B. I. III, 9, 3. alia ve-

estigia, *Andromedae vincula*, addunt. *belluae]* Sic et Ovid. Met. IV, 688. alii *cetum* fuisse tradunt, alii *pistrionem. immania]* quippe longitudine pedum 40., altitudine costarum Indicos elephantos excedente, spinas crassitudine sesquipedali, ut tradit Plinius IX, 5. l. 4.

## C A P. XII.

§. 1. Phoenicen] Ita c. Graecis solent dicere Latini, rarius Phoenicia. Terminos modo ampliores, modo angustiores faciunt, modo Syriae adscribunt, modo ab ea separant. Ex urbibus adpositis termini ap. Nostrum judicari possunt, etsi oram tantam legit, quam et paene tota occupabat. *genus]* i. e. gens, ut I, 16, 1. Sollertia autem, quae spectatur acri et acuto ingenio ad res versandas, maxime tribuitur Sidoniis, quorum opera artificiosa laudantur. Ap. Homer. II. XXIII, 743. *πολυτάλας. munia]* Livius I, 42. *belli pacisque munia*. Sic a muneribus differre putant, ut majorem possent laborem. Infr. I, 17, 1. *belli pacisque artes. literas]* Sic plerique, cum quidam etiam alia id tribuant. cf. Fischer ad Weller. Gramm. gr. P. I. p. 8. *literarum operas]* Varie haec explicantur, de siderum numerorum-

classe configere, imperitare gentibus, regnum praelium-  
que commenti. In ea est Tyros, aliquando insula, nunc 2  
idnexa terris deficit, quod ab impugnante quondam Alexan-  
dro jacta opera vici tenent. Ulterior, et adhuc opulenta  
Sidon, antequam a Persis caperetur, maritimarum urbium  
maxima. Ab ea ad promontorium Euprosopon duo sunt 3  
oppida, Byblos et Botrys: ultra tria fuerunt, singulis inter

que disciplina, libris, instrumen-  
tis scriptoriis, de arithmetica et  
scientia mathematica. Cum *lita-*  
*ae* antea proprie dicantur, eam  
operas debent esse ea, qui-  
us efficiendis, effingendis, pro-  
cucendis inserviant, v. c. episto-  
lis, libris, artes.] In quibus ce-  
brantur arithmetica, astrono-  
mia, ballista, funda, textura  
estium. *navibus*] Hinc eos jam  
Iomer. Odyss. XV, 414. ναυεικλή-  
ως vocat, eorumque in hoc ope-  
ra usus est Salomo. Adjuvabat  
avigationes fiderum cognitio,  
nam habebant. *classe configere*]  
unde latrocinia memorantur,  
uae compescuit Minos Creten-  
tis. *imperitare*] respicit Assyrio-  
rum imperium. *proelium*] de  
re instructa iustoque ordine in-  
telligendum.

§. 2. *Tyros*] Rificum nomen  
est, unde *Sarra* et *Sarranus* in  
at. auctoribus occurrit, post  
*tyros*, et cum ea relicta incolae  
Tyrum insulam migras-  
sent, *Palastyros* vocata est. Hic  
ro nova intelligitur, ut adpat  
ex eo, quod, auctore Curtio  
I, 2, 18., Alexander M. ex ve-  
re magnam saxorum vim ad  
struenda opera in obsidione in-  
lae conquirit. Haec angusto  
ro 700. passuum (Plin. V, 17,  
19.) a continenti erat divisa.  
claruit cultu Herculis, naviga-  
tionibus, purpura, expugnatione  
Alexandri M. Rudera ejus  
rima adhuc cernuntur in au-  
tli parte insulae. *deficit*] Ve-  
 explicatur. Ex re ipsa et ad-

unctis esse videtur: insula esse  
deficit, ut gr. ἀλλοπεύ. quod] ita  
correximus, quia seqq. causam  
continent, cur Tyros insula esse  
deficit, idque praestare videtur  
quam, quod Titius l. c. p. 211.  
ex conjectura dedit. *opera*] ad  
munitiones omnino, peculiariter  
ad obsidiones urbium refertur. v.  
Liv. V, 19, 10. *jacta*] ob mo-  
les in mare fundamenti causa de-  
mittendas. cf. Horat. III, od. 1,  
34. *jactae in altum moles*. Hinc  
natus Isthmus, qui Tyrum a con-  
tingenti sejuunxit et a Francis in  
expeditionibus cruciatis effossus  
est. *vici*] sunt sine dubio intel-  
ligenda castella, in illis operi-  
bus, aggero, exstructa. *Sidon*]  
Gr. Σιδών. Urbs pervetusta, Ty-  
ro antiquior, portu instructa,  
clara navigatione, literis artibus-  
que, unde Homer. II, XXIII, 743.  
eos πολυδαίδαλους adpellat. Hodie  
in ejus loco stat pagus exiguus  
*Saida* et portus arenis obductus,  
est navigatio et mercatura adhuc  
exercetur. cf. Volney Reise T. M.  
p. 153 [qq. *Persis*] Sub Artaxer-  
xe Ochi, qui eam cum incolis  
conflagratione evertit; post in-  
staurata, (v. Curt. IV, 1, 16.) et  
ob inveteratum in Persas odium  
ultra Alexandro M. se dedit. In  
illo Persico bello amplius 100.  
naves habuit. (Diod. XVI, 44.)  
Hinc *Melae maritimarum urbium*  
*maxima* adpellatur.

§. 3. *Euprosopon*] Gr. εὐπρό-  
σπον adpellare solent. Shaw  
Voyage T. I. p. 12. vocat h. cap.  
*Graeco*. *Byblos*] Gr. βύβλος, quod



- se stadiis distantia; locus ex numero Tripolis dicitur: tum  
 4. Simyra castellum, et urbs non obscura Marathos. Inde  
 jam non obliqua pelago, sed aduersa adiacens Asia, gran-  
 dem sinum inflexo tractu litoris, accipit. Populi dites cir-  
 cumfident; situs efficit: quia regio fertilis crebris et navi-  
 gabilibus alveis fluminum pervia, diversas opes maris at-  
 que terrarum facili commercio permutat ac miscet. In eo  
 5. prima est reliqua pars Syriae, cui Antiochiae cognomen  
 additur: et in ora ejus urbes, Seleucia, Paltos, Berytos,

nomen posteriores *Biblos* scri-  
 bunt. Antiquissima fuit Phoeni-  
 cum urbs adeoque *κεῖνον κτίσμα*  
 habita, inter Sidonem et Theupro-  
 lopon in loco edito prope mare  
 sita, olimque Cinyrae regia. In-  
 claruit Adonidis atque Astartis  
 cultu. In hodierno nomine va-  
 riant: Pococke T. II. p. 142. a  
 Francis eam vocari *Gibelo*, ab  
 incolis *Esbelo* asfirmat. *Botrys*]  
 Gr. *βότρυς*. Ab Ithobalo, Tyrio-  
 rum rege, condita fertur a Jo-  
 seph. Antiq. Iud. VIII., 15. 2. et  
 h. creditur esse *Patrons*. *Tripo-  
 lis*] Gr. *τρίπολις*. Dicta est ex  
 trium urbium coloniis, unde  
 constabat, Aradi, Tyri et Sido-  
 nis. cf. Diodor. XVI., 41. Sin-  
 gulae raris erant divisae, ceteri  
 hodie unius tantum vestigia ad-  
 parent. Hodierna urbs ab anti-  
 qua situ distans a Turcis vocatur  
*Trapoli*, ab Arabibus *Tarabolos*,  
 ab Italis *Tripoli di Suria*. *Simy-  
 ra*] Gr. *τῆ Σίμυρα*. Situm fuit  
 hoc castellum ad fluvium Eleuthe-  
 rum in confinio Syriae et Phoeni-  
 ces. Ejus ruinas h. vocant  
*Sumrah*. *Marathos*] Gr. *Μαράθος*,  
 sec. Arrian. II., 13. Alexandri  
 M. tempore *κόλις μεγάλη καὶ εὐδαί-  
 μων*, quare Nostro urbs non ob-  
 scura dicitur. Varias fati et no-  
 minis vicissitudines subiit et h.  
 ruinis submersa jacet.

§. 4. non obliqua] explicat ipse  
 I. 2, 2. *Ora* (Asiae) cum *alveo*  
*Nili amnis ripis descendit in pelag-*  
*us et, dis, sicut illud incedit, ita*

*sua litera porrigit; deinde sit ve-*  
*nienti obviam et primum se ingenti*  
*ambitu incurvat. Sinum] Isthmum,*  
*de quo c. 13. permatac] Sic Ta-*  
*cit. d. Germ. c. 5. permutatationes*  
*mercium utuntur. Offendebat h.*  
*l. quosdam synonymia, et verba:*  
*ac miscet ejicere voluerunt. Sed*  
*similia in summa Melae brevitate*  
*occurrunt, v. c. I, 5. 1. caput*  
*atque exordium.*

§. 5. *Antiochiae*] Non mirum  
 esse debet, quod celeberrimam  
 urbem, Antiochiam, non me-  
 morat, nam Mela regionum,  
 terrarum, sinuum nominibus  
 complecti et tacite innuere loco-  
 rum cognominum memoriam so-  
 let. *Seleucia*] Gr. *Σελεύχεια*. Quis  
 plures ejusdem nominis urbes  
 erant, nostra adpellari solet *Pi-  
 ria*, a monte Syriae; sita fuit ad  
 mare non longe ab ostiis fluvii  
 Orontis inter Ciliciam et Phoeni-  
 cen, contra Cyprum, nomenque  
 debet Seleuco Nicatori, qui omni-  
 no IX. urbes cognomines condi-  
 dit. Hodie urbs ruinis obruta  
 jacet, locusque nunc adpellatur  
*Suedis*. *Paltos*] Gr. *πάλτος*. Sita  
 fuit inter Balaneam et Gabala,  
 hodieque locus, ubi vestigia ejus  
 inveniri putantur, vocatur *Bokdo*.  
*Berytos*] Gr. *βηρυτός*, penultima  
 ap. poetas producta. Fuit urbs  
 antiquissima, ad mare, ut Melae  
 cursus suadet; sita, 400. stadiis  
 sec. Strabonem a Sione remota.  
 Amoenitatem laudant Dionys.  
 Perieg. v. 91a. et Ammian. XIV,

Laodicea, Rhofos, amnesque, qui inter eas eunt, Lycos, et Baudos, et Orontes: tum mons Amanus, et ab eo statim Myriandros et Cilices.

C A P. XIII.

E I L I C I A.

At in recessu intimo locus est magni aliquando discriminis, fuorum ab Alexandro Persarum fugientisque Darii spectator ac testis: nunc ne minima quidem, tunc ingenti

8. Scholamque Iurisprudentiae dicatam celebrant posterioris aevi scriptores. Ann. 350. p. Chr. n. terrae motu maxima urbis pars concidit. Urbs h. parva ab Arabibus vocatur *Bairut* vel *Baruth*. Ceterum merito hic Mela neglecti ordinis geographici arguitur. *Laodicea*] Gr. *Λαδίκεια*. Eam alii in Phoenice collocant, alii Syriae adscribunt; situra ejus describit Appian. d. B. Civ. IV, 60. Sub Severo Niger Imperator eam funditus evertit, quod ipsum incolae recipere noluerunt. H. vocatur *Latikea* s. *Latikia*. *Rhofus*] Gr. *Ῥόσος*. De situ dissentiunt auctores, quorum alii eam in Syria, alii in Cilicia ponunt, qui dissensus inde ortus est, quod in utriusque regionis confinio sita fuit. Hodie ibi multa rudera conspiciuntur. *Lycos*] Fluebat inter Palaeblyblum et Berytum, eumque navigabilem facit Strab. XVI, p. 519. l. 755. et inter duos praecipites montes in mare evolvi narrat Maudrel in Paulus Sammlung d. R. in Orient. T. I. p. 48. Arabes eum vocant *Kelp*. *Baudos*] Nomen dubiae sedis videturque referendum esse ad fluvium prope Palton, qui h. vocatur *Melleck*. *Orontes*] Gr. *Ὀρόντης*. Ejus fontes ponunt in Coele Syria inter Libanum et Antilibanum juxta Heliopolin h. Baalbeck; ab ortu terram subit, post iterum emerfus inter Apameam et Antiochiam terrae hiatu

absorbetur et subter terram per 40 stadia labitur, dum iterum prodeat. v. Strab. VI, p. 190. l. 275. Hodie vocatur *El-assi Amanus*] Penultima producta; gr. *τὸ Ἀμανὸν ἕσος*. Alii eum Cappadociae, alii Syriae adscribunt, plerique eum in finibus Ciliciae et Syriae ponunt, v. c. Plin. V, 18. l. 22. Inclaruit Alexandri M. et Darii transitu et Ciceronis expeditione et victoria de praedonibus. H. vocatur *Monte Negro*. *Myriandros*] Gr. *Μυριανδρὸς*. Syriae urbem vocat Plinius II, 112. l. 108. alii vero eam in Cilicia ponunt.

C A P. XIII.

§. 1. *Cilicia*] Nomen deducunt a Cilice, Agenoris filio. Secundum Strab. XIV, p. 459. l. 668, facta divisione, dicebatur vel *ραχισία*, aspera, lapidosa, vel *πεδία*, campestris. Mela vero, ut Plinius, omissa illa divisione, Ciliciam continuam unamque a Pamphylia ad Syriam producent. Cilices periti nautae, sed rei nauticae abusu piratae facti, eorumque mores improbi in proverbium abierunt. *recessu*] intelligitur illa planities s. itaasa patens inter Pinarum amnem et Isum urbem, quae tota monte clausa erat. Campum descr. Diodor. XVII, 33. Curtius III, 8 sqq. *discriminis*] i. e. magni eventus; pugnatum est a. Chr. n. 333. *spectator*] eleganter Mela, ut opti-

urbe celebris Iffo spit; et hac re sinus Ifficus dicitur. Procul inde Ammodes promontorium inter Pyramum Cydnumque fluvios jacet. Pyramus Iffo propior Mallon praeterfluit: Cydnum ultra per Tarsum exit. Deinde urbs est olim a Rhodiis Argivisque, post piratis, Pompejo adsignante, possessa; nunc Pompejopolis, tunc Soloë: juxta in partem

mi quique scriptores. rebus inanimatis aliquid tribuit hominis proprium; notus Horatii locus IV, od. 4, 38. *testis Metaurum flumen.* Iffo] Gr. Ἰσσοί, rarius Ἰσσοί. Omnes eam in Cilicia ponunt, cuius ἰσότητα πάλιν (ad Orientem) καὶ ἔξ. Ζαλέττυ vocat Xenoph. d. Cyr. Exp. I, 2, 24. H. vocatur *Lajazo*. Titzius l. c. p. 211., paret anteposito, *Iffos* scripsit, quod nobis non necessarium videtur, etsi Mll. faveat. *celebris*] Notandum, *celebris* masculinae elatum esse, quod in bonae notae auctoribus non occurrit, certe non imitandum est jud. Esnestio ad Tacit. Annal. II, 88. l. *sinus Ifficus*] Gr. κόλπος Ἰσσοίος, rarius κόλπος Κιλίκιος. Quidam eum latissime extendunt, sic ut Pamphylia, Chelidonia insula adeoque Patara in Lycia adtigerit et ab altera parte ad Phoenicam usque pertineat; usitate tamen prope Iffum commemoratur et Amanii montis extremitatibus includitur, sic ut a Cilicio et Pamphylia mari distinguatur. H. *Golfo di Seandroon*. *Ammodes*] Libri Mll. variant: incertum, quid verum sit, cum inter Pyramum et Cydnum ab aliis nullum promontorium memoretur. *Ammodes* dedit Vossius et Pöcocke T. II. p. 255. intelligit *Capo Mallo*, cum aliud in h. tractu promontorium non notetur. *Pyramum*] oritur ad septentrionem a Cilicia in Cataonia, diu sub terra habitur, tum aperto per Taurum angusto transitu in Ciliciam ruit et in fretum inter Ciliciam et Cyprum exit. H. putatur *Tahan*, vel etiam *Quinda*.

*Cydnumque*] oritur in Tauri monte, unde Tarsum transit. Notus est vitae periculo, quod Alexander M. se lavaturus in praefrigidam ejus aquam pulveris e fustoris plenus se projecitens adiit (Justin. XI, 8, 3.) et opalis quibus Cleopatra Antonium a ejus officium excepit. H. est alii *Kara-Su*, aliis *Baradan*. Iffo propior] alii legunt prior: sed cum Mela in notandis fluvii inde ab Iffo ad Tarsum progreditur et, quo situ respondeant utriusque urbi, exponat, rectius legitur *propior*. *Mallon*] Gr. Μάλλος. Strab. lib. XIV, p. 464. l. 675. eam Amphilochoi et Mopsi ex Apolline et Manto κτίσμα φασι; Stephanus l. v. simpliciter a Mallo conditam refert. Sita fuit in loco edito et Pompeji M. tempore deserta jacuisse videtur, quod eam piratis habitandam concessit. v. Appian. in Mithrid. c. 96. *Tarsum*] Gr. Ταρσοί, rarius Ταρσοί. Urbs pervetusta et, ut Xenoph. d. Cyr. Exp. I, 2, 23. ait, ἡ πόλις τῆς Κιλικίας μεγάλη καὶ εὐδαίμων, quae philosophiae studio aliisque artibus doctorumque virorum natalibus, inpr. Apostoli Pauli (Act. Ap. XXII, 3.) inclaruit. Nomen priscum et hodie servat, non item opulentiam.

§. 2. *piratis*] quales fuerunt inprimis Cilices, adjunctis quidem sociis, Syris, Pamphyliis aliisque Orientis populis. Vocabulum *pirata*, graecae propriae originis, a latinis pro *praedonibus maritimis* frequentatur. *adsignante*] consentit c. Mela Strab. XIV. p. 46a. l. 671. eamque ur-

vo tumulo Arati: poëtae monumentum; ideo referendum, quia ignotum, quam ob causam jacta in id saxa disfiliant. Non longe hinc Corycos oppidum portu saloque incingitur, angusto tergoze continenti adnexum. Supra Specus est, nomine Corycius, singulari ingenio, ac, supra quam ut describi facile possit, eximius. Grandi namque hiatu patens, montem litori adpositum, et decem stadiorum clivo satis arduum, ex summo statim vertice aperit. Tunc alte demissus, et quantum demittitur, amplior, viret lucis pendentibus undique, et totum se nemoroso laterum orbe complectitur: adeo mirificus ac pulcher, ut mentes accedentium primo adspectu consternat; ubi contemplari duravere, non fatiet. Unus in eum descensus est, angustus, asper, quingentorum et mile passuum, per amoenas umbras et opaca silvae quiddam agreste resonantis, rivis hinc atque illinc fluitantibus. Ubi ad ima perventum est, rur-

3

berem *Λιπυνηρην* fuisse dicit. *Soloe*] Gr. *Σόλος* et est vox bisyllaba, ut *Evos* ap. Horat. II, od. 19, 7. Mela terminationem graecam, per *os* reddere solet, sicut II, 1, 2. *Arimaspos* et *Hamaxobios*. Originem ejus ab Argivis et Rhodjis cum Nostro deducit Strab. XIV, p. 462. l. 671. Inelaruit viris doctis Chryssippo, Stoico, Philemone, poëta comico, et Arato, astronomo, et nota est *Soloeicis* verbo in rhetoricis, licet alii ad Cypri urbem ejusdem nominis referant. A Pompejo M., in restauratore ejus, *Pompejopolis* dicta est; h. ruinis submersa evanuit. *disfiliant*] de mira hujus tumuli natura et vi nemo praeter Melam scripsit: simile quid in Antaei tumulo evenire tradit infra III, 10. fin. *Corycos*] Gr. *Κόρυκος*. Ab ea initium propriae Ciliciae facit Ptolemaeus V, 8. Varie hodiernum ejus nomen tractatur, ut *Curcur*, *Curcho*, in mapis geogr. *Courcon*. *incingitur*] similiter infr. II, 5, 6. pro simili *cingere* usurpat, ut gr. *περιπαύει*. *tergoze*] de jugo cogitur, quod urbem in mari sitam continenti conjungit.

§ 5. *Specus*] Fuerunt duo ejusdem nominis antra; (v. Strab. XIV, p. 461. l. 671.), quorum alterum Typhoneum in fabulis maxime celebratum, v. c. Pindar. Pyth. I, 32. ubi *Κελύσων ἀντρον* dicitur; alterum non minus celebre in Phoeide, juxta Parnassum, unde *Corycides Nymphae* ap. Ovid. Met. I, 320. Illius nomen ducitur a *Coryco*, urbe, hujus a *Nympha Corycia*. Ceterum Melae hujus antri descriptio tam elegans et adcurata est; ut eam in Cilicia fuisse illudque perstrasse quidam statuunt. *quam ut describi*] Omittitur plerumque ut in tali oratione, sequiturque promiscue, ex orationis nexu, modo conjunctivus, modo indicativus. cf. Turfellin. d. Partic. p. 840. *viret*] eleganter pro *habet*, *ibi sunt*. Sic Rutilius in Itin. I, 283. *viret densis vicinia lucis. pendentibus*] alii *h. pubentibus*, pari elegantia. *asper*] Strabo l. c. *καταβάντι, εἰς αὐτὴν ἀνώμαλόν τεῖν ὕδατος καὶ τὸ πολλὸν περὶ ὄδας*. *opaca silvae*] poëtica forma pro *opacas silvas*: sic Virgil. Aen. VI, 633. *opaca via um. rivi*] in Anglia prop. Castletonium urbem antrum est, quod vulgo *Devil's*

D

- sum Specus alter aperitur, ob alia dicendus. Terret ingredienti sonitu cymbalorum, divinitus et magno fragore crepitantium. Deinde aliquamdiu perspicuus, mox, et quo magis subitur, obscurior, ducit ausos penitus, alteque quasi cuniculo admittit. Ibi ingens amnis ingenti fonte se extollens, tantummodo se ostendit, et, ubi magnum impetum brevi alveo traxit, iterum demersus absconditur. Intra spatium est, magis, quam ut progredi quispiam auit, horribile, et ideo incognitum. Totus autem augustus et vere facer, habitarique a Diis et dignus et creditus, nihil non venerabile, et quasi cum aliquo numine se ostentat.
4. Alius ultra est, quem Typhoneum vocant, ore angusto, et multum (ut experti tradidere) pressus, et ob id assidue nocte subfusus, neque unquam perspicui facili: sed, quia aliquando cubile Typhonis fuit, et quia nunc demissa in se
5. confestim exanimat, natura fabulaque memorandus. Duo deinde promontoria sunt, Sarpedon, finis aliquando regni Sarpedonis, et quod Ciliciam a Pamphylia distinguit, An-

Cave, et magnam cum Corycio habet similitudinem. cf. Moritz Reife in Engell. p. 213. ubi duo fluvii manant, concentum musicum facientes. cymbalorum] hunc sonum alii a ventis in speluncam irruentibus repetunt, alii ab ignibus subterranea vulcaniis. cf. Knoll unterhaltende Natur-Wunder T. II. p. 28 sqq. divinitus] rex veterum opinione, qua omnia, quorum causam ignorabant, et vim subito majorem animadvertent, diis tribuebant et divinitus fieri moverique putabant. ausos] se. progredi, ingredi. amnis] ejus meminit Strab. l. c. ἄντρον ἕχον μεγάλην πηγὴν ποταμὸν ἐξήλεκτο καθαρὸν τε καὶ διαφανὸς ὕδατος. impetum] haec vox motum celerem rapidumque in flumine indicat, ut de Nilo I, 9, 2. horribilo] i. e. cum sacro quodam timore adpiciendum. angustus] d. h. voce v. Sueton. Aug. 7. loca religiosa et in quibus augurato quid consecratum, angusta dicuntur. a diis] i. e. Nymphis. cum aliq. numine] i. e. majestate

ap. homines inusitata. Valer. Flacc. Arg. III, 428. Utque motum numerusque loco sacramque quietem addidit.

§. 4. Typhosum] hinc in Typhonis historia occurrit Κερκίον ἄντρον, (Apollocl. I, 6, 5) Κιλίκιον ἄντρον, (Pind. Pyth. I, 32.). Curtius III, 4, 10. Typhonis specus et Corycium nomen, ubi crocum gignitur. Cilicia autem fuit regio natalis Typhonis: cui Aetnae subjectum fuisse, fabulae tradunt. pressus] i. e. depressus alte demissus, profundus, ut v. l. pressa ap. Gratian. Cyneg. v. deinde, quis id, quod pressus undique, coit et in se contrahitur, significat angustus. exanimat] hinc Lucan. VI, 91. anletiferi rabiem Typhonis anhela-

§. 5. Sarpedon] Ptolemaeus V, 8. cum Strabone prope Olycadni fluminis ostia ponit: id notuit pace Romanorum eam Attiocho M., cui terminus regiae constitutus est. cf. Livius XXXVIII, 38, 9. Sarpedon

marium: interque ea Celenderis et Nagidos, Samiorum coloniae; sed Celenderis Sarpedoni propior.

## C A P. XIV.

## P A M P H Y L I A.

In Pamphylia est Melas, navigabilis fluvius; oppidum <sup>1</sup> Sida; alter fluvius Eurymedon. Magna apud eum Cimonia, Atheniensium ducis, adversus Phoenicas et Pelas navalis pugna atque victoria fuit. Mare, quo pugnatum est, ex edito admodum colle prospectat Aspendos, quam Argivi condiderant, possedere finitimi. Deinde alii duo validissimi <sup>2</sup> fluvii, Cestros et Catarrhactes: Cestros navigari facilis;

Fuit dux Lyciorum (cf. Homer. II. II, 876. V, 647.) et Mela spectavit h. l. antiquissimos Lyciae terminos. *Anomurium*) Gr. Ἀνομούριον. Memorat et Livius XXXIII, 20, 5. et diserte Ciliciae promontorium dicit; alii, omissa promontorii mentione, urbem tantum hic ostendunt. A recentioribus vocatur *Stalemura*, *Anomurich. distinguit*) discrepat hic ab aliis, qui et ipsi varie Ciliciae fines constituunt, quod ex regnorum conversionibus derivandum est. *Celenderis*] Gr. Κελένδρις. Apollod. III, 14, 3. urbis conditorem facit Sandacum, Syrum, neque tamen Mela cum eo pagnat, dum Samiorum coloniam dicit, si temporum intervalla et urbium vices spectentur. Regio Celenderitis cum oppido cognoscitur ex Plin. V, 22. l. 27., munitionumque castellum adpellat Tacitus annal. II, 80. H. varie vocatur *Palopoli*, *Crionero*, *Canderolo*. *Nagidos*] Secund. Stephanaum urbs inter Ciliciam et Pamphylia, quam Naugis gubernator condiderit. Hodie vocatur *Nigde*, Turcis *Nigidia*.

## C A P. XIV.

§. I. *Pamphylia*] Dicta est a Pamphyle, Rhacii et Mantus filia, vel a Pamphilo: antea *Mopso-*

*pia* vocatam esse, tradit Plinius V, 26. l. 27. Incolae *Pamphylia* et *Pamphylia Melas*] Gr. Μίλας. Prope Sidam eum fluere, omnes narrant atque antiquum Ciliciae finem fuisse scribit Plin. l. c. *Sida*] Gr. Σίδη. Nomen derivat a voce Boeotica *sida*, quae malum Punicum (*Quitte*) significat, confirmati numis, in quibus illud conspicitur. Habuit portum et Minervae templum, cujus effigiem, adposito malo punico, nunc exhibent. H. *Scandalor* vocatur. *Eurymedon*] prope Aspendum omnes ponunt. *Phoenicas*] de h. proelio cf. Cornel. Nep. IV, 2, 2. Phoenicas nominat, quia in iis maxima Persarum vis confiterit. *ex edito*] Arrianus de exped. Alex. I, 27. testatur, Aspendum urbem in promontorio sitam esse, unde, licet 60 stadia abesset a mari, proelium tamen spectari potuit. *Aspendos*] c. Mela de conditoribus consentit Strab. XIV, p. 459 l. 667. qui eam πόλιν εὐανδροῦσαν ἰκανῶς adpellat; celebratur Veneris cultu porcinis sacrificiis peracto. H. *Primopolis* dicitur.

§. 2. *validissimi*] vel multitudine aquarum, vel impetu. *Cestros*] Gr. Κέστρος, ut Strab. l. c., qui in eo subvectos 60 stadiis ad Pergam pervenire dicit. *Ca-*

hic, quia se praecipitat, ita dictus. Inter eos Perga est oppidum, et Dianae, quam ab oppido Pergaeam vocant, templum. Trans eosdem mons Sardemifos, et Phaselis, a Mopso condita, finis Pamphyliae.

## C A P. XV.

## L Y C I A.

1 Lycia continuo, cognominata a Lyco rege, Pandionis filio, atque (ut ferunt) infestata olim Chimaerae ignibus, Sidae portu et Tauri promontorio grandem finem claudit.

*tarrhactes*] Strabo l. c. eum ita describit: ἀφ' ὑψηλῆς πέτρας καταστρωτῶν ποταμὸς πολὺς καὶ χειμαρρῶδες, ὅτε πῶρῶθεν ἀκούσθαι τὸν ψῆφον, ejusque cursum inter Olbiam et Attaliam designat. Hodie vocatur *Dudem*. Perga] Gr. πέργη. Nota est urbs ex Act. Apost. XIII, 13. et XIV, 25., quam Paulus adiit ad debellandum, ut videtur, superstitiosum Dianae cultum. Scholiafles ad Callimach. H. in Dian. v. 187. μητρόπολιν Pamphyliae facit, quod dijudicandum est ex seriori Pamphyliae in duas partes divisione, in quarum una Perga, in altera Sida metropolis esse coepit. Hodiernum nomen incertum est. *Dianae templum*] Non in ipsa urbe fuit, sed in ejus vicinia. Diana Pergaea, de qua Callimach. l. c. πολλὴν δὲ τοι εὐαδὲ πέργη, maxime in numis celebratur. *Sardemifos*] commemorat et Plinius V, 26. l. 27. *Phaselis*] Gr. φασελίς, incolae φασελῖται. Alii eam Lyciae, alii Pamphyliae adscribunt, et caute Livius XXXVII, 23. eam in confinio utriusque illius terrae ponit. Maritimam urbem omnes faciunt; h. vocatur *Fionda*. a *Mopso*] eum iterum memorat c. 17. eumque Mantus filiam facit. Aliquoties miscetur cum alio Mopso; Ampyci filio, quem utrumque distinguit Strabo lib. IX, extr. Scriptores multa referunt de ejus migratio-

ne et de urbibus in hoc Asiae tractu ab eo conditis, in Cilicia maxime, ubi ejus memoriam servant *Mallus*, *Mopsuestia*, ibique colebatur habebatque clarum oraculum. Pamphyliam quoque adiisse et incolis frequentasse, innuit Quint. Calab. XIV, 368.

## C A P. XV.

§. 1. Lycia] Nomen Mela derivat a Lyco, Pandionis filio, quocum consentit Herod. I, 19. 4. Incolae vocantur *Lycii*; regio olim latius patuit fuitque Ciliciae contigua, nunc *Caramaniae* partem latissimi sensu occupat. *continuo*] post h. vocem supple: sequitur vel Pamphyliae proxime cohaeret; solet Noster per voculas tum, statim, ultra etc. orationem continuare. *Chimerae*] satis notum est hoc monstrum ex Homer. II. VI, 181. Hesiod. Theog. 319 sqq. aliaque, quos laudat Fischer ad Palaeph. c. 29. Eam in monte Crago ponunt, quem ignivomum fuisse suspicantur. *Sidae portu*] Locus difficilis, quia lacubus valde difficultis eundem finem claudit, initio ejus minime notato, neque tamen aliquid mutandum esse videtur. *Tauri*] Plinius V, 27. Chelidonium adpellat c. Livio XXXIII, 41, 6. Hodie vocatur *Capo dello Celidonia*.

Taurus ipse ab Eois litoribus exurgens, vaste satis adtolli- 2  
tur: dein dextro latere ad septentrionem, sinistro ad me-  
ridiem versus, it in occidentem rectus et perpetuo jugo:  
magnarumque gentium, qua dorsum agit, terminus, ubi  
terras diremit, exit in pelagus. Idem autem, et totus ut  
dictus est, dicitur etiam, qua spectat orientem: deinde He-  
modes, et Caucasus, et Paropamisus, tum Caspiae pylae,  
Niphates, Armeniae pylae, et, ubi iam Nostra maria con-  
tingit, Taurus iterum. Post ejus promontorium flumen 3  
est Limyra, et eodem nomine civitas: atque ut multa op-

§. 2. *Eois*] Considerari debet  
situs nostri hemisphaerii, ut ja-  
ceat ab oriente versus occidentem.  
Ideo Taurus mons non incipit in  
Lycia, sed in oriente, ut in Ly-  
cia desinat. *dextro latere*] si ab  
ejus ortu in occasum prospicias.  
*gentium*] has et regiones, quas  
Taurus transiit, enumerat Strabo  
lib. XI, p. 358. l. 520. *dorsum  
agit*] *Dorsum* propr. significat con-  
tinuata et protracta montium ju-  
ga, ut Curtius V, 4, 5. *juga mon-  
tium perpetua* mox *dorsum* vocat.  
Sed, ut I, 9. in., sic h. l. de  
aversa parte, quas ab origine ad  
finem procurrit, intelligi debet  
atque opponitur verbis: *ab Eois  
litoribus-exurgens*. Inde etiam  
*magnae gentes* intelligi possunt.  
*Agit* vero apte progressionem in-  
dicat. *diremit*] sc. inter aliquot  
maria flexibus torquetur, sed in  
nullum exit, nisi in Lycium et  
Pamphylum. *Ubi* h. l. signifi-  
cat *postquam*. *et totus — etiam*]   
Verba sana sunt eorumque sensus  
hic: idem mons, qualem totum  
antea dixi, idem etiam nomen  
gerit, ubi ab Eois litoribus ex-  
urgit. Varie Editt. h. l. tenta-  
runt; in quibus etiam Titzius l.  
c. p. 211. qui hunc locum sic exhi-  
bet: *et totus, ut dictus est, dicitur,  
et jam qua spectat etc. sed v. etiam,  
quod antec. ut respondet, nullo  
pacto mutari debet. Hemodes*]

de h. v. ad III, 7, 6. Hae ad-  
pellationes ex Alexandri M. ex-  
peditione veniunt, unde primum  
Graeci hanc distinctionem didi-  
cerunt. *Caucasus*] Magna est in  
desiniendo hoc monte veterum  
auctorum inconstantia, idque no-  
men a vero Caucaso inter mare  
Euxinum et Caspium sito ab  
Alexandri militibus huic transla-  
tum esse videtur. *Paropamisus*]  
v. ad III, 7, 6. *Caspiae pylae*]  
Gr. *καεπια πύλαι*, quae Tacito  
Hist. I, 6. *claustra Caspiarum*  
sc. portarum vocantur. Sunt du-  
plices portae Caspiae distinguen-  
dae, quarum aliae prope mare  
Caspium, ubi h. *Derbent*, aliae  
inter Mediam et Parthiam (v.  
Arrian. Exp. Alex. V, 19 et 20.)  
sitae sunt, quae h. a quibusdam  
*les portes de Tessis* adpellantur.  
*Niphates*] Gr. *νιφετικ*. Mons in  
Armeniae et Mesopotamiae con-  
finio situs, fluviumque cognomi-  
nem norunt poetae, v. c. Sil. Ital.  
XIII, 765. Lucan. III, 245. Ju-  
ven. VI, 409. *Armeniae pylae*]  
sitae sunt trans Euphratem prope  
Armeniam minorem et versus  
Septentrionem cum iis cohaeret  
Antitaurus.

§. 3. *Limyra*] Alii fluvium  
adpellant Limyrum, ut Ptolem.  
V, 3; c. Mela consentit Plin. V,  
28. l. 27., qui urbem ad mare lo-  
cat. *multa*] Plinius l. c. *Lycia*



vida, sic praeter Pataram non illustrata. Nam nobilem facit delubrum Apollinis, quondam opibus et oraculi fide Delphico simile. Ultra est Xanthus flumen, et Xanthos oppidum, mons Cragus, et, quae Lyciam finit, urbs Telmessos.

## C A P. XVI.

## C A R I A.

- 1 Caria sequitur. Habitant incertae originis, (alii indigenas, sunt qui Pelasgos, quidam Cretas existimant) ge-

quondam 70 oppida habuit, nunc 36 habet. Pataram] Gr πάρρα neutro genere frequentant, neque aliter Latini. Nihil tamen fecius videtur femininum admitendum esse, b familia exempla, v. c. Megaram in Livio XXXI, 22; 6. et Oudendorp. ad Sueton. Tiber. c. 4. quin adeo Pataram in eodem Livio XXXVII, 15, 6. et 16, 3. Plin. II, 112. f. 118. invenimus. Nomen derivant a Pataro, filio Apollinis, et Lyciae, Xanthi filiae. Incola vocatur Παράγεις, latine Patareus. Ejus inclinatum fortunam Mela voce quondam innuit. Apollinis] qui inde Patareus vocatur Horat. III, od. 4, 64. ibique quotannis per sex menses hibernos, per sex aestivos autem in Delo oracula edidisse dicitur cf. Intpp. ad Virg. Aen. IV, 143. Xanthus] fluvium et urbem cognominem multi memorant; urbem in mediterraneis ponit Ptolemaeus V, 3. et 70. stadiis ab ostio fluvii removet Strabo. Hodie appellatur Εκfenido. Cragus] Gr Κράγος. Hic mons, quem plurimi cum Mela Lyciae assignant, Chimaera clausus, 8. verticibus exstat et duobus jugis, Daëdalis et Telmesso, in mare excurrit, habetque ignivomum terrae hiatus. Hodiernum nomen fertur Capo Sordeni vel Sette Cap. Telmessos] etiam per s. simplex scribitur, sed rectius per du-

plex. Alii eam cum Nostro in Lycia, alii in Caria ponunt, cuius discrepantiae causa in utriusque terrae confinio latet. Nobilis fuit haruspicum disciplina, v. Cicer. de Divin. I, 41. ibique Intpp. Locus, in quo olim fessit, nunc vocatur Maeri.

## C A P. XVI.

§ 1. Caria] Nomen deducunt a Care, quem auguria ex avidus invenisse refert Plinius VII, 57. Incola Car, v. Cornel. Nep. in Datam. c. 2. In constituendis finibus variatur: nunc est Nacoliae pars. incertae originis] sc. homines: de hoc genitivo elliptico egit Perizonius ad Sanct. Min. IV, 4, 27. et convenit concisae Melae orationi. alii] sc. scriptores. indigenas] Gr. αὐριχοίτες, γηγενεῖς, terrigenae, quales se jactabant Athenienses, quo verbo ignotam vel obscuram originem indicabant. Omnino veteres aliam gentem inviti agnoscebant, cujus essent coloni. Pelasgos] de Carum origine Pelasgis, populo per omnes Graeciae regiones disperso, ap. alios scriptores altum est silentium, memoranturque potius Leleges, Caribus adjuncti, v. c. Virg. Aen. VIII, 725. Cretas] Herodot. I, 171. narrat, Caras olim Leleges appellatos Minoique, Cretensium regi, subjectos insulas habitasse,

nus usque ea quaedam armorum pugnaeque amans, ut aliena etiam bella mercedibus agerent. Hic castella sunt aliquot: dein promentoria duo, Pedalion et Crya, et secundum Calbin amnem Caunus oppidum valetudine habitantium infame... Inde ad Halicarnasson haec jacent; Rhodiorum aliquot coloniae; portus duo, Gelos, et, cui ex urbe, quam amplectitur, Tifanusa cognomen est; inter eos oppidum Larumna, et Pandion collis, in mare emissus: tum tres ex ordine sinus, Tymnias, Schoenus, Bubassius; Tymniae promontorium Aphrodisium est, Schoenus ambit Hylam, Bubassius Cyon. Tum Cnidus in cornu paene

ex quibus a Doriensibus et Ioniis ejecti, adsumto Carum nomine, in continentem concesserint. *genus*] ut gr. *γίγας* i. q. *gens*. sic infr. III, 8, & *Pygmaei miratum genus armorum amans*] id probat Herod. I, 171. et hinc a Theocrit. Id. XVII, 89. *φιλεντίλεμοι*, vocantur. *morodibus*] idem adfirmat Strab. XIV, p. 466. l. 662. καὶ ἄλλν ἐπλανήθησαν τὴν Ἑλλάδα μισθοῦ στρατεύοντες; hinc ap. veteres ἀπιδόματα, habitati sunt, et contempti in prima acie ad excipiendos hostes ponebantur, unde natum esse videtur proverbium: *in Care periculum*. cf. Cicero. p. Flacco c. 27. *bella agerent*] haec locutio proba est et a bonis suctoribus frequentata, ut Ovid. d. A. A. I, 182. *Nepes XXIII, 8, 3.* Curtius IV, 10, 29. ita ut *bella agere* dicatur, qui ea persequitur et adjuvat, ut continentur, sed *bella gerere*, qui ea regit, administrat, sustinet. *aliquot*] ut Daedala, Calynda, Crya, v. Plin. V, 29. l. 28, quae Noster fortasse castella habuit. *Pedalion et Crya*] A. Plinio l. e. memoratur urbs Crya, sed promontorium ejus nominis nusquam occurrit, nisi forte *Daedala* legeris, quia Plinius Daedala et Crya urbes hoc in tractu conjungit, sic ut promontorium simili etiam nomine fuerit. Pro certo nil adfirmari potest. *se-*

*cundum*] i. e. juxta. *Calbin*] Gr. κάλις. Strab. lib. XIV, p. 448. l. 652. eum. *βαδία* vocat et ponit prope Caunum. *Caunus*] Gr. κῆνος. Nomen traxit a Cauno, qui ad frustrandam fororis Byblidis libidinem laqueo vitam finivit; hinc et καίνιος κῆνος. In proverbium abiit. cf. Ovid. *Metam.* IX, 452 lqq. Urbs litoralis et hinc pestilenti coelo fuisse dicitur, ita ut omnes lienosi essent. cf. Plin. XI, c. 47. *Hodia Copi* vocatur.

§. 2., *Rhodiorum*] hic tractus vocatur *Peraeas* h. e. torrae transmarinae, ut ap. Liv. XXXII, 33, 6. *Gelos*] nomen obscurum, quod varii varie tentant. *Tifanusa*] occurrit ap. Plin. V, 29. l. 28. *Larumna*] Graecis dicitur Λάρυμνα. Videntur tamen differre inter se, cum Plinius l. c. utramque urbem distinguat. Quare, si graecos scriptores sequaris, hic *Loryma* scribendum fuerit et *Larymna* vel *Larumna* contra Symen locum suum sortiatur. *Pandion*] Plinius l. c. urbem habet: *Paridion*, quod alii *Melae* reddere voluerunt. Omnia hic causa premuntur caligine nec de nominibus certi quidquam addi potest. *Cnidus*] Incola *Cnidius*. Conditor ejus fertur *Triopas*, unde *Triopium* promontorium. Duos ejus portus memorat Strab. XIV. p. 451. l. 656. inclaruitque

- 3 infulae, interque eam et Ceramicum finum in recessu posita Euthanae. Halicarnassos Argivorum colonia est, et eorum memoranda sit, praeter conditores, Mausoleum efficit, regis Mausoli monumentum, unum de miraculis septem, Artemisiae opus. Trans Halicarnasson illa sunt: litus

Veneris cultu, quae inde *Cnidia* dicebatur, Cononis de classe Lacedaemoniorum victoria et natalibus clarorum virorum, v. c. Eudoxi mathematici, Agatharchidis historici, Theopompi, Artemidori, Ctesiae. Hodie vocatur *Cnido*, ubi *Copo Crio* s. *Stadia cornu*. Plinius l. c. eam in promontorio, quod Triopium audit, sitam fuisse dicit. Cnidum autem praefacebat parva infula, aggeribus continenti adnexa, quae urbem in duas quasi partes dividebat. *paene infulae*] divisim et alibi scribitur, v. Duker ad Liv. XXV, 11, 11. licet Titius l. c. p. 211. repugnet. *Ceramicum*] Iabponit tacite, fuisse illic urbem *Ceramon*, a quo finus nomen traxerit; e a Strabone XIV. p. 451. s. 656. post Cnidum etiam *Ceramus* urbe memoratur. Hodie *Golfo di Stanco* s. *Cos* vocatur. *Euthanae*] occurrit et ap. Plin. V, 29. et diversa scriptura, *Ceram* portum fuisse, suspicio est Mannerti in Geogr. d. Gr. u. R. Vol. VI. T. 5. p. 237.

§. 3. *Halicarnassos*] Nomen gentile *Halicarnassens* et *Halicarnassensis*. Ante vocata est *Isthmus*, *Zephyrium* vel *Zephyra*, nomenque postremum accepit *ἀπό τοῦ ἑσπερίου*: nam Authen Troezenium vel conditorem vel instauratorem fuit cum Stephano Strabo XIV, p. 451. s. 656., qui tamen notat, et alios memorari et Dorientes se deducendae huc coloniae socios Althameni Argivo adjunxisse tradit; inde No-

ster eam Argivorum coloniam facit. Sita fuit inter finus Ceramicum et Iasium, ab Alexandro M. obsessa et expugnata, ab eoque tamen, ut fertur, sex oppidis donata. Olim urbs Cariae maxima, regum, in iis Mausoli, sedes arcibus magnificis portibusque duobus instructa, et Herodoto et Dionysio historicis et Herodoto postea inclaruit. Hodie vocatur *Bodra* s. *Budron*, et si ruinae potius ad Myndium pertinent. *Mausoleum*] Gr. *Μαυσολεῖον*. Strabo lib. XIV, p. 451. s. 656. *Μαυσόλου τάφον* vocat. Nomen habet a Mausolo, potentissimo olus et opulentissimo Cariae rege, qui Olymp. 106; 2. s. a Chr. n. 354. vixit et Artemisiam in matrimonio habuit, quae, ut Gellius N. A. X, 18. et Valer. Max. IV, 6. narrant, mariti cinerem et ossa confusa odoribusque mista aquae indidisse et ebibisse dicitur: quod si verum est, illud monumentum *Conotaphium* fuit. Hoc celeberrimum sepulorum, in 7 illis miraculis relatum, patebat, refer. Plinio XXXVI, 4. s. 5. ab austro et septentrione 63 pedes, toto circuitu 411 pedes, et in altitudinem tollebat 25 cubitis, cinctumque fuit 36 columnis. *monumentum*] dicitur de sepulcro, quod in memoriam mortuorum adparatur et extruitur. *illa*] alias in tali progressionem *haec* ponit *litus*] fortasse plenius dictam est hoc litus *λευκὴ πόλις*, neque inepta est Mannerti Vol. VI. T. III. p. 241. suspicio, hic Leucopolim, cujus Plinius V, 29. mentionem fa-

**Leuca**, urbes **Myndos**, **Caryanda**, **Neapolis**, finus **Iasius** et **Basilicus**. In latio est **Bargylos**.

## C A P. XVII.

## I O N I A.

Post **Basilicum** **Ionia** aliquot se ambagibus sinuat: et primum a **Posideo** promontorio flexum inchoans, cingit oraculum **Apollinis**, dictum olim **Branchidae**, nunc **Didy-**

cit, sitam fuisse. *Myndos*] Incola *Myndius*. Habuit portum et cultu *Palladis*, ejus imago in numis adposita reperitur, inelaruit, praeterea valde parvum oppidum, ita ut *Diogenes Cynicus* magnis ejus portis illuderet; bene tamen munitionem, quia *Alexander M.* in fectis rebus obsidionem solvere debebat. v. *Arrian.* d. exp. Al. I, 20, 8. *H. Mendes* s. *Montose*. *Caryanda*] Gr. *Καριάνδα*. Alii insulam faciunt, urbem tamen in continentis *Cariae* litore positam fuisse intelligitur ex *Strab.* XIV. p. 452. l. 658. *Neapolis*] *Ptolem.* V, 2. aliam ejus nominis urbem, ad *Macedrum* prope *Orthosiam* in mediterranea sitam, memorat: hinc *Melam* et *Plinium* V, 29, qui cum *Nostris* facit, errasse putat *Mannert* l. c. p. 248. *Iasius*] hic quoque sita fuit urbs *Iasus*, quae finis nomen dedit, ut liquet e. *Livio* XXXVII, 17, 3. ejusque urbis, ejus incolae celebrem piscium mercatum agebant, ruinae hodie existant loeque vocatur *Askem Kalefi*. *Basilicus*] *Plin.* V, 31. l. 29. cum pariter in *Ioniae* principio ponit, nexiusque docet, non procul a *Mileto* abfuisse. Novi erroris *Plinium* et *Melam* arguit *Mannert* l. c. p. 250. *Bargylos*] Si alios auctores sequaris, haec urbs *Bargylia* dicta est, unusque *Melaterminationem* in us habet, quae ob *Codd.* constantiam retinenda est. *Conditor* ejus *Achilles*, ut *Cares* tradunt, et, auctore *Bellerophon*te, a *Bargylo*, qui a *Pe-*

gaso ictus interiit, nomen tulit. Hodie in ruinis jacet.

## C A P. XVII.

§. 1. *Ionia*] Gr. *Ἰωνία* vel *Ἰωνία*, nomen habet ab *Ione*, *Xuthi* filio, qui, multis ap. *Aegialenses* h. e. *Athenienses* egregie factis, imperium obtinuit nomenque regionis ab se imposuit. Post *colonia* in eam *Peloponnesi* partem, quae *Achajae* nomine innotuit, deducta est, regionique *Ioniae* nomen dedit. Deinde *Heraclidarum* incurfa *Iones* expulsi in *Atticam* reversi sunt, unde tamen, ducibus *Codri* filis, in *Asiam* trajecti juxta *Cariam* confederunt, ubi *Ionia* nostra indicatur. Regionis amoenitatem laudat *Herod.* I, 142. 149. et h. pars est provinciae *Anadolii* s. *Natoliae*. ambagibus sinuat] eleg. pro ambages habet. *Plin.* VI, 31. l. 29. *Ionia numerosiore ambitu litorum flectitur*. *Posideo*] Notat proprie *Neptani* templum, quod ibi fuisse videtur, pro *Posidonium*, ut plerumque promontoria *Neptuni* sacra erant, ut I, 19. 4. II, 3, 9. *Strabo* XIV. in. vocat *Ἰωνίδιον τὸ Μελαιῖον*. *H. Capo di Melasso*. *Branchidae*] Nomen habet a *Brancho*, filio vel amasio *Apollinis*, qui vaticinandi arte instructus cum subito postea evanisset, templum nactus est, quod *Branchidion* nominatum est. Oraculum ipsum a multis celebratur ejusque praecipua mentio fit ap. *Stat. Theb.* VIII, 198 sqq. *Vaticinia* edidit mulier *Χρυσηῖς*, vaporem ex aqua hau-

mei; Miletum, urbem quondam Ioniae totius belli pacisque artibus principem; patriam Thaletis astrologi, et Timothei musici, et Anaximandri physici, aliorumque civium inclutis ingenii merito inclutam, ubicunque Ioniam vocant: urbem Hippum, amnis Maeandri exitu; Latmum montem, Endymionis, a Luna (ut ferunt) adamati; fabula nobilem. Dein rursus inflexa cingit urbem Prienum,

riens, teste Iamblichio de myster. Aeg. §, 11. *Didymoi*] Antiquum templum quum a Xerxe igni deletum esset, novum idque amplissimum Milesii exstruxerunt, unda *Didyma* nomen illi impositum esse videtur et hinc *Apollo Didymens*. Alii tamen aliam nominis originem exhibent. Oracula voce edebantur vatesque baculum tenebat. Nostrium secutus est Plin. V, 31. l. 29. *oraculum Branchidarum appellatum, nunc Didymei Apollinis. Miletum*] Gr. *Μίλητος*. Variis gestis nomina, postremum accepit a Mileto, qui ex Creta profugus urbem condidit, est in eo etiam variant narrationes. Habuit quatuor portus, inelaruitque coloniarum multitudinem, quam ob causam Plinius eam super 80 urbium per cuncta maris genericoem adpellat. Cives claros, quibus illustris fuit, Mela producit aliaque, quibus excelluit, dat Fischerus in Ind. ad Palseph. l. v. *Μίλητος*. Hodie ruinas obruta jacet, locusque h. putatur *Palatsha*. Uti Mela eam urbem Ioniae totius olim principem; sic Strabo XIV. p. 436. l. 654. *ὡς λίαν εἰσέτην καὶ ὑπερετάτην* adpellat. *Thaletis*] Ejus vitam exposuit Diogen. Laert. I, 1. quia Graecis per eum Astronomia commendata est, quam ab Aegyptiis acceperat, eum Mela *astrologum*, antiquo vocabuli usu, vocat. *Timothéi*] Citharodus hic, qui in *διθυραμβοποιίῃ*; a Diodor. Sic. XIV, 46. ponitur, floruit Philippi et Euripidis temporibus, et multa in mu-

sicis immutavit, citharam pro 7 chordis et intendit eamque molliorem et sonantiozem fatere studuit. Alius Timotheus tibia clarus, aetate est posterior et Thebia vixit. *Anaximandri*] Fuit discipulus Thaletis et inter alia leges naturae et motus intelligere et judicare docuit, cujus illustre exemplum de terrae motu adfert Plin. II, 81. l. 89., ubi eisdem *Physiens* vocatur. Primus fuisse fertur, qui orbis terrarum situm in tabula pingeret et philosophiae naturalis praecepta scripto consignaret. *Asiaramque*] v. c. Anaximenes, Anaximandri discipulus, Hecataeus historicus, Aeschines Orator. *Hippus*] Maliores Msl. in nomine h. urbis consentiunt, sed ipsa prorsus ignota est. *Maeandri*] Gr. *Μαίανδρος*; de hoc fluvio celeberrimo, qui, ut Plinius dixit, ita *saevos flexibus* est, ut saepe credatur reverti, exposuimus. Strabo XII, p. 397. l. 577. et Liv. XXXVIII, 17, 7. qui ejus fontes in arce Calaearam, urbis Phrygiae primariae, ostendit. H. vocatur *Meindor*, *Minder*, Turcis *Bojuck Minder*. *Latmum*] Alai, ut Cicer. Tusc. Q. I, 38. eum in Caria ponunt; olim adiacebat urbs Latmos dicta, post Heraclea sub Latmo. Hod. *Monte di Palatja*. *Endymionis*] Hujus Latmii pueri (Stat. Sylv. III, 4. 40.) formositatem ejusque somnum, qui in proverbiam abiit, et veteres et recentiores satia celebrarunt.

§. 2. *Prienum*] Gr. *Πρίηνω*. Hanc urbem Carae olim habitasse, re-

et Gaesi fluminis ostium: moxque ut majore circuitu, ita plura complectitur. Ibi est Panionium, sacra regio; et ob id eo nomine adpellata, quod eam communiter Iones colunt: ibi a fugitivis, ut ajunt, condita (nomen famae adnuit) Phygela: ibi Ephesus, et Dianae clarissimum templum, quod Amazones, Asia potitae, consecrassent traduntur: ibi Caystros amnis: ibi Lebedos, Clarique Apollinis

fert Pausan. VII, 2, 7. eamque praeter duos portas nobilitavit Bias, unus e 7 sapientibus. Quod ex Pachymere T. I. p. 320. discitur, stetit adhuc an. 1280. sed nunc in ruinis jacet et locus audit *Samson-Katesi*. Gaesi] Hic fluvius idem est, quem alii *Gaesonem* s. *Gaesonidem* lacum vocant: An hodie sit *Kali-Beck-Osmak*, dubitatur a Mannerto Geogr. ant. Vol. VI, T. 3. p. 266. *Panionium*] Herod. I, c. 148. πανιώνιον. ἢ Μυκάλης χῆρος ἰσός: quippe Iones ex 12 urbibus, quas Herod. c. 143. enumerat, ad Mycalem montem collecti Neptuno Heliconio (Homer. II. VIII, 201. Iqq.) sacrificium celebrabant, cui Prienenses praesuerunt, tantumque mactabant. Hic locus quaeritur, ubi vicus est *Changlos*. *Phygela*] Alii sine adspiratione *Pygela* scribunt, sed rectius saltem in Mela, qui aperte ἀπὸ τῆς φύγῃς derivat, *Phygela* scribitur, cui accedit in etymologia Plinius V, c. 29. Πυλγύων cum templo Munichiae Dianae vocat Strabo XIV, p. 440. s. 639. *Ephesus*] Gr. Ἐφεσός, unde Ἐφεσίος, Ἐφεσίτης. Olli tenuerunt Cares et Leleges, post coloni ab Androclo, Codri filio, deducti. Varia ei fuerunt nomina; Ephesi nomen ab Epheso, templi conditore, derivat Pausan. VII, 2, 4. Conditores feruntur varii: Plinius V, 37. l. 29. *Amazonum opus* vocat, repobante tamen Pausania l. c. Inelaruit multis rebus, quare eam Plinius l. c. *lumen Asiae* adpellat, tulitque viros inclutos, v.

c. *Heraclitum* et *Hermodorum*, philosophos; *Hipponactem*, poetam, *Parrhasium* et *Apellam*, pictores. Notum est *Disiae* templum, de quo statim; et epistola Apostoli Pauli ad Christianos Ephesos. Nunc pagus est, quem Turci *Ajasolonk* nominant. *templum*] Nobilissimum, maximum, celeberrimum pulcherrimumque, ut vocat *Ampelius* c. 8. quare in 7 miraculis mundi ponitur. In conditoribus variant narrationes: Noster cum aliis *Amazones* memoret, ubi tamen alii tantum de *Dianae* simulacro cogitant, quod sub sagino transe ab iis dedicatum est v. *Spanhem.* ad *Callim.* H, in *Dian.* v. 239; *Pausan.* IV, 31, 6. verum templi conditorem *Græcum*, indigenam, producit. Incendio conflagravit *Olymp.* 106. 11 s. Chr. n. 555. eadem in nocte, qua natus est *Alexander M.* Incendii auctor *Herostatus* fertur; ejus restorationi praesuit *Chiroocrates* vel *Dinocrates*. Prius templum, quod Plinius XXXVI, 21. l. 14. descripsit, longum fuit 425 pedes, latum 220, habuitque columnas 127 altas 60 pedes. Sacerdotes fuerant *Eunuchoi*, quos *Megalobyzos* adpellarunt. Templi formam, qualem ruderibus exhibent, repraesentat *Sponius* in *Itiner.* T. II. p. 109. contra hodie nulla templi vestigia reperiri nuper testatus est *Sauveboeuf* in *J. Reisen* T. II. p. 194. *Caystros*] Nomen derivatur a *Caystro*, *Penthesileae* filio; ejus fontes ponit Plinius V, 51. l. 29. in *Gilbianis*

fanum, quod Manta, Tiresiae filia, fugiens victores Thebanorum Epigonos; et Colophon, quam Mopsus, ejusdem Mantus filius, statuit. At promontorium, quo sinus clauditur, quod altera parte alium, quem Smyrnaeum vocant,

ingis, decurrit per Hypaepa, Lydiae oppidum; et prope Ephesum in mare exoneratur. Notus est campus s. ager Caystrius, per quem ipse labitur, eumque nobilitant cygni. v. Homer. II, II, 459. Ovid. Met. II, 258. V, 386. Graeci h. eum vocant *Kara-fa* et Turci *Kutschuk Minder* h. e. Maeandrum minorem, quia ejus cursus flexuosus est. Oloribus, Koukoua dictis, etiam nunc obfideri, affirmat Villeison in Proleg. ad Homer. p. 64. *Lebedos*] Cares olim habitaverunt, quos Andraemon, Ionum dux, expulit. Postea Lyfimachus destruxit, incolasque Ephesum traduxit. Annua certamina in honorem Bacchi celebravit, auct. Strabon., XIV. p. 442. l. 643. Horatii aetate jam deserta fuit. v. l. epist. 11, 7. *H. Labaditzi-Chisar. Clarique Apollinis*] Nomen traxit a Claro, vel luco, vel fano, vel etiam oppido. v. Cellarius Geog. ant. III, 3, 92. Oraculi celeberrimas magna fuit ritumque vaticinantum et adparatum describit Tacit. Annal. II, 54. Hodie *Zille*, tenuis pagus. v. Chandler Reisen n. Klein-Asien p. 148. *Manto*] Cum Therfander et Argivi Thebas cepissent, inter captivos ad Apollinem Delphos Manto, Tiresiae filia, (v. Ovid. Met. VI, 167.) deo consecranda abducta est; captivi autem, moxente oraculo, in Asiam trajecere coloniam quaesituri et ad Clarum adpulsi sunt. Crates armati accurrunt et eos ad Rhacium, ducem ipsorum, ducunt, qui Manto uxorem duxit et comites socios sibi adjuvit; ibi vero Manto oraculum consti-

tuit. v. Apollod. Bibl. III, 7, 4. De Tiresia lege Apollod. III, 6, 7. ibiq. Heyne. *Colophon*] Olim habitaverunt Cares, deinde Cretes, quos Lyfimachus Ephesum deduxit. v. Pausan. I, 9, 8. Post aut instaurata est urbs, aut Notium, portus ante Colophoniorum, in novam urbem accrevit. Mela, qui, indicato conditore, veterem designat, aperte cum nova ad mare sita commiscet eamque etiam post Lebedon ponit, secus atque alii faciunt. Nati in ea sunt praeter Homerum, quem ejus civem fecerunt quidam, Mimnermus, elegiarum scriptor, Xenophanes, physicus, Polymastus, musicus. Hodie quibusdam est *Altobosco* vel etiam *Bolvedere. filius*] ex Rhacio, cui Manto in Asia nupserat.

§ 5. *At promontorium*] Sine dubio intelligendum est Corynaeum, Mimantis promontorium, quod hodie *Kara-Burn* s. *Cara-bournos* vocatur. *Smyrnaeum*] Iterum Mela tacite innuit, sitam, ibi fuisse urbem Smyrniam, cujus incolae ipsi *Tantalum, Thesea* vel *uriam Amazonum* conditores jacterunt, ap. Tacit. Annal. IV, 56. Haec urbs vetus a Lydia detruta ab Alexandro M. restituta, est ejusque cives Homerum alumnus suum serunt, numis et monumentis celebrarunt, quae sunt *Ὀμήρειον*, porticus quadrata cum templo Homeri et simulacro. v. Strab. XIV, p. 444. l. 646. Quae Homeri memoria ad nostram usque aetatem propagata est. v. Sauebofus Reisen T. II. p. 197. Praeterlabitur fluvius, Meles, unde Homerus *Μελαισιγνίς*, ad cuius fontes antrum memoratur, in

efficit, angustisque cervicibus reliqua extendit in latius, abit in paene insulae faciem. Super angustias, hinc Teos, illinc Clazomenae, qua terga agunt, confinio adnexae muri, diversis frontibus diversa maria prospectant. In ipsa paene insula est Coryna. In sinu Smyrnaeo est Hermus amnis, et urbs Leuca: extra Phocaea, Ioniae ultima.

quo poeta carmina sua scripsit. v. Pausan. VII, 5, 6. Ipsa urbs hodie a Turcis vocatur *Ismir*, cuius rudera descripsit Pococke Tom. III, p. 56 [sq. cervicibus] Utitur hac voce Mela, uti Graeci *ἰσμίριον* (v. Wesseling ad Herod. I, 72. in.), de angusto transitu, tenui isthmo, quod liquet ex Plinio IV, 5. f. 4. qui Melae verba II, 3, 7. *Isthmos angusto transitu Helladi Peloponnesum adnectit*, sic reddit: *angusta cervice Peloponnesum continet Hellas. faciem*] Noter, ut alii, hanc vocem de inanibus frequentat pro forma, specie: v. c. II, 1, 5. 2, 8. III, 3, 4. *Teos*] Gr. *Ἰτῶς*, incolae *ἰτῶες*; s. ionice *ἰτῆες*. Conditorum faciunt Athamantem. Uti Melae, sic Strabon. XIV, p. 443. f. 644. paene insula est, clarosque habuit cives, in quibus Anacreon excellit. Hodie prope partem urbem *Sogigisk* ruinae, quibus nomen dant *Bodrun*. *Clazomenae*] Recentioribus gr. *κλαζομένη*; plurali tamen efferunt etiam Latini. Conditor est Paralus vel Porphorus, Colophoniorum dux. Alexander, ref. Pausan. VII, 3, 5., aggere facte eam cum continenti conjungere tentavit, quod factum videtur, quia auctores in continenti ponunt. Portum habuit, gloriaturque cive Anaxagora Physico. In hodierno nomine variatur. *confinio-muri*] Haec sine dubio est verior lectio, quam Vossio debemus, pro mari. Intelligi autem debet agger, quem, ut paulo ante diximus, Alexander M. dubi jusserat, et qui insulas praejacentes Clazomenis ad-

nectebat, uti narrat Plinius V, 31. f. 29. Mela significat, frontes istarum urbium converfas fuisse in diversos sinus, Clazomenarum, versus septentrionem, Tei, versus meridiem, easque civitates identidem profereutes moenia paullatim sic ea conjunxisse, ut sibi invicem adnecterentur et nullus relinqueretur transitus, nisi per illa ipsa oppida, quae denique muro modo separavit. *Coryna*] Quia nihil de hac urbe constat, hoc nomen textu exturbare voluerunt VV. DD. sed ejus nominis urbem existisse, probat promontorium *Corynaeum* apud Plin. V, 31. f. 29. *In sinu Smyrnaeo*] Titius l. c. p. 211. h. locum ita legit: *In f. Smyrnaeo Smyrna est, Hermus amnis* etc. quia tam celeberrimae urbis nomen abesse posse negat. Sed, qui Melae scribendi genus accuratius perspectum habet, is scit, eum sinus Ceramicum, Ialium, Olbium, Cyparissium aliosque recensere, nulla tamen urbium, unde dicti sinus sint, facta mentione. Proinde Titii conjectura non necessaria putanda erit, si quidem ne Codices quidem lacunam arguant. *Hermus*] Oritur in monte sacro Dindymenae Cybeles, transit Sardanum agrum, ubi Pactolo augetur, et inde per continuos campos fluens prope Phocaeam per sinum Smyrnaeum in mare effunditur. Hod. vocatur *Sarabat*. *Leuca*] Gr. *Λεύκας*, eamque Strab. XIV, p. 444. f. 646. *παλιχίον* vocat. Hodie vocatur *Fokia nova*, ut putat Mannert. T. VI. P. 3. p. 338. *Pho-*



## C. A. P. XVIII.

## A E O L I S.

1 Proxima regio, ex quo ab Aeoliis incolae coepit, Aeo-  
lis facta, ante Myfia, et, qua Hellespontum attingit; Tro-  
janis possidentibus, Troas fuit. Primam urbium a Myrino  
conditore Myrinam vocant: sequentem Pelops statuit, victo  
Oenomao reversus ex Graecia; Cymen nominavit, pulsis,

*paes*] Gr. *φωκία*, gentil. *φωκιάδης*  
et *φωκίτης*, et lat. *Phocaeus* et  
*Phocaeensis*. Nomen deducunt vel  
a *Phoco*, vel a *phoca marina*.  
Strab. XIV. in conditorem facit  
Philogenem, Atheniensem ducem,  
ejusque situs luculentam  
descriptionem exhibet Livius  
XXXVII, 31. fin. *Extra* h. l.  
non finem spectat, quia Strabo  
c. l. eam in sinu locat, sed *paens*  
*insulam*, et obponitur verbis prae-  
cedentibus: *in ipsa paens insula*  
etc. A Chandlero l. c. p. 109. lo-  
cus, ubi olim fuit, appellatur  
*Phaenophaggia*, ab aliis *Fokia*.

## C A P. XVIII.

§. 1. *Aeolis*] Gr. *Αἰολίς*, alia  
Latinor. forma *Aeolia*, inde Ae-  
oles et *Aeolii*, ab Aeolo Thessaliae  
rege dicti, qui se ex Graecia in  
Asiam effuderunt clarasque urbes,  
v. c. Smyrnam, Myrinam, Mit-  
tylenen, condiderunt. Olim Ae-  
olis late patuit et Troada Myfiar-  
que complexa est, uti ap. No-  
strum. H. pars provinciae *Ana-  
doli. facta*] i. e. nominata. *My-  
fia*] Gr. *Μυψία*. Fines regionis dif-  
ficile distingui possunt, faciunt-  
que auctores duplicem Myfiam,  
Europaeam et Asiaticam. v. Ho-  
mer. Il. II, 858 et XIII, 5. Olim  
Phryges hic habitabant, post Tro-  
jae excidium Myfi, quorum ori-  
ginem olim a Caribus deductam  
esse, ex Herod. I, 171. patet. *Tro-  
as*] Gr. *Τροάς*, Lat. usitatio *Tro-  
ja* et *Trojanus*. Latiori sensu pa-  
tet a Cayco ad Aesepum, angu-  
stiori a Myfia majori ad Aesepum.

cf. Schlichthorst in Geogr. Ho-  
mer. p. 132. Post Ilii eversionem  
Aeolii occuparunt, de q. Pausan.  
I, 35, 3. IV, 12. f. Homerus  
*Ἰλιάς*; modo latius de belli sociis,  
modo proprie dicit, et latissime  
Trojani vocantur *Phrygos*. Ho-  
diernam terrae formam describit  
Woodius Ueber das Original-  
Gen. d. Homer p. 83 sqq. (1778-  
ed.). *Myrinam*] Gr. *Μυρίνα*, pen-  
ultima a poetis producta. Fue-  
runt plures in aliis terris urbes  
cognomines; alii conditores ejus  
faciunt Myrinam, Amazonem  
vel Crethae filiam, Thoantis uxo-  
rem. Agathias poeta ejus est alu-  
mnus. *Mela eam primam urbium*  
vocat antiquitatis respectu, non  
situs, quia a Phocaea Cyma pri-  
ma fuit. H. vestigia ejus non re-  
periuntur. *Pelops*] Hic Pisam,  
Peloponnesi urbem, Oenomai  
regiam, venit eamque, victo illo,  
cum filia tenuit. Res satis nota.  
De ejus in Asiam reditu dubitari  
licet, quia eum e Phrygia eje-  
ctum in Peloponneso consedisse  
ibique mortuum esse omnes nar-  
rant. Urbis nomen, quam con-  
didisse in Asia fertur, nusquam  
invenitur. *Cymen*] Gr. *Κύμην*. In  
conditoribus mire variant: cum  
Mela consentit Stephanus. Utrum  
ante vel post bellum Trojanum  
condita sit, in incerto est. Strabo  
XIII. p. 428. l. 622. Aeoliarum  
urbium maximam et optatam  
praedicat portumque ejus com-  
memorat. In claris civibus emi-  
nent Hesiodus et Ephorus, Ifo-  
cratis discipulus, Confunditur

qui habitarent, dux Amazonum Cyme. Supra Caicus inter Elaeam decurrit et Pitaneum, illam, quae Arcefilan tulit, nihil adfirmantis Academiae clarissimum antistitem. Tum in promontorio est Cana oppidum: quod praeter-  
 vectos sinus excipit, non pronus, sed longe ac molliter flexus, retrahensque paulatim oras usque ad ima montis Idae. Is primo parvis urbibus adspersus est, quarum clarissima est Cisthena. Gremio interiore campus, Thebe nomine, Adramyttion, Astyra, Chrysam, oppida, eodem,

interdum c. Cumis, urbe Italiae inferioris. Hod. creditur *Foia nuova*. Caicus] Gr. Κάικος, penultima longa. Fontes habuit in Teuthrania, urbe supra Aeolidem sita, decurrit per Elaeam et Pitaneum et in Elaeaticum sinum effunditur. H. Mandragorai. Elaeam] Gr. Ἐλαία, olim dicta Cidaenis habuitque conditorem Menesthea et Athenienses, qui illum ad Trojam secuti sunt. Fuit ibi Attallicorum regum portus et navale. Hodiernum nomen ignoratur. Pitaneum] Gr. Πιτάνη, penultima correpta. Conditorem facit Diodor. Sic. III, 55. Myriam, Amazonem, sed auctorem nominis, Pitaneum, Amazonum ducem. Hod. ejus nomen later. Arcefilan] Graecam accusativi formam Noster amat. Hic Arcefilas, qui a Diogen. Laert. IV, 6. f. 28. ὁ τῆς μέσης Ἀκαδημίας κατάρχος ἰ πρῶτος dicitur, antistes fuit Academiae posterioris nihil adfirmantis h. e. quae de omnibus dubie et ambigue disputabat, cum prior, Platone auctore, certas et firmas statuerat sententias. tulit] Ut gr. τῶν, v. c. Herod. I, 2, 7. pro gignero, ut Horat. III, od. 6, 46. §. 2. Cana] Alii Canao. Haec urbs aetate Plinii (V. 32. f. 30.) interciderat. pronus] Hoc verbum de iis dicitur, quae tota uno impetu inclinantur, aut feruntur. Ergo h. l. sinus non pronus est, qui non uno impetu fle-

ctitur, sed curvatura molliter h. e. paulatim, leniter, circumacta fit. Intelligendus est autem hic sinus Adramyttionus, de q. Strab. XIII, p. 466. f. 605. p. 417. f. 616. ima montis] Sc. ab hac parte incipit Ida mons, efficitque promontorium Lectum, vel, si contra tendas, in eo definit. Cisthena] Strab. XIII, p. 417. f. 606. Κισθήνη πόλις Ἰσημῶς, ἔχουσα λιμένας Mela fortasse Strabone vetustiores scriptores secutus est. Plinii aetate interciderat. v. lib. V, 32. f. 30. Gremio] v. ad c. 2, 2. Thebe] Herod. VII, 42. εἰς βυθὸς πύθων, secundum quem inter Carriam et Adramyttium patebat. Adramyttion] Varie scribitur. Conditorem ejus faciunt Adramyten, Croesi fratrem; alii alium. Habuit portum et navale, tulitque Xenoclem, oratorem. v. Cicero in Brut. c. 91. Hodie putatur Adramit f. Edramit. Astyra] Gr. τὰ Ἄστρα. Plinius V, 32. f. 30. eam sua aetate interciderat scribit. Chrysen] Duplex ejus nominis urbs a Strab. XIII, p. 421. f. 612. memoratur, una in Adramyttina ad Thebes campum, altera in ipsa Troade ad Lectum Idae promontorium sita. In illa ponit Strabo c. l. Apellinis Sminthi templum, ubi Chryses sacerdos, Chryseidis pater, ex Homero notus; vixit, etiam renititur Mannert Geogr. d. Gr. u. R. Vol. VI. P. 3. p. 451 et 463.

quo dicta sunt, ordine adjacentia, continet; in altero latere Antandrum. Duplex causa nominis jactatur. Alii Ascanium, Aeneae filium, cum ibi regnaret, captum a Pelasgis, ea se redemisse commemorant: alii ab his putant conditam, quos ex Andro infula vis et seditio exegerat. Hinc hi Antandrum, quasi pro Andro, illi quasi pro viro accipi volunt. Sequens tractus tangit Gargara et Afson, Aeoliorum colonias. Tum finis alter, Ἀχαιῶν λιμὴν, non longe ab Ilio litora incurvat, urbe bello excidioque clarissima. Hic Sigeum fuit oppidum; hic Achivorum fuit bellantium statio. Huc ab Idaeo monte demissus Scamander

[*Antandron*] Gr. Ἀντανδρον. Denominis origines Melis satis prolixè, neque consentientibus aliis. Si ab Andriis conditam statueris, de colonis cogitandum erit. Ob situm ad mare et propter lignorum copiam navibus fabricandis inservit, quare etiam Aeneas classem suam ibi instruxit ap. Virg. Aen. III, 6. Hod. Dimitri vocatur. regnaret.] Veterum nempe nonnulli statuunt, Aeneam ex Troja non navigasse, sed ibi mansisse, relicto etiam successoribus regno. cf. Cluver. in Ital. antiq. lib. III. p. 832.

[*G. 3. Gargara*] Gr. τὰ Γάργαρα. Proprie Gargarum fuit Idae vertex (v. Homer. Il. XIV, 292.), in quo sita fuit urbs, quae et Ἰτάργαρα essebatur. Postea cives immo dico frigore compulsi novam urbem, Γάργαρα dictam, in subjectam monti planitiem deduxerunt. Fuit proprie Afliorum colonia, tamen, quia Aeolii Afsum condiderint, *Aeolica* vocatur. v. Macrob. Saturn. V, 20. Ager ejus a poetis ob fertilitatem laudatur, v. c. Virg. G. I, 105. Ovid. A. A. 15, 7. *Afson*] Gr. Ἰ Ἀσσος. Ponitur varie ob terminorum viciniam; in Troade ad Idam agnoscit Pausan. VI, 4, 5. Inclruit Cleanthe, philosopho Stoico, ejusque ager celebratur tritici abundantia et lapide, qui *Sarcopha-*

gus dicebatur, quia omnia corpora consumebat. cf. Plin. II, 98. l. 96. XXXVI, 27. l. 17. *Tum*] a promontorio Lecto, Troadis et Aeolidis termino. *finis*] Livius XXXVII, 9, 7. *Achaeorum portum* vocat, in quem insluit *Xanthus, Simoenti junctus*. *Ilio*] Gr. Ἰλιον. Occurrit ap. gr. et lat. auctores feminino et neutro genere. Virgilius c. Homero neutrum praefert. v. Brouckhuf. ad Propert. II, 1, 31. De situ Ilii olim quaesitum est: nam quod postea dictum est Ilium, aliud est diversoque situ et a veteri saepe stadiis abfuit, ut docet Strab. XIII, p. 408. l. 595. Nostra aetate de Ilii situ quaesitio reserbit, ut Choiseulii, Lechevalierii aliorumque libri testantur. *Sigeum*] Gr. Σίγειον. Conditum fuit ab Archeanacte Mitylenseo ex everfi Ilii lapidibus. Strabonis tempore ab Iliensibus eversum jacuit. Notius fuit Sigeum promontorium; juxta stetit *Achillonem* oppidum cum templo et monumento Achillis, de q. Herod. V, 94. Plin. V, 53. l. 50. Celebratur inde *inscriptio Sigea*. Promontorium *E* vocatur *Capo di Janissaro*. Urbem Sigeum nunc pagum esse, nomine *Giaurkioi*, refert Chandler R. in Kl. A. p. 50. *statio*] sc. navium in terram subductarum: castra autem Graecorum inter Rhogetum et Sigeum patuisse videntur.

exit, et Simois, fama, quam natura, majora flumina. Ipse 4  
mons vetere Divarum certamine et judicio Paridis memo-  
ratus, orientem solem aliter, quam in aliis terris solet ad-  
spici, ostendat. Namque ex summo vertice ejus speculau-  
tibus, paene a media nocte spargi ignes passimque micare,  
et, ut lux adpropinquat, ita coire ac se conjungere viden-  
tur, donec magis magisque collecti, pauciores subinde et  
una ad postremum flamma ardeant. Ea cum diu clara et  
incendio similis effulsit, cogit se ac rotundat, et fit ingens  
globus. Diu is quoque grandis et terris adnexus adparet:  
deinde paulatim decrescens; et quanto decrescit, eo cla-  
rior fugat novissime noctem, et cum die jam sol factus, ad-  
tollitur. Extra sinum sunt Rhoetea litora, Rhoeteo et 5

[*Idaeo monte*] pro simpl. Ida, ut  
ap. Hom. Il. VIII, 170. *Ἰδαία ἴση*.  
cf. infra II, 7, 12. *Scamandor*]  
Gr. *Σκαμάνδρος*. Antiquius nomen  
fuit *Xanthus*, v. Homer. Il. XX,  
74. quia ejus aquae potus oves  
rufa colore inficiat. Fontes in Ida  
sunt, quorum alter frigidus, al-  
ter calidus est. v. Homer. Il. XXII,  
147. excipit in cursu *Simoenta*  
(Homer. Il. V, 774.) et prope Si-  
geum in mare effluit. Cursum  
suum veterem mutavit et admo-  
dum tenuis fluit. H. ante com-  
missionem cum Simoente v. *Gor-  
dak-su*, eaque facta *Mandras-su*.  
*Simois*] Ejus quoque fontes ponit  
in Ida Homer. Il. XII, 32. Ab  
eo *Σκαμάνδριον πῶδρον*, ut a Scaman-  
dro *Σκαμάνδριον*, per quae uterque  
fluvius deferebatur.

§. 4. *mons*] Est Ida mons, fat-  
tis ab Homero celebratus. Spectat  
diversas coeli plagas et maria et  
duabus extremitatibus termina-  
tur, quarum una est ad Zoliam,  
altera Lectum vocatur et in varia  
excurrit cacumina, in quorum  
tamen notatione et numero var-  
iant Auctores. Irriguus fuit  
multorum fluviorum fontibus,  
sylvosus et altus, unde quisque  
cellus mons interdum Ida adpel-  
latur. *Divarum*] Notum est il-

lud judicium Paridis, cui tresque  
simul *Divas*, *Venus* et cum *Palla-  
de* *luno* (Ovid. Heroid. XVI, 65.)  
ob pulchritudinis praestantiam se  
subjecerunt. *aliter, quam*] Usita-  
tius in hoc nexu subjicitur, *ac*  
*vel atque*, sed v. Tursellin. de  
Part. 21, II, p. 76. *ex summo*  
*vertice*] H. vocatur Turcis *Kas-  
Dahi*. Ceterum conferri meretur  
Lucret. V, 662 sqq. *ingens glo-  
bus*] Nempe propter humores non-  
dum disiectos vel adtenuatos.  
Res, ut constat, ex fractis radiis  
explicanda est. Mela rem solitam  
aut insolite auxit et adornavit,  
aut singularem et rariorem expo-  
suit. cf. de hac re Bredow et Hell-  
wag in *Genius der Zeit*, Altona  
1797. p. 303 sqq.

§. 5. *Rhoetea*] Sic ap. Virg.  
Aen. VI, 595. *Rhoeteum litus*.  
Hoc promontorium, quod Schol.  
ad Apollon. Rh. I, 929. cum Si-  
geo conjungit et ubi nomen a  
*Rhoetea*, Protei filia, ducit, h.  
vocatur *Cap Barbieri*, etsi alii  
negent. v. Lenz Ebene v. Troja  
p. 170. Magis celebratur urbs,  
quae in adjacente colle sine dubio  
sita fuit (v. Strab. XIII, p. 409 f.  
595.), sed a posterioribus Geo-  
graphis ignoratur. Pococke T. III.  
p. 156. eam prope vicus *Telates* aut

Dardania claris urbibus; Ajacis tamen sepulcro maxime illustria. Ab his fit artius mare, nec jam adluit terras, sed rursus dividens, angusto Hellesponti freto litus obvium findit, facitque, ut iterum terrae, qua fluit, latera fini-

## C A P. XIX.

*Bithynia, Paphlagonia, aliaeque Ponticae et Maeoticae gentes in ora Asiatica.*

- 1 Interius Bithyni sunt et Mariandyni: in ora Graiae urbes, Abydos, et Lampfacum, et Parion, et Priapos.

*Inarcai* quaeſivit. *Dardania*] Gr. Δάρδανος. Homerus II. XX, 215. testatur urbis antiquitatem, dum ante Ilium stetit ait. Conterminam facit Abydo Herod. VII, 43. unde tamen 70. stadiis removet Strabo XIII. p. 409. l. 595. quae repugnant, nisi novam Dardanum statuas, quae in praesens urbis dirutae locum successit: *Ajacis sepulcro*] *Αϊακισσῶν* vocat Strabo c. l. et litum fuit prope Rhoeteum juxta mare, Ajacisque ossa, cum a maris adluvione editus factus esset, reperta esse, scribit Pausan. I, 35, 3. *artius*] ob Thraciae Chersonesum prominenti sese Asiae orae opponentem. *rursus*] quia idem factum erat in freto Gaditano. *dividens*] Mare enim remota litora non dividit, sed adluit, nec terrae latus faciunt, sed litus: ubi vero angustiae maris, ibi sunt latera magis, quam litora. *qua fluit*] sc. Hellespontus. De h. vero mari Plin. V. c. 40. l. 32. *Impetum deinde sumit Hellespontus, et mare incambit, vorticibus limitem fodiens, donec Asiam abruptat-Europae.*

## C A P. XIX.

§ 1. *Interius*] de terris mediterraneis et a mari remotis, ut obpositum in ora docet. *Bithyni*] Regio eorum *Bithynia*, Βιθυνία. Olim dicti sunt *Myfi*, nomenque tulerunt a Bithynis et Thynis

Thraciae populis, qui huc commigrarunt. Regio vocabatur et *Bebrycia*, aliaeque gessit nomina, quae recenset Plin. V, 40. l. 32. H. pars provinciae *Asioli*. *Mariandyni*] Regio eorum *Mariandynia* vel *Mariandona* audit ejusque fines Noſter ad Heracleam extendit, c. quo consentit Xenoph. d. exp. Cyr. VI, 2. in. Nempe Mela exorditur ab interiori Hellesponto et inde ab Abydo ad Tium in Paphlagoniae confinio, sic ut Mariandynos complectatur, vel, si hos excluderis, ad Heracleam usque. *Graiae urbes*] Prudenter Graeci has angustias colonis obsederunt, ut liberam versus pontum haberent navigationem. *Abydos*] Antiquitas ejus discitur ex Homer. II. II, 837. Cives *Ἀβυδῶν*, quos post Trojae everſionem Thraeces, inde Milesios fuisse, scribit Strabo XIII, p. 406. l. 597. qui etiam de ejus portu et opportuno situ ad Propontidis fauces (Virg. G. I, 207. *fauces Abydenae*) exposuit. Incolae ob fraudulentiam, calumnias et luxuriam male audiebant. Situs ejus h. ignoratur. *Lampfacum*] Gr. Ἰ Λάμψακος, ut plerumque Latini, qui et neutro genere efferunt. Civis *Lampfacenus*, passim *Lampfacius*. Strabo XIII. p. 405. l. 588. inter Abydum et Parium ponit. Innotuit obsceno Priapi culta, protulit-

Abydos magni quondam amoris commercio insignis est. Lampfacum, Phocaeis adpellantibus, nomen ex eo traxit, quod consulentibus, in quasnam terras potissimum tenderent, responsum erat, ubi primum fulsisset, ibi sedem capeffere. Tum rursus fit apertius mare, Propontis. In id Granicus effunditur, qua primum inter Persas et Alexandrum pugna fuit nobilis. Trans amnem sedet in cervice paene insulae Cyzicum: nomen Cyzicus indidit, quem a Minyis imprudentibus, cum Colchos peterent, fusum acie

que viros doctos, Charonem, hifloricum, Adimantum et Anaximemem rhetoras. H. *Lamsaki*. *Parion*] Gr. *πάριον*, civis *Parianus*. Strabo l. c. colonos arcessit a Milefiis, Erythraeis et Pariis insulanis. Alii nomen deducunt a Pario Iasionis filio eumque item conditorem faciunt. Urbs fuit maritima et portu instructa, in qua erant *ἰφισογενεῖς*, Pnyllorum genus, qui a serpente morsis mederi poterant. H. putatur *Kimeré* vel *Kamaris*. *Priapos*] Gr. *πρίαπος*, unde *πριαπηνός*. Urbs fuit maritima c. portu, conditores habuit Milestios vel Cyzicenos, nomenque traxit a Priapo, quem colebant. cf. Strab. XIII. p. 404. f. 387. *amoris commercium*] Sic Sueton. Calig. 36. *commerciam antiqui stupri*. Historia de Leandro et Hero est nota ex Musaeo, Ovid. Heroid. XVIII et XIX. Virg. G. II, 258 sqq. *fulsisset*] Ut gr. *ἀέρας* de fulmine. Hanc nominis causam *fax ardens* in numorum adposita servasse videtur, quem ind. Rasché in Lex. num. P. II. P. 2. p. 1442. Ita Seleuco n Seleucia condenda fulminis ignum datum esse, refert Ap-  
man. in Syr. c. 58. in.

§. 2. *Propontis*] Ponitur inter Hellespontum et Bosporum Thracium, per quem Ponto jungitur, et Herod. IV, 85. ejus latitudinem facit 500 stadiis, longitudinem 1400. est alii aliter, prout huciam mensurae ducunt. H.

*Mar di Marmora* a praecipua insula. *Granicus*] Oritur in Corylo, Idae montis cacumine, non procul a Scamandro et Aesepo, profluit per Adrasteum campum et in Propontida excurrit. H. *Teker Chais*, ut putatur. Nobilis est Alexandri M. pugna, quae ipsi Asiam intra Taurum et Euphratem subjecit. *sedet*] Hac voce eleganter Mela utitur de urbibus in planitie sitis, ut II, 2, 6. III, 1, 9. aliaque exempla v. ap. Werndorf. ad Avien. Periæg. v. 732. *Cyzicum*] Gr. *κίζικος*, et sic plerumque Latini, rarius, ut Mela, neutro genere occurrit. Alia antiquitas gessit nomina; hoc ei imposuit Cyzicus, qui ex Thessalia Dolionés adduxerat, et hinc Dolionum rex vocatur. Sita fuit ad duos pontes, quibus insula continenti iungebatur, in cervice paene insulae. H. exigua ejus restant vestigia, ex quibus amphitheatrum commemorat Lechevalier in voyage d. l. Propont. Stetit prope *Antaki*. *Minyis*] h. e. Argonautis, qui, cum noctu fati iniquitate iterum ad hanc terram nave adpulsi et a Cyzico, qui eos hospitaliter exeperat et pridie amice dimiserat, hostes Pelasgi ipsius terram aliquoties invadentes per noctis tenebras habitati essent, imprudentes et inscii eum interfecerunt. cf. Apollon. Rh. I, 1032. Valer. Fl. III, 240 sqq. De nominis derivatione varia v. Inrpp. ad Valer. Fl. I,

- caesumque accepimus : post Placia et Scylace, parvae Pelasgorum coloniae, quibus a tergo imminet mons Olympus (ut incolae vocant) Myfius. Is flumen Rhyudacum in ea, quae sequuntur, emittit. Circa angues nascuntur immanes ; neque ob magnitudinem modo, sed ob id etiam mirabiles, quod, ubi in alveum ejus aestus solemque fuerunt, emergunt atque hiant, supervolantesque aves, quamvis alte et perneciter ferantur, absorbent. Trans Rhyudacum est Dascylos, et, quam Colophonii collocavere, Myrlea. Duo sunt inde modici sinus. Alter sine nomine Cion amplectitur, Phrygiae haud longe jacentis oportu-

310. Placia] Gr. πλάκιν. Alii eam ignorant, neque h. oppiduli vestigia adparent. Scylace] Gr. Σκυλάκη et a Valer. Fl. III, 36. Scylaceion vocatur. Olympus — Myfius] Strab. X. p. 324. l. 470. sex cognomines montes memorat. Hic Myfius perquam silvofus fuit, habuit loca natura munita et recipiendis praedonibus apta, hinc Bithyniam, illinc Trojam adtingebat inclaruitque proelio Cn. Manlii contra Galatas ap. Liv. XXXVIII, 20. Turcis h. vocatur *Keshesh Daug.* Verba ut incolae vocant prorsus supervacanea sunt, cum eum et exteri sic, discriminis causa, vocarent: in omnibus tamen Mstis leguntur.

§. 3. Rhyudacus] Ante dictus est Lycus. Oritur in Azanitide, Phrygiae parte, sec. Melam in ipso Olympo, quod sic conciliari potest, ut ejus aqua primum lacu colligatur; determinat Asiam et Bithyniam, praeterfluit Apolloniam et prope insulam Besbicam, h. *Calolimno*, in Propontidem effunditur. H. putatur *Mehullith. angues*] Consuli de his serpentes morerentur Plinius VIII, 14. et Aelian. Hist. Anim. II, 21. ibiq. Schneider. In verbis singulis observa elegantiam. Dascylos] Graeci plerique vocant *Δασκυλίον*

(Herod. III, 120.) vel *Δασκυλίον* (Xenoph. Hist. Gr. III, 4. 13.) Non ignobilam urbem fuisse, docet *Δασκυλίτις εστρατεία* ap. Thucyd. I, 120. Hodie sinus quaerendus esse videtur, ubi *Montagne* adparet. Myrlea] Gr. Μύρλις. Conditor fuit Myrtilus, Colophoniorum dux: eam evertit Philippus, rex Macedoniae, Parsi pater, deditque Prussiae, Bithyniae regi, cujus uxor eam instauravit et *Arameam* nominavit. Hinc Plin. V, 43. l. 32. *Arameae* quae nunc, *Myrlea Colophoniorum*. Antiquiores unice Myrleam proferunt, quos sequitur Melae. In ejus vicinia nunc est urbs *Montagne*.

§. 4. sine nomine] Valet de geographica notatione et nomine aut Melam latuit, aut secutus est scriptorem, qui id tradiderat, antequam Cion emporium evasit. Vocabatur enim ab urbe *Cionni*. Alii explicant h. verba *ignobilis*, ut gr. *ἀνόμιμος*. Cion] Gr. κίον. Variosa seferunt conditores, nomenque quoque varie deducunt. Circumfluebat eam fluvius cognominis, et everta a Philippo, Parsi patre, instaurata est a Prussia, qui eam *Prusiada* nominavit. cf. tamen Cellarius in Geog. antiq. III, 8. 6. Vetus nomen revixit, et h. vocatur *Gemblic. Phrygiae*]

nisimum emporium: alter Olbianos in promontorio fert  
 Neptuni fanum, in gremio Astacon, a Megarenfibus con-  
 ditam. Deinde propiores terrae iterum jacent, exiturique  
 in Pontum pelagi canalis angustior Europam ab Asia stadiis  
 quinque difterminat, Thracius (ut dictum est) Bosporus.  
 Ipfis in faucibus oppidum, in ore templum est: oppidi  
 nomen Calchedon, auctor Archias, Megarenfium prin-  
 cept; templi numen Iupiter, conditor Iaso. Hic jam sese

Mela h. regionem tantum sic et  
 περιόριον attingit eamque Bithyniae  
 conterminam facit, quae fuit  
 Phrygia major, nam et Phrygia  
 minor memoratur, in qua Troa-  
 da ponant: hinc Phryges pro  
 Trojanis ap. poetas, tragicos in-  
 primis et latinos, nam Homerus  
 utramque populum distinguit (v.  
 Il. II, 866 sqq. XVI, 719) et Phry-  
 giam inter Afcantium lacum et  
 Sangerium fl. locat. Illa utrius-  
 que populi confusio inde orta esse  
 videtur, quod, ref. Strabone XII,  
 p. 389. l. 565. Phryges et Myfi  
 post Trojae excidium haec loca  
 occuparunt. Olbianos] Nomen  
 traxit ab Olbia urbe. Mela hic  
 iterum antiquam adpellationem  
 fecutus est, nam postea, Melae  
 etiam tempore, Astacenus dictus  
 est. cf. Plin. V, 43. l. 32. H. Gol-  
 fo di Comidia, vel Ismit. fanum]  
 Hoc ignorat alii. Astacon] Gr.  
 Ἀστακός, unde Ἀστακηνός κελύκος. Con-  
 ditores feruntur varii. Urbs de-  
 dita, sed nova condita est, quae  
 Nicomedia dicebatur: quod nomen  
 Mela, antiqua suo more se-  
 cutus, tacet. Sinus olim Astace-  
 nus, postea Nicomedicus dictus est  
 et urbs h. a nautis Comidia voca-  
 tur; aliis dicitur Ismit. v. Pococke  
 l. c. T. III. p. 140.

§. 5. canalis] Plin. V, 43. l.  
 32. rursus coeuntibus terris angu-  
 stiae. Dum autem dicit exituri in  
 pontum pelagi, videtur existima-  
 re, mare Aegaeum exire in Pon-  
 tum; at falsum hoc esse, praeter  
 veteres (v. Harduin. ad Plin. II,

100. l. 97.), adfirmant recentio-  
 res, v. c. Tournefort voyage T. II.  
 letr. 15. p. 400 sqq. [stadius quin-  
 que] Variant et hic auctores ve-  
 teres et recentiores: Plinius VI,  
 in. adfirmat, cantus canumque  
 latratus invicem audiri, vocis  
 etiam commercium insitui posse.  
 si venti permittant. Bosporus]  
 Dictus, ut Plinius c. l. ait, a bü-  
 bus moabili transitu referuntque  
 huc fabulam de Ius, in vaccam  
 mutatae, traiectione. Varie de-  
 signatur, v. c. τὸ στήμα τοῦ Πόντου,  
 περιόριος, ὁσ Ponticum (Tacit. Ann.  
 II, 54.), ostium Ponti (Cicer. Tusc.  
 Q. I, 20.); Noster distinctius eum  
 vocat canalem, ejusque partes fau-  
 ces et os. Veteres fere incipiunt  
 inter Byzantium et Chalcedonem  
 et finiunt ad templum Iovis Urii.  
 [faucibus] Eadem voce utitur de  
 Bosporo Plinius V, 43. l. 32. Lu-  
 can. IX, v. 954. alii. Mela au-  
 tem intelligit Bospori partem in-  
 ter Byzantium et Chalcedonem.  
 in ore] refer ad Ponti aditum.  
 Calchedon] Gr. Καλλυδὼν et Χαλκηδὼν,  
 quae varietas ad Latinos transit.  
 Megarenfium coloniam cum Mela  
 ferunt Strab. VII. p. 221. l. 320.  
 et Thueyd. IV, 75. ejusque anti-  
 qua nomina recenset Plinius V,  
 43. l. 32. Urbs a Persis destructa  
 serius effloruit, post vero in vi-  
 cum exiguum decrevit prisco no-  
 mine (erusto, cujus rudera h.  
 tantum superesse dicuntur. tem-  
 pli—Iupiter] Et si hic aliorum deo-  
 rum templa memorantur, Mela  
 tamen haud dubie templum Οὐσίεω



ingens Pontus aperit: nisi qua promontoria sunt, huc atque illuc longo rectoque limite extensus, sinuatus cetera, sed quia contra minus, quam ad laevam et dextram abscedit, mollibusque fastigiis, donec angustos utrimque angulos faciat, inflectitur, ad formam Scythici arcus maxime incurvus: brevis, atrox, nebulosus, raris stationibus, non molli neque arenoso circumdatus litore, vicinus aquilonibus, et, quia non profundus est, fluctuosus atque fervens: olim ex

*Asiæ*: intelligit, ibique h. locus *Ioro* a corrupto *ισορί* vocatus, ut ref. Tournesort l. c. T. II. p. 308 et 43. Stetit autem in templo simulacrum aeneum cum inscriptione, quam detexerunt Wheelerus et Sponius et expl. Chishul in antiq. Asiat. p. 61. Solus vero Melae Isonem templi conditorem facit: in aliis nil de eo existat.

§ 6. *Hic*] Ubi sanum est. *Pontus*] Euxinus, quem describit Strab. II, p. 85. l. 124. Plin. IV, 24. l. 12. Ejus ambitus varie definitur a veteribus (v. Herod. IV, 80.) et recentioribus, v. c. Poccoche l. c. T. III, p. 149. a quo longitudo statuitur 900 miliariam et latitudo 350. cf. Mannert. l. c. T. IV, p. 319 sqq. H. a Graecis vocatur *Mauri thalassa* h. e. nigrum mare, a Turcis *Caradenize*, a nobis *das schwarze Meer*. *promontoria*] *Carambis* §. 8. et *κερὶν ὑπερτερὸν* II, 1, 3. *huc atque illuc*] refer ad *promontoria*, ita ut huc sit cis *promontoria*, illuc ultra, trans. *sinuatus*] secundum reliqua litora in sinum leniter ab angulis flexus. cf. Valer. Flacc. Arg. IV, 728. *contra minus*] *Contra* indicat obpositam Thracio Bosphoro partem, qua egressus erat in Pontum; ex qua progressionem verba *ad dextram* et *laevam abscedit* intelligi debent. Hunc sensum luadent etiam verba: *angulos utrimque facit*, ubi *utrimque* in eo Ponti latere quaeri debet, quod hunc primum adigit, et quidem

ab utraque duorum angulorum parte, ubi litus sensim se incurvat. cf. II, 1. 5. et c. 2. 5. *Abscedit* dedit Cod. Lipsi. et sensus flagitat; et ut apodolis restitueretur, scripsimus *mollibusque*. *Titzius* l. c. p. 211. correxit: *et quis contra*; quo tamen non omnia hujus loci difficultas evanescit. *mollibus*] Hoc verbum de formae figuraeque leni paulatimque inversa mutatione usurpatur, v. c. Virg. Ecl. IX, 7. et Noster I, 4, 1. 2, 2. 8. sic in Gr. *μαλακός*. *Scythici arcus*] Frequens est vet. scriptoribus haec comparatio, quas ut recte intelligatur, sciendum est, arcum Scythicum similitudinem quandam habuisse literae r, obtusioribus tantum angulis et ad rotunditatem vergentibus. cf. Winkelmann Gesch. d. Kunst. P. I. c. 3. p. 98. l. 162. Igitur h. l. extremas arcus partes repraesentant sinus s, flexus duo ad orientem et occidentem: Sic verò Mela infra §. 12. *locus est, ab sinem ductus a Bosphoro tractus accipit, atque unde se in sinu adversi litoris flexus adtolens angustissimum Ponti facit angulum*. Ex quibus patet, qui sit occidentalis, notatus etiam a Mela II, 2. 5. *brevis*] h. l. est vadosus ob frequentia brevia, inprimis prope Salmydesum: hanc ob causam Ammian. Marcell. XXII, 8. *Pontum vadosum adpellat et paulo post brevia tortuosa commemorat*. Ipse Mela statim: *quia non profundus est. atrox*] explicat loqq.

calentiam sive admodum ingenio Aeneas, post commercio aliarum gentium mollitis aliquantum moribus, dictus Euxinus. In eo primum Mariandyni urbem habitant, ab Argivo (ut ferunt) Hercule datam. Heraclea vocatur: id fama fidem adjicit. Juxta specus est, Acherusia, ad Manes (ut ajunt) pervius, atque inde extractum Cerberum existimant. Tum Tios oppidum, Milefiorum quondam colonia, sed jam soli gentisque Paphlagonum: quorum in litoribus paene mediis promontorium est Carambis; citra Parthenius amnis, urbesque Sesamus et Cromnos, et a

*fluatiosus atque fervens. Aconius*] Notus est locus Ovid. Trist. IV, 4, 55. *Frigida me cohibent Euxini litora Ponti; Dicitur ab antiquis Aconus ille fuit.* Flexique nominis causam in truci et saevo secolarum ingenio quaerunt. cf. Strab. VII, p. 206. l. 298. Diod. Sic. IV, 40. Nominis mutationem in Euxinus Mela tribuit mollitis accolentium moribus, quod ad Scythas in primis pertinere, ex Herod. IV, 46. liquet. Usitata mansit Ponti Euxini appellatio, pro qua passim occurrit *Ποντινὸν ἕλαρος, Ταυρίκον Πόντος, Scythicus* et alia. §. 7. *primus*] Strab. XII, p. 373. l. 541. dicit, Pontum ingressis primos obversari Bithynos, deinde Mariandynos; sed Noster illos ad fretum magis removet; de his v. §. 1. *Heraclea*] Gr. *Ἡράκλεια*. Fuerunt plures ejusdem nominis; hujus Ponticae urbis originem adscribit Mela Herculi, illi Argonautarum socio, cujus duplex in hanc regionem expeditio nota est. Fides tamen illius rei incerta est, quare et ferunt addit, nam alii Megarense verius illius urbis conditores faciunt. H. vocatur *Eregli* vel *Erigri*. *Acherusia*] Nomen traxit ab Acheronte fl., quem hic memorant Apollon. Rh. II, 355. 343. Valer. Fl. IV, 595. alii. Hunc specum ponit Apoll. Rh. l. c. 735., ubi eum vivide descripsit, in Mariandynis, alii tamen a Nostro

prope Heracleam offendunt. Locum itidem, unde Cerberus extractus est, varie designant auctores: cum Nostro facit Plin. XXVII, 2. Egregiam hujus facti imaginem exhibent gemmarum ectypa in Lipperti Dactyl. milen. I. n. 593. maxime n. 596. expl. in Comment. p. 219.

§. 8. *Tios*] Milefiorum coloniam alii quoque faciunt; Strabonis tempore fuit oppidulum. H. vocatur *Telios* s. *Neapolis Paphlagonum*] Derivant nomen a Paphlago vel Paphlagona, eorumque terminos Mela utrimque constituit Tion et Armenon: in quo alii dissentiant. Nempe varii vario tempore fuerunt ejus termini: et Noster antiquiora sectatur. *Tium* item Stephanus Paphlagoniae adsignat. *Carambis*] Gr. *κάραμβις*, addito *ἄμα*, quam Apoll. Rh. II, 361. *ἄλιστον* vocat. Obpositum ei est *Κρηίδιμιον* et utrumque ita mare coartabat, ut in duas partes divideretur. cf. Strab. VII, p. 214. l. 509. qui intervallum 2500 stadia esse dicit. Hod. vocatur *Capo Pisello*, vel *Chormi*, vel *Kerempe*. *Parthenius*] Nomen varie explicatur, v. Mitscherlich. ad Homer. H. in Cerer. v. 99. p. 145 sqq. Oritur in Paphlagonia, inter Tium et Amastrim profuit et prope Sesamum in mare excurrit. H. *Gere-desu*. *Sesamus*] Gr. *Σέσαμος* vel *Σέσαμον*. Antiqua fuit urbs, cu-

9 Cytisore, Phixi filio, posita Cytoros; tunc Cinolis, Anticiniolis, et, quae Paphlagoniam finit, Armene. Chalybes proximi clarissimas habent Amison et Sinopea, Cynici Diogenis patriam, amnes Halyni et Thermodonta. Secundum Halyn urbs est Lycaſto: ad Thermodonta campus. In ea fuit Themiscyrium oppidum; fuere et Amazonum castra;

ius jam meminit Homer. Il. II, 853. ejusque origo ad Phinea refertur, quae ibi regnasse tradunt. H. *Amastro*. *Cromnos*] Gr. Κρόνος. Urbis antiquitatem tuestur Homer. Il. II, 853. atque in edito loco sitam fuisse, testatur Valer. Fl. V, 106. ubi *Cromnas juga*. *Cytoros*] Gr. Κύτωρος, incolae κυτωρῶν Conditorum Cytisorum, Phixi filium, cum Mela faciunt Herodotus, Apollonius Rh. Strabo, et alii. Inclauditur *huſop* sive mons, sive ager, unde Apoll. Rh. II, 942. *ἀλιέντα Κύτωρον* et Valer. Fl. V, 106. *pellentam Cytorum*. H. *Kiedrus*. *posita*] h. e. condita, sic II, 2, fin. et *posita* sp. Ovid. Met. III, 13. de conditore. *Cinolis*] Gr. Κίωλις ἢ Κίμωλις. Memoratur ibi emporium et navium statio. H. *Kinuli*. *Anticiniolis*] Vexatur. h. vox; nititur tamen Strabonis auctoritate. Nominis causa non obscura est. *Armeno*] Gr. Ἀρμένιος Vocant πάλιν Ἑλληνίδα cum portu, sed Plinii aetate intercidisse videtur.

§. 9. *Chalybes*] χάλυβες. Nomen deducunt a Chalybe, Martis filio, alii id Chaldaeorum prisca nomen fuisse putant, cum quibus saltem commistos esse certum est. v. Manert. Vol. IV. P. 2. p. 411. In eorum situ variant: omnes fere tamen in terminis eorum Thermodonta ponunt eosque modo propius admovent, modo longius separant. Regio ferri abundantia innotuit, hinc *εὐχρηστέρον γαίαν* vocat Apollon. Rh. II, 141. 1005. *Amison*] Gr. Ἀμισός. Fuit πάλιν Ἑλληνίδος et perquam opulenta, tulit Demetrium et Tyrannionem, Grammaticum, Strabo-

nis praeceptorem, variaque per bellum Mithridaticum subiit facta. De situ dissentient, maritimam tamen esse docet Melae cursus. H. vocatur *Samsun*. *Sinopen*] Gr. Σινώπη, hinc Σινωπίς, *Ευνορέτης*. *Sinopsus* et *Sinopenſis*. Nomen deducunt a Sinope, Amazone, incolasque hac recensent *serio*, *Amazones*, *Syros*, *Graecos*. Strabo in ea laudat *moenia*, *gymnasium*, *forum*, *porticus*, *opera*, et sita fuit in cervica paene insulae, longe in mare prominentis et natura pariter ac arte munita. Inclaudit Diogenes, philosophus cynicus, quem iude Ovid. ex Pont. F, 3, 67. simpliciter *Cynicum Sinopaeum* vocat. *Halyn*] De hujus fluvii ortu et cursu seruet virosum doct. disputatio. cf. Manert. h. c. p. 453. Ex recentiorum narrationibus oritur prope Kodsche-Hisar in planitie. Excurrit in Pontum inter Sinopenſium et Amisenorum agros, crebro vortice tertus. H. vocatur *Kizil-Irmak* [ *Kizil-Ermak*. *Thermodonta*] Gr. Θερμόντις. Alia ante gessit nomina. Oritur in Armenio monte, per Themiscyrium agrum labitur et prope flexuosum promontorium (Apollon. Rh. II. 984.) in Pontum effunditur. Celebratur ob sedes Amazonum et Marti sacra erat. H. *Vatiza campus*] Intellegendus Themiscyrius, late patens et parvis divisus montibus. *Themiscyrium*] Gr. Ἰ θεμισκυρία. Adjacebat Thermodonti prope exitum, et Diód. II, 45. πάλιν μετέλλιν vocat in eaque regiam Amazonum, a quibus condita fertur, ponit. Melae tempore jam deva-

ides Amazonium vocant. Tibareni Chalybas adiungunt, 10  
 quibus in lusu risuque summum bonum est. Ultra [Ca-  
 rambin] Mosyni turres ligneas subeunt, notis corpus omne  
 perfignant, propatulo vescuntur, promisce concumbunt et  
 palam: reges suffragio delignant, vinculisque et artificissima  
 custodia tenent; atque; ubi culpam prave quid imperando  
 meruerit, inedia diei totius adficiunt: ceterum asperi, in- 1  
 culti, pernocii adpulsis. Dein minus feri (verum et hi in- 1  
 condatis moribus) Macrocephali, Becheri, Buzeri: raræ  
 urbes; Cerasus et Trapezus maxime illustres. Inde is 10-12

hata fuisse videtur, quia verbo  
 fuit utitur. *Amazonum castra*] Herod. IV, 120. et Diod. II, 45.  
 antiquam earum sedem ad Ther-  
 modonta constituant; unde ab  
 Hercule victas ad peludam Mac-  
 otida versus Scythiam migraverit:  
 inde tamen ad Thermodonta  
 rediisse videntur: cf. Justin. II,  
 §. in. Hinc igitur campus Ther-  
 mistyrius *castra* vocatur, ubi con-  
 sederant. Plinius VI, 4; in. *Amaz-  
 onium* in oppidis recenset.

§. 10. *Tibareni*] Regio *τιβα-  
 ρηνία*, quam Xenoph. d. Exp. Cyr.  
 V, §. *τιβαρην* vocat et *χρησία* ad ma-  
 re *ἕτρον ἰσχυρὰ* memorat. Cum Me-  
 la in eorum sedibus consentiant  
 Apoll. Rh. II, 375 sqq. alii.  
*bonum*] Scymnus Chius fragm.  
 7. 179. *γαλῆν ἐπεύδοντες ἐν παντός  
 γέπαι εὐδαίμονας εἶναι ταύτην κερκινό-  
 ρος*. Alium morem, quo viri pro-  
 amialis edito partu vicem susci-  
 piam in lecto cubantes, memo-  
 rat Apoll. Rh. II, 1011 sqq. *Μο-  
 συνί*] Gr. *Μέσσυ* vel *Μεσσυνοί*,  
 nodo simplici, modo geminata  
 itera sibila, nomenque derivatur  
*μῆσυν* s. *μῆσυν* h. e. *εἶδος πυλῆν*,  
 quia turres ligneas subibant. Alii  
 namque iis conterminos faciunt  
 Chalybas et Tibarenos, ita ut eo-  
 rum regio a Cotyoro ad Cerasun-  
 a pertineat. *perfigunt*] Testa-  
 tur Xenoph. d. Cyr. Exp. V, 4.  
 Similia narrat Mela II, 1, 10. de  
 Agathyrsis, III, 6, 5. de Britan-  
 nis, deque hod. populiæ Isola

Gesetz der Menschheit T. I. p. 270  
 ed. 5. *propatulo*] Conferri me-  
 retur Xenophon c. I. Praepositio  
 in addi solet. *concumbunt*] Cf.  
 Apoll. Rh. II, 1024 sqq. qui id  
 vivide depingit et testatur Xeno-  
 phon. Hodie idem mos valet ap-  
 Mongolos, Sibirios. cf. Georgi  
 Besch. d. Russ. Völker p. 570.  
*vinculis*] Conf. Apollon. Rhod. II,  
 1027. et Xenoph. l. c. V, 4, 15.  
*pernocii*] Est vox *ἀπὸ τῆς λεγούσης*  
 rem ipsam confirmat Valer. Fl.  
 IV, 613.

§. 11. *Macrocephali*] Nomi-  
 nis causa liquet. Negant tamen  
 alii, tales populos unquam existi-  
 stisse, sed a vero non abhorret,  
 si Hippocratem de aer. c. 85. au-  
 dias, qui refert, eos infantum  
 recens natorum capita manibus  
 fasciisque ita coegisse, ut ad eam  
 formam excreverent, quam tem-  
 poris progressu ipsa natura adju-  
 verit. In situ convenit Plinius  
 cum Mela. Idem habentur, qui  
 alias *Macrones* vocantur, cui  
 opinioni geographica ratio non  
 obstat. *Becheri*] Gr. *Βεχέρη*. Ho-  
 rum sedes late per oram Ponti esse  
 dispersas, adparet ex Apollon. Rh.  
 II, 394. et 1234. *Buzeri*] Usita-  
 tius *Byzores*. *Vagos* adpellat Va-  
 ler. Fl. V, 163. et Strab. XII, p.  
 375. l. 594. Heptacometarum gen-  
 ti adscribit, quae in vertice mon-  
 tis Scydisse, cum Moschitis mon-  
 tibus in Colchide cohaerentibus,  
 habitabat. *Cerasus*] Gr. *Κηρ-*

cus est, ubi finem ductus a Bosporo tractus accipit; atque inde se in sinu aduersi litoris flexus adtollens angustissimum Ponti facit angulum. Hic sunt Colchi; huc Phasis erumpit; hic eodem nomine, quo amnis est, a Themistagora Milesio deductum oppidum, hic Phruxi templum, et lucus, fabula vetere pellis aureae nobilis. Hinc orti montes longo se iugo, et donec Rhipaeis conjungantur, exporrigunt: qui altera parte in Euxinum et Maeotida et Tanain, altera in Caspium pelagus obuersi, Ceraunii dicuntur: iidem aliubi Taurici, Moschici, Amazonici, Caspii, Coraxici, Cau-

est, incolae κερασίντιοι. Innotuit haec urbs eo, quod cerasa ante incognita inde in Italiam devexit Lucullus in bello Mithridatico, et dubitatur, utrum nomen ab urbe, an contra natum sit: cf. Krünitz Encyclopaedia T. XXXIX. p. 21 sqq. H. Kirifoncho. Trapezus] Gr. τραπέζιον. Olim dicta οὐζυρία. Ut Cerasunta, sic quoque hanc πόλιν Ἐλλησίδα vocat Scylax p. 33. Fuit urbs magna et celebris. Memorabile ibi est venenatum mel, quod, teste Xenoph. d. exp. Cyri IV, 8, 16., sanos insanos et insanos sanos faciat. H. Tarabosan s. Trabifonda.

§. 12. inde] Ipse infra II, 2, 5. hunc angulum Phasiacum appellat et Strab. XI. p. 342. l. 497. a Trapezunte ad Dioscoriada extendit. Colchi] Gr. κελχίοι, regio κελχία. Ipsi Colchi ex Aegypto huc descendisse feruntur; postero tempore Lazi dicti sunt. Regio olim late patuit et a Xenoph. l. v. V. 3, 4. et IV. 8, 17. usque ad Cerasunta et Trapezunta extenditur. H. vocatur Mingrelia. Phasis] De ejus ortu discrepant, quod ob vagam montium adpellationem non mirum est. Fontes quaerendi in Armenia, ubi Boas vocatur, post auctos, ubi Caucasus et Iberia terminantur, alterum nomen sortitur. Inclaruit Argonautarum expeditione et avibus Phasianis, quas inde Argonautae auerunt et propagarunt. H. Eesp

vel Turcis Fachs, accolis Rion. oppidum] In ora fuit situm et in faucibus fluvii ponit Plinius V, 4. A Milesio conditum scribit Stephanus, sed de Themistagora, praeter Molam, nemo refert. Hodierna urbs, quae est amplissima, ab Italis vocatur Faso, a Gallis Faso. Apte vero de colonia dicitur deductum. templum] Conferri meretur Strab. XI, p. 343. l. 498. qui narrat, a Phruxo in honorem Leucotheae extractum esse; est ei obstat, quod Arrian. in Periopl. p. 9. refert, in aditu Phasidis ad sinistram Phasianam deam fuisse constitutam, quod ad templum item pertinere potest.

§. 13. Rhipaeis] v. ad finem h. cap. Ceraunii] Nullus veterum Geographorum inde ab hoc flexu ad Rhipaeos usque Ceraunios extendit, est quidem hi in Asia memorantur, sed ita ut partem Caucaasi montis efficiant, qua hic Caspium mare attingit. Videtur igitur uterque mons promiscue dictus fuisse, et Ceraunii latius patuisse. Taurici] A Tauricis accolis prope Maeotim et Euxinum mare nomen naeti esse videntur, est et de Tauro sensu strictiori intelligi possit, qui erat in Armenia, unde facilis est transitus ad Moschicos montes. cf. Plin. V, 20. l. 24. Moschici] Nomen traxerunt a Moschis populis. Armeniam versus Iberos et Alba-

caſſi; ut aliis aliisque adpoſiti gentibus, ita aliis aliisque dicti nominibus. At in primo flexu jam curvi litoris oppidum 14 eſt, quod Graeci mercatores conſtituiſſe, et (quia, cum caeca tempeſtate agerentur, ignaris, quae terra eſſet, cycni vox notam dederat) Cycnum adpellare dicuntur. Reliqua ejus feræ incultaeque gentes, vaſto mari adfidentes, tenent, Melanchlaeni, Serri, Siraces, Colici, Coraxi, Phthirophagi, Heniochi, Achaei, Cercetici, et jam in confinio Maeotidis Sindones. In Heniochorum finibus Dioſcorias, a Caſtore et Polluce, Pontum cum Iſone in-

nos circumdant et Caucaſum, ubi Armeniae adjacet, attingunt. *Cafpii*] Gr. κάππιος ὄρος: ita vero Caucaſum ab aecolis vocari tradit Eratoſthenes, a Caſpiis, ut quidam volunt, portis, quae tamen hinc nimia remotae ſunt. *Coraxici*] Nomen habent a Coraxiſ, poſt Heniochos habitantibus, unde iidem a Plinio VI, 10. *Heniochi* adpellantur. *Caucaſii*] Proprie uno verbo *Caucaſus*, cujus fines Strab. XI. p. 342. l. 497. ita deſcribit, ut inter Euxinum et mare Caſpium iſthmum intercludat, verſus Auftram adtingat Iberiam et Albaniam, Sarmatiam verſus Boream. Celebratur ejus altitudo et in fabulis Promethei fatiſ innotuit. H. Kaern, *Tau, Aento*. — Omnium vero horum montium adpellatio fluxa eſt ob multa Tauri Caucaſique ramenta, quae a variis aecolis varie nominabantur et ob vicinitatem commiſcebantur. *aliis aliisque*] Hanc formulam illuſtrat Geſner in Theſaur. et Corte ad Salluſt. B. Jug. 72, 2.

§. 14. *curvi*] h. e. verſus ſeptentrionem procedentis. *caeca*] quatenus coelum et ſidera nubibus obduxit. Apte dixit *agerentur*. *cycni*] ſeruius ad Lib. I. Aen. v. 397. *Cycni augurium nullis dant, niſi nautis*: ubi v. Cerda. *Cycnum*] Plin. VI, 4. duo hujus nominis oppida memorat, quorum unum,

ſitum ad Phlaſin, interceiderat, alterum longius hinc aberat. *Melanchlaeni*] v. ad II, 1, 13. *Colici*] Gr. κολίαι ad Caucaſum poſtuntur a Stephano. *Coraxi*] Plinius VI, 5. eos Melanchlaenis ſubjicit et urbem Dioſcoriadem tribuit. *Phthirophagi*] Gr. φθιροφάγος, qui pediculos vorant. Strabo XI. p. 344. l. 499. iis conterminos facit Soanes ponitque in ſummo Caucaſi cacumine. Eadem ſordes in vorandis pediculis de Budinſa memorat Herod. IV, 109. *Heniochi*] Gr. ἡνίοχοι. Nomen derivant a duobus aurigis Caſtoris et Pollucis, eosque ultra Trapezunta ante Lazos poſit Plin. V, 4. memoratque eorum feritatem. *Achaei*] Originem eorum repetit Strabo XI, p. 342. l. 495. a Phthiotis Achaeis, qui in expeditione Iſonis ibi conſederant. Eorum feritatem notant plures. *Cercetii*] In Sindonum et Achaeorum confinio fere omnes eos ponunt. *Sindones*] Inſolenter ſic Mela, nam plerumque *Sindi*. Poſtunt eos poſt Tanain et Sauro-matas et Maeoticis populis cum Mela adnumerat Strabo. Hod. illa regio vocatur *Anap* ſ. *Anapa-Dioſcorias*] Gr. Διοſκορίας. Nomen fluxit a Dioſcuris, qui in Argonautarum expeditione Pontum ingreſſi ſunt et a plurimis hujus urbis conditores feruntur. Olim haec urbs tam celebris fuit,

gressis; Sindos in Sindonum ab ipsis terrarum cultoribus  
 15 condita est. Obliqua tunc regio, et in latum modice pa-  
 tens, inter Pontum Paludemque ad Bosporum excurrit:  
 quam duobus alveis in lacum et in mare profluens Coro-  
 condame paene insulam reddit. Quatuor urbes ibi sunt,  
 Hermonassa, Cepoe, Phanagoria, et in ipso ore, Cimme-  
 16 rium. Hac ingressos Lacus accipit, longe lateque diffusus:  
 qua terras tangit, incurvo circumdatus litore; qua mari  
 propior est, (nisi ubi aperitur) aequali margine obductus,  
 17 citra magnitudinem, prope Ponto similis. Oram, quae a  
 Bosporo ad Tanaim usque deflectitur, Maeotici incolunt,  
 Toretae, Arrechi, Phicores, et ostio fluminis proximi  
 Ixamatae. Apud eos easdem artes feminae, quas viri,

ut Timotheus, teste Plinio, 300  
 nationes dissimilibus linguis in  
 eam descendisse prodiderit, quod  
 frequentis commercii causa fa-  
 ctum est. Hodie ibi invenitur  
*Iskuriah*. *Sindos*] Gr. Σινδα κίμα.  
 Usitatum hoc nomen et urbi et  
 regioni fuisse videtur.

§. 15. *Obliqua*] Nam Asia ad  
 Sincicam regionem hinc Euxino,  
 illinc Maeotide urgente valde an-  
 gustia est. *Paludemque*] v. §. 16.  
*Bosporum*] Intellige Cimmerium.  
 Nomen traxit a Cimmeriis eum-  
 que *στῆμα Μαιώνιδος* vocari ait Stra-  
 bo VII. p. 214. l. 310. Ubi an-  
 gustissimus est, 20 stadiis distat,  
 sed longitudo ejus 78 stadiorum  
 est. Hod. vocatur *Stretto di Cas-  
 fa* l. *bocca di S. Giovanni*, *Mear-  
 Engo von Zabache*. *Corocondame*]  
 Lacus, quem Strab. XI. p.  
 341. l. 494. *λίμνη Κοροκονδαμήτιν*  
 appellat, a Mela non satis distin-  
 cte expositus. *Hermonassa*] Stra-  
 bo c. l. eam insulam cum urbe  
 eoghomini dicit. *Cepoe*] Gr.  
*Κῆποι*, et Plin. VI, 6. *Cepi*. Con-  
 diditores faciunt Milesios et nomen  
 haud dubie naeta est a regionis  
 amoenitate. *Phanagoria*] Insula  
 habetur, sed cum Mela consentit  
 Plin. VI, 6. Fuit ibi emporium  
 et insigne Veneris templum, ut  
 Strabo l. c. refert. *H. Tamap* ibi

stare putatur. *Cimmerium*] In  
 Strabone XI. p. 340. l. 494. vo-  
 catur *Κιμμερινόν*, secundum quem  
 Isthmum fossa et aggera claudet.

§. 16. *Lacus*] Maeotis, Grae-  
 cis usitate *Μαιώτις λίμνη* vel abso-  
 lute *Μαιώτις*. Nomen derivant a  
*μαία* l. c. *τρεφός*, quia sit *μήτηρ τοῦ  
 πόντου* (Dionys. v. 165.), quem  
 ex ea nasci putabant. Qui men-  
 suram adnotant, plerumque 6000  
 stadia numerant. Quidam vete-  
 rum ad septemtrionalem Ocea-  
 num referunt; sed Noster I, 1,  
 4. cum aliis eam interni maris fi-  
 nem facit. *H. mar delle Zabacche,  
 della Tana. terras*] Cum Asiae,  
 tum Europae. *obductus*] Hic va-  
 let. ob l. q. *circum*, ut III, 6, 4.  
*a tergo obductus*.

§. 17. *Maeotici*] Gr. *Μαιώται*,  
 quo nomine omnes continentur  
 populi, qui a Bosporo ad Tanaim  
 usque habitabant, in quibus a  
 Mela memorantur *Toretas* (Strab.  
 XI. p. 341. l. 495.), *Arrechi* (Plin.  
 VI, 7.) et *Phicores*, quae vox  
 corrupta est. *ostio*] nempe ma-  
 ximo, quia Tanais duobus ostiis  
 in mare fluit. *Ixamatae*] Alii  
 eos Sarmaticae genti adscribunt.  
*feminae*] Similia exempla colle-  
 git Bochartus in Phaleg III, 15.

exercent, adeo ut ne militia quidem vacent. Viri pedibus merent, sagittisque depugnant: illae equestre proelium ineunt, nec ferro dimicant, sed, quos laqueis intercepte, trahendo conficiunt. Nubunt tamen, verum ut nobiles habeantur, non in aetate modus est; nisi quae hostem interemere, virgines manent. Ipse Tanais, ex Rhipaeo monte dejectus, adeo praeceps ruit, ut, cum vicina flumina, tum Maeotis et Bosphorus, tum Ponti aliqua brumali rigore durentur, solus aestus hiememque juxta ferens, idem semper et sui similis incitatusque decurrat. Ripae ejus Sauromatae et ripis haerentia possident: una gens, aliquot populi, et aliquot nomina. Primi Maeotidae *μαεωτῶν* regna Amazonum, fecundos pabulo, at alia steriles nudosque campos tenent. Budini Gelonon, urbem ligneam, habitant. Iuxta Thyffagetae Iyrcaeque vastas fil-

*conficiant*] Eundem pugnandi morem habitumque Sagartiis, Perfico populo, tribuit Herod. VII, 85. Auchatis Valer. Flacc. VI, 132. *modis*] Non aetate nobiles, sed factis aestimant. Idem narrat Herod. IV, 117. de Sauromatis. cf. infr. III, 4. f.

§. 18. *Tanais*] Olim *Amazonias* ab Amazonibus aequalis. De ortu fluvii dissentiunt: cum Mela facit Plin. IV, 24. f. 12. Lucan. III, 272. Verissima jam retulit Herod. IV, 57. qui cum ex vasta palude arcessit, cuius terminus describi nequeat. Nam hodie compertum est, eum prodire ex lacu magno in Tatariae minoris et Rossiae magnae confinio, qui *Ivan* vel *Iwan-Osero* vocatur. Exit in Maeotin duobus ostiis, tribus hodie fere obstructis. Terminum Asiae et Europae in illo plerique statuunt. H. Den, Tataris *Tuna* f. *Duna*. *dejectus*] Observa verborum aptum delectum. *juxta*] h. l. adverbium, *pariter*, *pari modo*. cf. Drakenb. ad Livium XLI, 6, 10. In ipsa re dissentiunt scriptores: conferri merentur Ovidii querelae in ep. ex Pont. IV, 7, 7 lqq.

§. 19. *Sauromatae*] Asiatici. Latinis sec. Plin. IV, 25. f. 12. *Sarmatae*. Sarmatia enim ad Asiam et Europam pertinet. Asiaticam extendunt a fontibus Tanaidis ad ostia ejus et Bosphorum et hinc ad Caspium mare et Scythiae fines. Herod. IV, 57. item ad Tanaem Sauromatas nominat. *haerentia*] h. e. proxima; et videtur tantum ripam Asiaticam innuere. *gens*] Nempe gens continet populos. cf. Gronov. ad Liv. V, 34, 4. et Heyne ad Virg. Aen. X, 202. *Maeotidae*] Intelligenda h. l. est Maeotarum et Amazonum soboles, nam Amazones prope Maeotida et ultra cis Tanaem in Asia consedisse seque cum Sauromatis commiscuisse, multi narrant. cf. Herod. IV, 110 lqq. Iustin. II, 1, 5. v. supra ad §. 9. *Budini*] Alii eorum urbem *Gelonon* in Sarmatia Europaea recensent; cum Mela Herodot. IV, 108. facit. *Thyffagetae*] Habitarunt olim supra Budinos ad Boream vel in utraque ripa fluvii Rha (*Volga*) versus mare Caspium in planitie *Captchai*. *Iyrcae*] Olim legebatur *perperam Turcae*; sed recte ex Herod. IV,



20vas occupant, alunturque venando. Tum continuis rupibus late aspera et deserta regio ad Arimphaeos usque permittitur. His iustissimi mores; nemora pro domibus; alimenta baccae; et feminis et maribus nuda sunt capita. Sacri itaque habentur, adeoque ipsos nemo de tam feris gentibus violat; ut aliis quoque ad eos confugisse pro asylo fit. Ultra surgit mons Rhipaeus, ultraque eum jacet ora, quae spectat Oceanum.

22. restituit Pintianus *Inraas* vel *Lyrcaas*, quod Valkenar. et Larcher ad Herodotum aliique probarunt, cum Turcae plane ignoti essent Melae.

§. 20. *Arimphaeos*] Plura de eorum moribus Herod. IV, 25 [q. ex quibus haec ad Melam faciunt: πάντας φιλῶντες] et γενεῆς γεόμενοι-ζῶντες ἀπὸ δένδρων - ἀπὸ δένδρων ἕκαστος

κατοικῶνται - τοῦτους αὐτοὺς ἀδινεῖ ἀνδρῶ-  
πων ἰσθὶ γὰρ λέγονται εἶναι - ὅς ἂν κα-  
ταφύγων καταφύγη ἐς τοῦτους, ὡς οὐ-  
δενός ἀδινέται. *Rhipaeus*] Gr. ῥί-  
παια ἢ ῥιπῶτα ἱερῶν, lat. *Rhipasi*  
*montes*; rarissime singulari num-  
mero efferuntur. Nomen a ῥί-  
πτειν, ob impetum Boreae, deri-  
vat Servius ad Virg. G. III, 382.  
Situm eorum varie constituunt.

POMPONII MELAE  
DE  
S I T U O R B I S  
LIBER II.

C A P. I.

*Scythia Europaea.*

**A**siae in Nostrum mare Tanaimque vergentis, quem dixi, finis ac situs est. At per eundem amnem in Maeotida remeantibus, ad dextram Europae est, modo sinistro latere innavigantium adposita. Rhipaeis montibus proxima (et huc enim pertinent) cadentes adsidue nives adeo invia efficiunt, ut ultra ne visum quidem incendentium admittant. Deinde est regio ditis admodum soli, inhabitabilis tamen: quia Gryphi, saevum et pertinax ferarum genus, aurum, terra penitus egestum, mire amant mireque custodiunt, et

§. 1. *Scythia Europaea*] Afsiticam infra III, c. 5. describet; de finibus Scythiae Europaeae variis temporibus varie constitutis conferatur Gatterer Synchron. Univerf. Hiftor. T. II. p. 175 fqq. amnem] Mela sub finem lib. I. Tanaim quasi innavigaverat, ubi ei Europa a sinistro latere erat, quae, dum describendo remeat, ei nunc ad dextram est. Ceterum Titius l. c. p. 212. lateri recepit, quod licet elegantius videri queat, tamen constantem Mf. lectionem, quae, suppleta praepof. in, et ipsa bene se habet, retinere malimus. *Rhipaeis montibus*] Mela, quae in vicinia essent memoranda, ea superiori narrationi breviter adnectit. Dativus pendet a voc. proxima. nives] Vide id descripsit Herod. IV, 28.

*visum*] nempe vis nivium adeo oculorum prospectum praeccludit. *ditis*] consentit Herod. III, 116. in. *Gryphi*] Gr. γρύπες. Dicuntur fuisse bestiae leonibus similes, unguibus validis, pennis nigris, ore aquilino praeditae; conspiciuntur in numis, et Iovi, Apollini, et Nemese adponi solent. Alii eas Indiae adsignant, hinc canes Indicos fuisse, qui arcuerint peregrinos ab arenis aureis, et formicas ex acervis arenae fictas esse putant. cf. Veltheim von d. goldgrabend. Ameisen u. Greiffen p. 21. Fabula vel ex Scythia in Indiam vel, quod reotius videtur, ex India in Scythiam translata esse videtur. Dicuntur autem aurum ex cuniculis egerere i. e. eruere, et mira cupiditate custodire, et Animalis eripere.

- 2 sunt infesti adtingentibus. ~~Hominum~~ primi sunt Scythae Scytharumque, quis singuli oculi esse dicuntur, Arimaspor: ab eis Effedones usque ad Maeotida. Hujus flexum Bucec amnis secat: Agathyrsi et Sauromatae ambiunt; quia pro sedibus plaufra habent, dicti Hamaxobioe. Obliqua tunc ad Bosphorum plaga excurrens, Ponto ac Maeotide includitur. In paludem vergentia Satarchae tenent: in Bosphorum Cimmerica oppida, Myrmecion, Panticapaeon, Theo-
- 3

§. 2. *primi*] de situ cogita. *Scythae*] hoc nomen latissime patet. Nam modo a populis, modo a regionibus, modo a coeli plagis notantur, eorumque fines mox angustiores mox latiores constituantur, quod in populis valde ignotis non mirum esse debet. Veteres omnino populos ad septentrionem habitantes *Scythas* vocarunt. Europaeos Noster c. Herod. IV, 100. supra Maeotim ponit. *Arimaspor*] Gr. Ἀριμασπῶν et hanc gr. terminationem amat Mela. cf. I, 13, 2. Herod. IV, 27. nomen derivat ab ἄριμα, h. e. in Scythica lingua ἄρ, et σπῶ, i. e. ὀφθαλμῶς, inde μονόφθαλμοι et μονήματοι vocantur, quam rem Boettiger in Teutsch. Mercur an. 1792. P. VI. p. 154. de oculo in fronte picto explicat. Eorum situs ex adjunctis cognoscitur et c. Mela consensit Pausan. I, 24, 6. Nota est eorum pugna cum Gryphis. *Effedones*] Gr. Ἰερνίδες. In situ eorum valde discrepant scriptores, ut fit in populis vagis et obsentis; eos cum Arimaspiis conjungit itidem Herod. IV, 13. et cum Mela facit Plin. IV, 26. l. 12. Ex aliorum narrationibus quaerendi sunt in Asia. *Bucec*] alii hoc nomine lacum et fluvium adferunt, de q. v. Plin. IV, 26. l. 12. Titzius l. c. p. 219. renitentibus omnibus libris, h. l. correxit: *H. fl. plures annos secant*: quia Mela nondum ad illam regionem, ubi ab aliis Geographis Bucec s. Buges amnis ponitur, ad-

cesserit. Sed malimus errorem in descriptione Melae, cui haec regio parum fuit cognita, agnoscere, quam, invitis libris, textui audacem obtrudere conjecturam. Idem statiuimus cum Titulo de Agathyrsis. *Agathyrsi*] Gr. Ἀγῆθυρσοι. Strabo eos ignorat; alii diversas in Europa iis adsignant sedes, quae ex factis migrationibus explicari debent. Tenuerant autem fere maximam Transilvaniae partem et Banatum Temeschvariensem. *Sauromatae*] v. infr. III, 4. *Hamaxobioe*] de terminatione vide supra. Causam nominis ipse Mela indicat. Strab. VII, p. 208. l. 300. ἡμαξοβιοί; vocat. Idem narratur de aliis gentibus et le Vasseur de Beauplan in Beschri. der Ukraine u. Krimm p. 52. narrat, se in Chersoneso Taurica multos vicos ambulantes vidisse, quorum domicilia sint in bigis. *plaga*] nempe Tauricae Chersonesi.

§. 3. *Satarchae*] Scythas eos vocat Plin. IV, 26. l. 12. et in eodem tractu ponit. Septentrionalem partem paene insulae Krimm tenuerunt. *Cimmerica*] Urbium nomina graecam docent originem; nam, refer. Strab. XI. p. 340. l. 492. Cimmerici olim hanc tenuerunt regionem, quos expulerunt Scythae, et ipsi posthac a Graecis expulsi, qui urbes has condiderunt. *Myrmecion*] Gr. Μυρμήκων. A Strabone. κερμῆκων τρωϊκῆς vocatur et h. quaeri debet prope Iengi-Kaleh. *Panticapaeon*

dofia, Hermisium: in Euxinum mare, Taurici. Super eos finus portuosus, et ideo Καλὸς λιμὴν appellatus, promontoriis duobus includitur. Alterum Κροῦ μέγαν vocant, Carambico, quod in Asia diximus, par et aduersum: Parthenion alterum. Oppidum adjacet Cherrone, a Diana (sic creditur) conditum, et Nymphaeo specu, quod in arce: ejus Nymphis sacratum est, maxime illustre. Subit tum ripam mare, et donec quinque milium spatio abfit a Maeotide, refugientia usque subsequens litora, quoad Satarchaei et Taurici tenent, paene insulam reddit. Quod inter partem eandem et finum est, Taphrae nominatur: finus Carcinites.

μαρμα] Gr. Παντικαπαιον. Nomen habet a fluuio Panticape; a Misias condita, fuit metropolis hisporanorum Europaeorum, porta instructa et arce munita. nicela vocatur Παντικαπαιός. Hodie putant esse Isenkalé. Theodosia] h. Θεοδοσία. Milefiorum colonia abetur et sita fuit, ubi Maeotis alius pontum Euxinum ingrediatur. Hodie putatur esse Kassa. Iermisium] habet etiam Plin. IV, 6. l. 12. Taurici] Gr. et Lat. ταῦροι, Tauri, quod nomen a Thor, audax, derivant. Plerique cythas eos faciunt, etsi distinguit Herod. IV, 200. hinc Scythotauri memorantur. Regio eorum vocatur Chersonesus Taurica el Scythica, h. Ktimum, Krimische Tartarey, Tauria. portuosus] i. e. urbi portus sunt, ut p. Sallust. Ing. 16. In hujus finis sita dissentiant; h. Cap-Fenk-Bournou esse contenditur. Κροῦ μέγαν] Sic vocari trahunt, quod ita procul spectantibus adpareat. Hodie a Turcis aradje-Bourun vocatur. par] sia, sicut Carambis, medium axinum fecat. Carambi opposita quoque Plin. IV, 26. l. 12. Parthenion] Strab. VII, p. 213. l. 8. ibi penit τὸ τῆς παρθένου ἱερὸν ἱμονές τινας, quae sine dubio Diana fuit. Hodie est Felenk-Bourun. Cherrone] Gr. χερρόνεις et

χερρόνεις, incolae χερρόνεις. Praeter Melam nemo eam a Diana, quae ibi victimis humanis oblati colebatur, conditam esse refert. Heracleotarum oppidum vocant Strabo et Plinius. Hodie ruinis obruta jacet illumque locum Gartschi occupare docet Mannert in Geogr. Vol. IV, p. 206. Nymphaeo] Talia antra Nymphis dicata et alibi memorantur, v. c. ab Homer. Od. XIII, 103 lqq. Virgil. Aen. I, 168 lqq. et celebre inprimis fuit nymphaeum prope Apolloniam: v. Liv. XXIV, 36. Hic vero videtur intelligendum esse templum Iphigeniae s. Dianae, quod Cherronesi fuisse refert Strab. VII, p. 213. l. 308.

§. 4. ripam] rectius litus, sed passim utraque vox promiscue poni solet, ut decuit Heins. ad Ovid. Heroid. VI, 54. et fortasse Melaripis fornam orae respexit, unde subit apte dicitur. quinque] passuum. In numero consentit Plin. IV, 26. l. 12. Taphrae] a Gr. τάφρος, fossa. Cum nempe Scythae diuturnum bellum gererent, serui cum dominorum uxoribus conseruerunt et ut redeunt arcerent, fossam a Tauricis montibus ad paludem duxerunt, ut narrat Herod. IV, in. Hodie in illo loco ponitur urbs a Tauris dicta Or. Carcinites] Strab. VII, p. 213. l. 308. magnum si-

- In eo urbis est Carcinus: quae duo flumina, Gerrhos et Hypacaris, uno ostio effluentia, adtingunt; verum diversis fontibus, et aliunde delapsa. Nam Gerrhos inter Basilidas et Nomadas, *Hypacaria per Nomadas* exolvitur. Silvae deinde sunt, quas maximas hae terrae ferunt, et Panticapes, qui Nomadas Georgosque disternunt. Terra tum longe distenta excedens, tenui radice litori adnectitur: post spatiosa modice, paulatim se ipsa fastigat, et quasi in immersionem longa colligens latera, facie positiensis adlecta est Achilles infesta classe mare Ponticum ingressus, ibi ludicra certamine celebrasse victoriam, et, cum ab armis quiescerat, se ac suos cursu exercitavisse memoratur. Ideo dicta est *δρωμος Ἀχιλλεύος*. Tum Borysthenes gentem sui nominis adluit, inter Scythiae amnes amoenissimus: turbidis aquis,

num vocat, qui versus septentrionem ad 1000. stadia, ab incolis ad incitum recessum 3000. porrigitur. H. *Golfo di Negropoli* dicitur. Urbem vero, cuius et Plin. IV, 26. l. 12. memorat, si tam fuisse putant, ubi h. est *Goesleus* [ *Gjæstleto*. *Gerrhos* ] Gr. Ἰσθός. De cursu et confluxu consentit Herod. IV, 56. Hodie putatur esse *Welschnau*. *Hypacaris* ] Rectius fortasse scribendam *Hypacyris*. A Ptolemaeo III. 5. ab urbe cognominat, quam praeterit, *Garcinites* vocatur. H. *Kurb-Borak* esse creditur. *delapsa* ] Sic, *delabi* infr. c. 4, 9. et Ovid. Met. XIII, 954.

§. 5. *Silvae* ] Ipsa regio vocatur ab Herod. IV, 18. *Taxia* et a Plin. l. c. *filcestris*, eamque descripsit Valer. Flacc. VI, 76 sqq. *Panticapes* ] Gr. Παντικαπῆς. De hoc fluvio valde discrepant auctores, neque hodie constat, quia *Præspes*, an *Samara* illi sit, *distenta* ] nempe a litoris recti per continentem serie, ut inde penitus in Pontum excedat, se immittit. *radice* ] ita significatur terra in angustius spatium contracta, qua regionum et locorum

confinia junguntur, ut cohaereant. Simili sensu infr. c. 4. A. 6. alibi pro eo *corvix*, *αχθῆ* usurpatur. Hodie in vicinia jacet *Peracop*. *macronem* ] haec vox hanc illustrat antecedens *fastigata* et pari modo, Plin. VI, 15. l. 13. *macrofacium*. *facie* ] i. e. forma. Sic centies ap. scriptores. v. Curt. ad Sallust. Jug. c. 78, 3. *celeberrime* ] i. e. ludos dedisse ob victoriam: quod tamen sine dubio haerere posteriores, nam *ἰσθμὸς* multi alia notat, adeo ipsam *navigacionem* infr. c. 7, 6. Accedunt Melae in nominis origine Plinius et Ammianus. Alii inde deducunt, quod Achilles Iphigeniam a Diana raptam secutus illum interfecerit curium ibique aliquando manserit. Multi hanc paucis insulam cum insula *Louca* constituant.

§. 6. *Borysthenes* ] Gr. Βορυσθῆνης. Postea dictus *Daneptris*, et forte hoc nomen adolevatum, si lud Graecorum fuerit. H. vocatur *Dnepr*, Turcis *Ufi* [ *gentes* ]. Ab Herod. IV, 53. *βορυσθηθῆν*, quos Scythiae Georgiae adscribit, eodemque auctore a Graecis ita vocantur, cum ipsi se vocent *Ολβία*

liquidissimus defluit, placidior, quam ceteri, potarique pulcherrimus. Alit laetissima pabula magnosque pisces, quibus et optimus sapor et nulla ossa sunt. Longe venit, ignotisque ortus e fontibus, quadraginta dierum iter alveo fringit: tantoque spatio navigabilis, secundum Borysthenida et Olbian, Graeca oppida, egreditur. Callipidas Hypanis includit. Ex grandi palude oritur, quam Matrem ejus accolae adpellant: et diu, qualis natus est, defluit. Tandem non longe a mari, ex parvo fonte, cui Exampeo cognomen est, adeo amaras aquas accipit, ut ipse quoque

politae. placidior] hodie tamen memrant 12. catarrhactas. v. Büsching Geogr. Vol. I. T. I. p. 707. liquidissimus] Herod. IV, 53. πικρῶτα ὑδατὶς ἐστὶ μέλι δι' αὐτῶν παρά θαλάσσεια. Recentiores tamen ejus aquam per astatem minus salubrem esse tradunt. pabula — piscis] Herodot. l. c. τῶν λοιπῶν τοιοῦτάωντος, ὅς γομῆς το καλλίτας καὶ ψαμμοειῶτας κτήρει παρῆχεται — ἔστιν αὐτῶν διακρίδων καὶ πλείστον. Plin. IX, 17. l. 15. in Borysthenes esse narrat pisces praecipua magnitudine, nullis ossibus spinisve interstitiis, carne praedulci. Ex recentioribus legi meretur le Vasseur in Besch. d. Ukraine u. Krimm p. 20. 24. nulla ossa] Herodot. l. c. μητι ἔνευεντα. Utiatior vox est spina, sed ossa dicit etiam Plinius, l. c. ignotis] Fontes ejus et Herodotus et Strabo ignorant; ex Neuris arcessit Plinius cum aliis. Hodie certo consistit et appriuntur in agro Smolnensensi. cf. Büsching Geogr. Vol. I. P. I, p. 706. quadraginta] concepit Herodot. IV, 53, qui eum in lacum deducit (h. Liman), ubi Hypanis admiscetur, et inde in mare exit. Hodie nota sunt ejus ossia prope Oczakow. [secundum] i. e. juxta. Borysthenida] Gr. Βορυσθηνίς. A Milethis condita fertur, unde Miletopolis dicta est. Male eam Noster ab Olbia distinguit, cum una eademque urbs esset; nomen

Olbia antiquius faciunt. Situm urbis faciunt, ubi Borystheni Hypanis admiscetur; propius tamen ad Hypanim jacebat. Hodie quaerunt, ubi urbes Oczakow et Kimburn conspiciuntur. egreditur] hoc verbum non de exitu in mare intelligi potest, sed ad lacum (Liman), ubi uterque fluvius confluit, referri debet.

§. 7. Callipidas] Herod. IV, 17. eos ponit post Borysthenitarum emporium Olbiam et Graecos Scythas. includit] i. e. intercludit; alias non intelligi posset, quomodo Mela max dicere queat, Axiasem intra Callipidas et Axiasas descendere. Hypanis] Gr. Ἵπανίς. Penultimam corripiunt poetae, ut Ovid. ex Pont. IV, 10, 42. In situ et cursu ejus variant scriptores, cujus rei causa videtur esse quaerenda in vago nominis usu, quod et ad alios fluvios translatum est. Mela sequitur Herod. IV, 52. qui eum ad occidentem Borysthenis ponit, eumque eo conjunctum in lacum devolvit: h. putatur Bogoritur] inter vel apud Auchetas nasci tradit Plin. IV, 26. l. 12. Hodie constat, eum in Podolia, Poloniae regione, oriri. Matrem] ex Herodoto l. c. sumtum, ubi μέγιστε ἱπάνις vocatur. Exampeo] item duxit ex Herodoto l. c., qui h. vocem Scythicam ἑπεὶς ἔδου: interpretatur, Hodie fluyiolus N.

jam sui diffimilis et non dulcis hinc defluat. Axiaces proximus intra Callipidas Axiacasque descendit. Hos ab Istricis Tyra separat, surgit in Neuris: qua exit, sui nominis oppidum attingit. At ille, qui Scythiae populos a sequentibus dirimit, apertis in Germania fontibus, alio, quam definit, nomine exoritur. Nam per immania magnarum gentium diu Danubius est: deinde aliter eum appellantis accolis, fit Ister, acceptisque aliquot annibus, ingens

mauda esse putatur. dulcis] obponitur falsis i. e. maxinis, ut ap. Gr. γλυκός et πικρός. Axiaces] primus Mela eum memorat, inde Plinius et Ptolemaeus. H. habetur Toligol. Istricis] Herod. II, 53. Istrianos vocat ad exitum Istri in Ponto habitantes. Hodie ibi Bessarabia. Tyra] Gr. τύρας, uti fortasse in Latin. etiam scribendum est. Serius atque nomen Danastris, unde hod. Dniestr. Herod. IV, 51. ejus originem ex ingenti palude ducit, qua terra Scythica a Neuride separatur; fuit profundus, piscibus alendis aptus et bene navigabilis. Neuris] Gr. νῆρες. Herodoti aetate habitabant juxta Hypanim; cum vero Tyra in Russia rubra oriatur, unde Podoliam permeat; Neuri in Polonia versus Leopolum et Vistulam quaeri debent. oppidum] Gr. τύρας, et hinc Plin. IV, 26. l. 12. clarus amnis Tyra, oppido nomen imponens, ubi antea Ophiusa dicebatur. Civis τυράριος, τύραρος. De situ agit Strab. VII, p. 211. l. 306. secundum quem adverso navigantibus fluvio 140. stadiis ab ostio in dextra ripa objecta erat. Quaerenda esse videtur, ubi h. Palanko castrum cernitur.

§. 8. ille] sc. Ister. Scythias populos] quos nempe haecenus explicuit. sequentibus] i. e. Thracibus. dirimit] de regionibus et locis ponit; de fluvio etiam Liv. XXII, 15, 4. fontibus] mira

est de his auctorum diversitas, quam exeute non juvat. Plinius IV, 24. l. 12. cum aliis recte ejus fontes in Germaniae jugis montis Abnobae ex adverso Rauraci Galliae oppidi multis ultra Alpes millibus ponit. immanis] Codd. aliq. inserunt spatia, quod et textu recepit Titzius; sed rectius glossema habetur et expungitur. Indicatur h. longus immanisque tractus, quem Danubius decurrit et in quo plurimas gentes vel dirimit vel permeat, veluti Germaniam, Raetiam, Vindeliciam, Noricum, Pannoniam, Dalmatiam. Danubius] Antiquius nomen fuit Marisc. Prima Danubii mentio occurrit ap. Jul. Caes. d. B. G. 6, 6. Nomen derivent e lingua Celtica, ut sit duo fluvii, qui sunt Brig et Breg prope Donaufchingen, ubi h. nomen frequentare incipiunt. fit] i. e. dicitur. Ister] Gr. Ἴστρος. Latini c. adspiratione Ijster. Dubitatur est, quo potissimum loco Danubius hoc nomen adsumat, et vasa discrepant scriptores. Quisdam censent, Germaniae tribuendum esse Danubium, exteris regionibus Istrum, sed ipse Mela infr. c. 5, 5. ad fontes ejus eum Istrum vocat. Hoc certum est, Danubium superiora, et Istrum inferiora vocari, et eum a Graecis frequentius Istrum, a Latinis Danubium dici: hinc audit binominis, v. c. ap. Ovid. ex Pont. I, l. 11. aliquot] immo multis, nam Plin. IV, 24. d. 12. sexaginta, re-

jam, et eorum, qui in Nostrum mare decidunt, tantum Nilo minor, totidem, quot ille, ostiis, sed tribus tenuibus, reliquis navigabilibus, effluit. Ingenia cultusque gentium differunt. Effedones funera parentum laeti et victimis ac festo coitu familiarium celebrant. Corpora ipsa laniata, et caesis pecorum visceribus immista, epulando consumunt. Capita, ubi fabre expolivere, auro vincta pro poculis gerunt. Haec sunt apud eos ipsos pietatis ultima officia. Agathyrsi ora artusque pingunt: ut quique majoribus praestant, ita magis, vel minus: ceterum iisdem omnes notis, et sic ut abluui nequeant. Sataarchae, auri argentique, maximarum pestium, ignari, vice rerum commercia exercent, atque ob saeva hiemis admodum adlidae, demersis in humum sedibus, specus aut subfossa habitant, totum bracati

centiores scriptores sexaginta et novem numerant. *nostrum*] igitur Pontus parte interni maris habetur. Maximum esse Nilum eiusque proximum Danubium, e Salustio refert etiam Gellius N. A. X, 7. in. cf. supr. I, 9, 1. *totidem*] igitur septem, at alii tria, alii quinque, alii sex memorant; plerique tamen septem, inde *septemplex*, *septemgeminus*, *septenus* vocatur. Per quinque ostia hodie eam impetu proruerent narrat Büsching Geog. Vol. I. P. 2. p. 1452.

§. 9. *Effedones*] de his supra dictum est. In describendis eorum moribus Mela sua sumit ex Herod. IV, 26. *caesis*] i. e. concisis: *immista*] Herod. l. c. *ἐπιμαρτυροῦντες πάντα τὰ νεύρα. epulando*] hunc morem in Scythis Asiaticis valuisse, discimus ex Plutarch. orat. I. de fort. Alexand. p. 300. ed. Lipsi., quippe qui effecerit, ut mortuos sepelirent. *fabre*] Herod. l. c. *τὴν κεφαλὴν ψιλώσαντες καὶ ἰκκαθίζαντες. auro*] Herod. l. c. *καταχρυσούσιν.* cf. lib. IV, 65. *pro poculis*] de his nihil Herodotus, immo *ἢτε ἀγάλματι χρίονται*, nisi forte *ἀγάλμα* de poculo intelligi debet. Eundem morem Celtis tribuit Sil. Ital. XIII, 482. At

*Celtas vacui capitis circumdare gaudent Ossa, nosas, auro ac monis ea pocula servant.*

§. 10. *pingunt*] de h. more v. I, 19, 10. Quidam id fieri putant ad arcendas muscas, vel ad corpus ornandum, vel terrorem hostibus inveniendum, v. Heyne ad Virg. G. II, 115. et Boettiger im Teutsch. Merkur. 1792. P. VI, p. 140 sqq. *abluui*] alii hic de stigmatibus cogitant, est dissentit Heyne l. c. Apud Thraces τὸ ἰεῖχθαι ἐν γόνυι fuisse narrat Herod. IV, 104. *Sataarchas*] hic populus a Mela non omitti potuit, ideoque haec vera est lectio firmaturque Solino c. 20. l. 15. *Sataarchas usu auri argentique damnato in aeternum se a publica avaritia abdicarunt*, qui haec e Mela hausit. *pestium*] sic Horat. III, od. 24, 49. *summi materiam mali aurum argentumque vocat. vice rerum*] i. e. permutatione mercium. *saeva hiemis*] i. e. saevam hiemem: sic Sallust. Jug. 57, 4. *saevitia hiemis, demersis*] apte profunditatem indicat. *specus*] similes aliorum populorum, praecipue priscorum, sedes enarrat Cluver. in Sicil. ant. I, 2. p. 20. *subfossa*] i. e. antra vel natura vel labore



11 corpus, et, nisi qua videntur, etiam ora vestiti. Tauri, Iphigeniae et Orestis adventu maxime memorati, immanes sunt moribus, immanemque famam habent, solere pro victimis advenas caedere. Basilidis ab Hercule et Echidna generis principia sunt, mores regii, arma tantum sagittae. Vagi Nomades pecorum pabula sequuntur, atque ut illa durant, ita diu statam sedem agunt. Colunt Georgi exercentque agros. Axiacae, furari quid sit, ignorant: ideoque nec sua custodiunt, nec aliena contingunt. Interius habitantium ritus asperior, et incaltior regio est. Bella caedesque amant: mosque bellantibus, cruorem ejus, quem primum interemerunt, ipsis e vulneribus ebibere. Ut quisque plures interemerit, ita apud eos habetur eximium: ceteram expertem esse caedis, inter opprobria vel maximum. Ne foedera quidem incruenta sunt; sauciant se, qui pacifcuntur, exemptumque sanguinem, ubi permiscuere, degustant. Id putant manurae fidei pignus certissimum. Inter epulas, quot quisque interfecerit, referre, laetissima

humano facta. *bracati*] Impr. de omni corporis vestimento, nominatum de vestibus hisfutis et pellibus, quibus populi ad septentrionem siti involuti erant. Sic Virg. G. III, 333. *Gens affrena virum* — *paedura fulvis volatant corpora fetis*, ubi Servius *rhonotus* esse dicit, quae vox, teste Sallustio, vestem de pellibus notat. Inprimis haec facit Lucian. I, 430. *et qui te laeis imitantur, Sarmata, brasis, Vangiones.*

§. 11. *Tauri*] supr. §. 3. *Tauri* *adventu*] de Iphigenia v. Impr. Euripid. *Iphig. in Taur.* v. 28 seq. et de Oreste Impr. Ovid. *Trist.* IV, 4, 69. *caedere*] Diod. Sic. IV, 44. *ὅτιν ἄριστον τρυφῶντι καὶ τοῖς κεραιαίονας ζῖνους*, et Herod. IV, 103. praeter multitudine maxime Graecos quoscunque captivos immolasse refert, modumque simul caedendi describit. *Basilidis*] Strab. VII, p. 211. l. 306. eos inter Istrum et Borysthenem ponit: quod si verum est, sedes mutarunt; Herod. IV, 20. de iis

haec refert: *ἐυδαίαι ἄριστοι — τοῖς ἄλλοις νομιζόντες ἐυδαίαι δούλους ἐφ' ἑτέροις εἶναι*, unde liquet, quo sensu illis regii tribuantur mores. *Nomades*] Gr. *Νομάδες*, de quibus Herod. IV, 19. *οὗτε ἐπιθρονοῦς οὐδέ, οὗτε ἀγοῦρας*, idemque eos c. 56. Basilidis vicinos facit: hinc habitasse videntur, ubi hodie *Tataria minor.* *Georgi*] Herod. IV, 18. *ἐυδαίαι γαργυροί*, et c. 19. juxta Nomadas ponit et ultra Borysthenem versus orientem ad Particapen. *Axiacae*] v. §. 7. Sic ap. Scythas nullam scelus furti gravius fuisse discimus ex Justin. II, 2, 6.

§. 12. *cruorem*] idem de Odyssa narra; Ammian. XXVII, *inoruscita*] idem mos ap. Lydos Medos, Armenios et Iberas obtinuit. Mela de Scythis fuit haec sit ex Herod. IV, 70. qui refert sanguinem ex intico corpore emanantem vino admixtum et epulama intincta fuisse. cf. Lipsius ad Tacit. Annal. XII, c. 47. Conjectura Octidmaria hoc rita sancti

et frequentissima mentio: binisque poculis, qui plurimum retulere, perpotant. Is inter iocantes homines praecipuus est. Pocula, ut Etesiones parentum, ita inimicissimorum capitibus expoliunt. Apud Anthropophagos ipse etiam epul<sup>13</sup> lae visceribus humanis adparantur. Geloni hostium cutibus equos seque velant, illos reliqui corporis, se capitum. Melanchlaenis atra vestis, et ex ea nomen: Neuris statum singulis tempus est, quo, si velint, in lupos, iterumque in eos, qui fuerit, mutantur. Mars omnia Deis; et pro simulacris enses et cinctoria dedicant, hominesque pro vi-

est. v. Sallust. Cat. 22, 1. *ποπι-  
tio*] de Nigris populis idem nar-  
rat Römer in Nachrichten v.  
Guinea p. 200. *binis*] Herod. IV,  
66. *ὅσοι δὲ αὐτῶν καὶ κέρατα ποδῶν  
ἀνδρας ἀναίρηκτες ἔσσι, αὐτοὶ δὲ ἀνδρῶν  
κάλικας ἔχοντες πίνουσιν ἐμού;* qui no-  
minem interemisset, ex eo Icy-  
pho, qui die quodam festo cir-  
cumferabatur, bibere vētabatur.  
*inimicissimorum*] ex Herod. IV,  
65. *ἀπὸ τῆς κεφαλῆς οὐτὶ κῆντρον, ἀλλὰ  
τῶν ἰχθύων ποιῶντας τοιαῦτα.* Idem  
confirmant alii de Scythia, et  
idem hodie facere Nigritae et Ti-  
betani dicuntur.

§. 13. *humanis*] Herod. IV,  
107. folis Melanchlaenis τὸ ἀνδρῶν  
ποφάγειν tribuit; cum Mela con-  
sentit Plinius et Solinus. Nostri  
Anthropophagi in agri Smolen-  
scensis et Viropensis tractibus  
egisse putantur. *Geloni*] Gr. γέ-  
λωνος. A Gelono, Herculis filio,  
originem et nomen derivant, há-  
bent vagas sedes ex migrationi-  
bus ortas: habitasse videntur in  
Tataria minoris vel in Ukrania.  
*volant*] Herod. IV, 60. de Scy-  
this in univēsum: πολλοὶ ἔσσι  
ἄνδρας (ἰχθύους) ἐκδελαντες καὶ δια-  
τρίναντες ἐπὶ θύλων, ἐπ' ἵππων περιβό-  
ουσι. De Gelonis sum Mela facit  
Solinus. Habebant vero lor-  
rices plumatas, quae simul equum  
equitemque tegerent, uti Parthi,  
v. Justin. XLi, c. 2. *Melan-  
chlaenis*] Supr. I, c. 19, 14. in Asia  
commemoravit: Herod. IV, 20.

altra Basilidas ad Boream ponit  
et Scylax eos pariter Gelonis simi-  
lissimos fabit. *hominis*] ex Herod.  
IV, 107. *ἀπὸ τῆς ἀλλοτῆτος φέρουσι πέν-  
τεσι τοῖς ἑσὶ καὶ τῆς ἐκονουμένης ἔχουσι.*  
*statum*] i. e. statutum; Herod. IV,  
105. dicit ἔσσι ἐκαστοῦ ἀπὸ τῆς ἡμέ-  
ρας ἑλίγας. *in eos, qui*] est homi-  
nis periphrasis. *mutentur*] iam  
Herodotus et Plinius habuere pro-  
fabula et VV. DD. ostenderunt,  
ejus originem repetendam esse ex  
morbo et melancholiae specie,  
medicis dicta *Lupina* (λοικανδρῶ-  
ν), quae correpti per sylvas va-  
gari et lupinos ululatus edere di-  
cuntur. cf. Boettiger in Sprengel  
Gesch. d. Medicin, Beytr. Vol. I.  
P. 2. N. 1. qui hujus morbi vesti-  
gia in mythologia gr. indagavit.  
De Laplandis aliisque hodie si-  
milis adfert Iselin Geschichte d.  
Menschh. T. I. p. 167. ed. 5.  
*Mars*] Herod. IV, 59. ἀγάλματα  
καὶ θυρεοὺς καὶ νηοὺς οὐ νομίζουσι ποιεῖν  
πλὴν Ἀσσι. Hunc autem Scytharum  
Thracumque Deum maxime  
ferri constat. *cinctoria*] haec  
vox, quae h. l. in MSS. variatur,  
a quibusdam in dubium vocatur,  
quia Herod. IV, 62. κινάκων εἰδή-  
ρειον tantum habet, qui sit Mar-  
tis simulacrum; aliunde igitur  
Mela hanc vocem depromsit, et de  
zona vel omnino de vestimentis  
bellicis cogitari debet. *hominis-  
que*] centesimum quemque ex ho-  
stibus captivis immolasse tradit  
Herod. IV, 59.

14 etimris feriunt. Terrae late patent, et, ob excedentia ripas suas plerumque flumina, nusquam non ad pabula fertiles: alicubi usque eo steriles ad cetera, ut, qui habitant, lignorum egentes, ignes ossibus alant.

## C A P. II.

## T H R A C I A.

1 His Thracia proxima est, eaque a Pontici lateris fronte usque in Illyrios penitus immissa; qua latera agit, Istro pelagoque contingitur. Regio nec caelo laeta, nec solo; et, nisi qua mari propior est, infecunda, frigida, eorumque, quae feruntur, maligne admodum patiens, raro usquam pomiferam arborem, vitem frequentius tolerat: sed nec ejus quidem fructus maturat ac mitigat, nisi ubi frigora objecta frondium cultores arcuere. Viros benignius alit; non ad speciem tamen; nam et illis asper atque indecens

§. 14. ad cetera] i. q. ceterorum. ossibus] Herod. IV, 63. τῆς γῆς τῆς Σκυθικῆς αἰνῶς ἀέθλων δούρας ἕδαι οὐκ ἔστι τῆν ἕψαιεν τῶν κερῶν ἰκέρυται. Scythiam autem, praeter Hylaeam, ἀέθλων fuisse confirmat Herod. IV, 19.

## C A P. II.

§. 1. Thracia] Gr. θρᾶκη, inde gentilia θρᾶξ, θρᾶκίος et θρᾶκίος; ap. Latinos Thrax, Thracius et Thracius. Olim dicta Πίρις; nomen derivant ab ἄρις. Ipsa regio latissime patuit, et populum Herod. V, 3. πάντων ἀνθρώπων ἴδιος μέγιστον vocat et ex 22. gentibus coaluisse refert Strabo. Pertinebat a Ponto ad Aegaeum et Mela, dum ad Illyricum extendit, utramque Mysiam complectitur, quam alii distinguunt. Postae Thraciae nomen ad alias quoque terras trahunt. v. Heyne ad Virgil. Aen. XI, 659. Primi, qui hanc terram invaderent, fuere Teucri et Mysi; post Trojae excidium Graeci colonias in eam deduxerunt; libertatem ademerunt Darius et Xerxes, Persaeque expulsae

Odrysarum imperium exortum, post debilitatum a Triballis, tam Philippi et Alexandri M. armis, denique Romani cum Macedonia subegerunt et Moesiam ab ea separarunt. immissa] i. e. longe longeque protracta. Istro] hic finit a septentrione, ab ortu Pontus et Propontis, a meridie mare Aegaeum. Totum tractum Mela I, 3, 4. describit. coelo] est enim εὐχάιστος et ventorum, inprimis Boreae, οὐρανίσιον. nisi qua] ibi nempe per colonos fertilior facta est. frigida] Hoc frigus deplorat Ovidius ex Pont. IV, 7; 8. Trist. III, 10, 24., qui et vinum ibi coagulare refert. maligne] i. e. parce, tenuiter. vitem] inde Graecis ἰθύσιος vocatur, quod tamen de litorali tantum tractu intelligi debet, ubi generosissima vins, Maroneum et Biblinum, nascabantur. Sic ap. Homer. II, IX, 72. quotidie naves ex Thracia vinum ad Agamemnonem vehabant, et Thracam vinolentia satis nota est. objectu frondium] h. e. objectis frondibus, quibus frigora arceatur. species] i. e.

corporum habitus est: ceterum ad ferociam et numerum, ut multi immitesque sint, maxime ferax. Paucos amnes, qui in pelagus evadunt, verum celeberrimos, Hebrum, et Neston, et Strymona emittit. Montes interior adtollit, Haemon, et Rhodopen, et Orbelon, sacris Liberi patris, et coetu Maenadum, Orpheo primum initiante, celebratos. E quis Haemos in tantum altitudinis abit, ut Euxinum et Hadriam ex summo vertice ostendat. Una gens,

externa pulchritudo, decor. *ferociam*] ob belli studium et amorem. Uti enim Scythia, ita et Thracibus Mars colebatur. hinc Egeus Egei. in Hesiod. v. 1090. *Ἄγετ' ἠεὶ κέρειον ἦναι* vocat et ipsa terra *Mavortia* a Virg. Aen. III, 23. dicitur.

§. 2. *Hebrum*] Gr. Ἑβρος, vel Ἑβρος, sine aspiratione. Oritur e Scambro, et excipit flumina Barygum, Suemum, Agrianem, Tonum, et duobus ostiis juxta urbem Aeon in mare influit. Inclaruit, quod Orpheus a Maenadibus dilacerati caput et lyram excepisse fertur. Ovid. Met. XI, 50 sq. Virg. Georg. IV, 523 sq. Hodie vocatur *Maritza*, *Neston*] Gr. Νῆστος, alii Nesus; scriptura maxime variat. Ex Scambro eum deducunt, et Macedoniae et Thraciae terminum faciunt, Philippi nempe et Alexandri M. temporibus: excurrit in mare Aegaeum et hodie *Carafa Mestro* adpellatur. *Strymona*] Gr. Στρυμόν. Nomen accepit a Strymone, Thraciae rege. Oritur in Haemo, et, priusquam cursum dirigit, in septem lacus funditur et prope Amphipolim in mare effluit. Navigabilem antea Hercules injectis saxa vadofum reddidisse fertur ab Apollod. II, 5, 10. Nomen sunt *Strymoniae grues*, quae inde *Thraeum aves* vocantur a Iuvon. XIII, 167. Hodiernum nomen est *Strymon* vel *Stramona*. *adtollit*] i. e. habet. *Haemon*] Gr. Ἄψος. Lato extenditur per Thraciam et in

Pontum procurrit; fluvios aliquot gignit, quos nominat Herod. IV, 49. A frigore vocatur *χιονώδης*, *glacialis*. Hodie a plerisque *Gadana del Mondo*, ab aliis vero *Eminoh dag* vel *Tschongie* nominatur. *Rhodope*] Gr. Ῥοδόπη. Initium sumit a mari Hadriatico et latas Thraciae simul constituit. Plinius IV, 17. l. 10. eum cum Orbelo in Macedonia memorat, sed plerique Thraciae assignant. H. vocatur *Valiza*, *Czernaniverti*. *Orbelon*] Gr. Ὀρβελόν. Alii et hunc in Macedonia ponunt; alium cognominem montem prope Philippos fuisse ex Arrian. d. exp. Al. I, 1, 6. colligunt. Hodie vel *Karopnitzo* vel *Monte Argentario* adpellatur. *sacris*] adpellantur *ἱεῖα*, dies sacri festique Baccho, de quorum origine v. Palaeph. c. 34. *Liberi*] i. e. Bacchi, gr. Βακχίου, quem Thraeces *Sabazium* vocarunt, et *Pater* solemnium usu vocatur. cf. Intpp. ad Virg. Georg. II, 4. *Orpheus*] v. Fischer. ad Palaeph. c. 34. Inde vocatur *vates Thracicus*, *Rhodopetus*, *Odrysius*, *Bistonius*. *quos*] i. e. e quibus. *altitudinis*] cum Mela facit Polybius, sed Strab. VII. p. 216. l. 313. propter circumscriptos oculorum terminos fieri posse negat. Ita verb multorum montium exaltatam vividiam declarare solent. *Hadriam*] h. e. mare Hadriaticum, ut aliquoties, v. c. infr. c. 3, 4. 10. 15. et praeter poetas et ap. Senec. ep. 90. Graeci sic masculinum

Thracæ, habitant, aliis aliisque præditi et nominibus, & moribus. Quidam feri sunt et ad mortem paratissimi, Getae utique. Id variâ opinio perficit; alii redituras putant animas obeuntium: alii, etsi non redeant, non extinguunt tamen, sed ad beatiora transire: alii, emori quidem, sed id melius esse, quam vivere. Itaque lugentur apud quosdam puerperia, natiq[ue] desentur; funera contra festa sunt, et, veluti sacra, cantu lusuq[ue] celebrantur. Ne feminis quidem segnibus est animus. Super mortuorum virorum corpora interfici simulq[ue] sepeliri, votum eximium habent: et quia plures simul singulis nuptae sunt, cujus id sit decus, apud judicatos magno certamine adfectant. Moribus datur, estq[ue] maxime lætum, cum in hoc contenditur, vincere. Moerent aliae vocibus, et cum acerbissimis plancti-

genera efferunt, v. c. Polyb. II, 26. ostendat] inverse pro: ut prospectari possint.

§. 3. nominibus] Herod. V, 3. *ἐπιματά δὲ πολλὰ ἔχουσι κατὰ χώρας ἕκαστοι*, eosque populos magno numero recenset Plin. IV, 28. l. 11. ad mortem] Solinus c. 16. l. 10. *Thracibus barbaris inest contentas vitæ et ex quadam naturalis sapientiae disciplina concordant omnes ad voluntarium interitum*. Idem narrat de Hispanis, Germanis aliisque populis. *Getae*] Gr. *Γέται*. Vocantur ab Herod. IV, 93. *Thracum ἀνδρείοτατοι καὶ διακρίοτατοι*. alii eos Scytharum populum faciunt: cum Herodoto consentit Strabo. Ponunt eos cum Mytis ad Istri ripas, quanquam vagi cis et trans eum migrarunt, auctore Strab. VII, p. 211. l. 305. Agitur eorum sedes complexa est partem Bulgariae seu fere Sanguisatum Silistriensem. Multi eosdem esse putant, qui posthac *Gothi* dicti sunt, nec tamen, etsi alii dissentiunt. *utique*] i. e. maxime, praecipue. *extinguunt*] Hinc Herod. IV, 3. V, 4. *σοὶ ἀθανάτησσι* vocat. Hanc de immortalitate doctrinam a Zoroastri, discipulo Pythagorae. Thracas accepisse, quidam tra-

dunt. *beatiora*] explicat Herod. IV, 94. *ἴθις τὸν ἀπελλόμενον κατὰ ζάμολξιν δαίμονα*. *melius*] de Thracis, Thraciae populo, id adfirmat Herod. V, 4. *lugentur*] Herod. l. c. *τὸν γινόμενον περιζέμενοι εἰ περιζέμεντες ὀλοφύονται*, — *τὸν ἀπεγινόμενον παίζοντες τε καὶ ἔθρονον γῆ κρύπτουσι*. Idem narratur de aliis populis, v. c. de Philippinarum incolis Sprengel in *Bayr. z. Völker- u. Länderkunde T. II. p. 83.*

§. 4. *segnis*] i. e. ad mortem tardus. *interfici*] fundus huius narrationis est Herod. IV, 5, quem Melae sequitur. Idem de veterum Indorum uxoribus narrat Cicero Q. Tusc. V, 27. et de hodiernis Niebuhr Reisebesch. n. Arab. Vol. II, p. 25. Usitatius equos animalisque cum mortuo in rogam conjiciebant. *plures*] harum polygamiam adfirmat Herod. l. c., et inde vocantur *ἐπιγυναικιστῶν*. *certamine*] hinc Propert. III, 21, 19. *certamen loti moribus datur*] h. e. judicis sententiam ferant non formositatis, sed morum ratione habitis; sic vero *mores* de bonis moribus aliquoties usurpatur. v. Burmann ad Ovid. Trist. V, 6, 45. *in hoc*] i. e. propter hoc,

bas efferunt. At quibus consolari eas animus est, arma  
opesque ad rēgos deferunt; paratque (ut dicitant) cum  
fato jacētis, si detur in manus, vel pacifici, vel decernere,  
ubi nec pugnae, nec pecuniae locus sit, manent domitias  
proci. Nupturae virgines non a parentibus viris traduntur,  
sed publice aut locantur ducendae, aut veniunt. Utrum  
fiat, ex specie et moribus causa est. Probae formosaeque  
in pretio sunt: ceteras qui habeant, mercede quaeruntur.  
Vini usus quibusdam ignotus est: sputantibus tamen ubi  
super ignes, quos circumfident, quaedam semina ingesta  
sunt, similis ebrietati hilaritas ex nidore contingit. In li- 5  
toribus Istro proxima est Istropolis; deinde a Milesiis dedu-  
cta Callatis; tum Tomoe, et portus Caria, et Tirisis pro-

est. *est. tias*] i. e. ceteris, ac  
passim, v. Cicero ad Deverf. VII,  
1. Ovid. Fast. V, 10. *nam fato*  
i. d. genio, daemone mortui, si  
Aetor] i. e. si liberum sit. *manone*  
= *proci*] Pintianus et Olivarius  
h. obscura verba correxerunt:  
*maerendo manus profici*, quam  
emendationem Fitzlus L. c. p. 215.  
Et textum recepit. Nos sine Mito-  
rum auctoritate nil tentamus, esse  
ipsam orationem hujus periodi  
hincam esse non negamus. La-  
tet vitium. *dominat*] i. e. ama-  
fias, uxores. *veniunt*] consentit  
Xenoph. de Cyr. Exp. VII, 2. f.  
tibi Sentes, Thracum rex: *et tūc*  
*est in dnyāre, dnyēmal dnyāre dnyā.*  
Hodie idem de Lapponibus Fla-  
marchie, de Bucbariensibus tra-  
ditur. *semina*] videntur fuisse  
fructus quarundam arborum vel  
herbarum odoriferarum, ex quo-  
rum fultu hilaritatem et ebrie-  
tatem consequantur. v. Herod.  
I, 202. Similes potus et cibi,  
qui ebrietatem inferant, ap. re-  
centiores populos occurrunt. v.  
Pallas Reisen T. III. p. 180. 275.  
*nidor*] i. e. fultus et odor, *dnyā*  
§. 5. *Istropolis*] Gr. *Ἴστρος* et  
fia constant. *Istros* habet et  
Eutrop. VI, 10. §. 8. Incola *Ἴστριος*  
f. *Ἴστριός*. Nomen accepit a flu-  
vio, Istro, originem a Milesiis,

hinc *Ἴστριος Ἐλληνός*, olim potentis-  
sima urbs. Hodiernum nomen  
varie profertur, prout ejus situm  
constituunt. *Callatis*] ita rectius  
scribitur, quam *Calatis*. Alii He-  
racleotarum, alii Megarensium  
coloniam faciunt; cum *Mela* facit  
Plin. IV, 18. l. 11. In hō-  
dierno nomine variatur, alii *Pan-  
dalla*, alii *Kilis* adferunt. Cete-  
rum *Mela* oppidorum ordinem  
hic turbat; quae sic poni debe-  
bant: *Istropolis, Tomi, Callatis.*  
*Tomoe*] Gr. *τόμοι*, est vario ef-  
fertur. Incola *τομίτης*, *Tomita* et  
*Tomitanus*. Nomen deducunt a  
dissectione (*τομή*) Absyrti a Me-  
dex, illius sorore, facta (Ovid.  
Trist. III, 9, 6.), alii a *Tomio*,  
conditore: quod nomen Milesii  
coloni servarunt, teste Ovidio,  
cujus exilio maxime inelaruit.  
Intervallum a Callati faciunt 200  
stadia. Quod hodie nomen suc-  
cesserit, auctores discrepant. con-  
fer inpr. Sulzer in Gesch. d. Trans-  
alpinischen Daciens T. I. p. 449.,  
qui ibi ponit, ubi h. *Tulscha*;  
alii ostendunt, ubi hodie *Tomis-  
war*. A Danubio paullo remo-  
tius fuisse, ex vet. scriptt. locis  
recte colligitur, et Strabo 750. sta-  
dia i. e. 23. circiter milliaria ger-  
man. removel. *Caria*] Portus ipse  
*καρῶν λιμὴν* vocabatur, sed regie

montorium: quod praetervectos alter Ponti angulus accipit, adversus Phasiaco, et, nisi amplior foret, similis. Fuit hic Bizone; motu terrae intercidit. Est portus Crunos; urbes, Dionysopolis, Odeffos, Mesembria, Anchialos; et intimo in sinu, atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit magno, Apollonia. Recta dehinc ora, nisi quod media ferme in promontorium, quod Thyniam vocant, exit, et incurvis contra se litoribus obtenditur, urbesque sustinet Halmydeffon, et Phileas, et Phinopolim. Hacte-

circumfita Caria. *Tivisti*] Gr. Τίρστῃ ἢ Τίρστῃ ἀκρῆ, a portu Caria removetur 120. stadiis i. e. 16. M. P. Bizone] Gr. Βιζώνη, cujus fatum Strab. VII p. 220. l. 319. attingit τῆς ἀποπέδου πάλω μέρος ἐπὶ ποσειδῶν; hinc ibi alii χῆρον λέγουσιν commemorant. *Crunos* — *Dionysopolis*] haec urbs dicta est antea Χρῆρον, διὰ τὰς τῶν Ἑλληνῶν ἰθαίων ἀποπέδου, postea *Matiopolis*. (et si de hoc nomine dubitatur) et cum Bacchi statua ex mari eo adpulsa esset, *Dionysopolis*: hinc caput Bacchi numi ostendunt. Postea nomen *Crunos* mansit portui, qui h. esse videtur ad urbem *Varna*, et urbs *Dionysopolis* dicebatur, h. *Dionysopolis*. *Odeffos*] Gr. Ὀδυσσεῖς, incola Ὀδυσσεύς. Conditores fuerunt Milesii sub Assyge Mediae rege; inclaruit natalibus Heraclidis et Demetrii historicorum. Quidam *Varna* hodie esse putant. *Mesembria*] Gr. Μεσημβρία vel Μεσημβρία. Nomen alii deducunt a *Melso*, ut proprie adpellata fuerit *Mesembria*, quasi Melis urbs, nam *Bria* in lingua Thraica notat urbem; alii a *Mene* conditam. et ab initio *Menebria* vocatam esse scribunt, Megarensum coloniam facit Strab. VII. p. 221. l. 319. H. *Missaria* vocari scribit Bälching Vol. I. P. II. p. 1766. *Anchialos*] in nomine aequae ac sitae consentiunt c. Nostro auctores; Strabo tantum l. c. vocat *Anchialan*, quae fuit urbs Ciliciae. Olim ibi *Mes-*

*sa* steterat (Plin. IV, 18. l. 12.), post dicta est *Ulpia* s. *Ulpiana* a Trajano. A *Mesembria* distabat 70. stadiis, ab Apollonia 128. H. *Akela*, *Apollonia*] Gr. Ἀπολλωνία *Apollinis urbem* diferte vocat Ovid. Trist. I, 18. 35. et Strabo VII, p. 220. l. 319. templum hujus Del. in eoque statuam colosseam, Callamidis opus, memorat, quam inde ereptam Lucullus in Capitolio erexit, cum ipsam urbem evertisset, teste Eutrop. VI, 20. l. 8. Exsistunt cognomines urbes 32. vel 33., quae omnes ab Apollinis cultu nomen traxerunt. Conditores hujus faciunt Milesios. De situ ejus conveniunt aputatores, sed de sede et area ejus disputatur, quoniam alii eam in insula ponunt, alii maritimam tantum faciunt. Hodie in ruinis fere jacet et *Sizoboli* esse putatur. *Thyniam*] Gr. Θύνιαις ἀκρῆ, alii Θύνων, alii ἄκρην hujus nominis memorant. H. *Capo Thynno*. *incurvis*] sc. ita ut figura ejus concava sit, ut est sinuum et promontorium. *Halmydeffon*] alii *Salmideffon*, solenni literarum commutatione dicunt. Cum *Mela* oppidum vocat Plin. IV, 18. l. 12. et Apollod. I, 9, 21. qui ibi Phineas habitasse scribit; alii *χῆρον* vel *αἰγιάδων* dicunt. Situs ab auctoribus, inpr. poetis et mythographis, turbatur; plerique tamen in sinistra parte Ponti eam ostendunt. Hod. ibi *Stagnora*, et si Tournefort Voyage du Levant

us Pontus. Deinde est Bosphorus et Propontis: in Bosphoro, Byzantium: in Propontide, Selymbria, Perinthus, Bithynis: amnesque, qui interfluunt; Erginos et Athyras: in Rhefo regnata quondam pars Thraciae, et Bisantii Samiorum, et ingens aliquando Cypsela: post locus, quem Graeci Μακρόν τεῖχος adpellant, et in radicem magnae paene

C. II. p. 435. ibi h. Belgrade ponit ultra Mauromolo, ubi fortasse olim Phinopolis fuit. Phileas] Variè scribitur et notatur; in recentiorum tabulis hic adparet Fiea. Noster diserte urbem facit, alii χέρην vel ἀκρην. Phinopolis] eam memorant etiam Strab. VII. p. 221. f. 319. et Plinius l. c., qui Armen eam juxta Bosphorum ponit. An fuerit Phinei, Argonautas excipientis, aula, dubitatur, quia sic Iason Cyaneas praegressus fuisse neque ipsi Phinei consilium opus esset. Hinc Tournefort l. c. p. 434. Phinei aulam ad Bosporum in Europae parte ponit, ubi h. Mauromolo. Quae tamen difficultas ut removeatur, possit duplex Phinopolis consistui.

§. 6. Bosphorus] v. ad I, 19, 2. Propontis] v. ibidem §. 5. Byzantium] Olim Lygos, post Byzantium a Byza, conditora. Conditores praeterea feruntur Athenienses, Megarenses, Milesii, Spartani, qui sine dubio diversis temporibus colonos eo miserunt. Sub Severo et Antonio dicta est Antonia, sub Constantino M. Anhusa, sed deinde Constantinopolis nomine inclaruit, ita ut Nova Roma diceretur. De situ, natura, commoditate ejus plura dicit Polyb. IV, 38 sqq. Hodie ab Arabibus Costanthinah, a Turcis Ambol, a Graecis h. πάλις, alias vulgo Constantinopol vocatur. Selymbria] Etiam Selybria, et citius Selymbrianus. Conditores fuerunt Megarenses. H. Solivraa. Perinthus] Gr. Πέρινθος, unde Perinthii. Olim dicta est Mygdo-

nia, post Heraclea, quia Herculelem κρείον ejus ferunt et inde conjuncte Heraclea Perinthus ap. Ammian. XXII, 2. De ejus situ Diodor. Sic. XVI, 76. in. κείρας παρὰ Σάλακταν ἐπὶ τινος κρηπίδος ὑψηλοῦ χερσονήσου. In hoc nomine variant, alii Pantiro, alii Heraclea, quod verius videtur. Bithynis] Ignota plane urbs, neque tamen ideo necesse est, ab ordine librorum recedere, cum et urbs et flumen hoc nomine esse potuerit. Erginos — Athyras] utrumque fluvium memorat et Plin. IV, 18. f. 12. sed priorem Hellesponto facit viciniorem. Rhefo] auxilium tulit Trojanis et a Diomede occisus est, v. Homer. II. X, 394. hinc Throicius ab Ovid. Am. I, 9, 23. et Thracia a Virgil. G. IV, 462. Rhefi Mavortia tellus vocatur. regnata] Graeca h. constructione in profanis occurrit ap. Plin. VI, 25. f. 20. ap. poetas nil frequentius. Bisantii] gr. βισάντιν. Samiorum coloniam facit etiam Stephanus, et in Propontide collocat Ptolemaeus et Plinius, et Xenoph. d. Cyri Exp. VII, 2. f. κάλλιστον χερσίον τῶν ἐπὶ Σαλαττῆ vocat. H. Diodoro ad mare di. Marmora. Cypsela] alii Cypsella. Servius ad Virg. Aen. I, 317. cum Strabonis Epitomatore ad Hebrum ponit et Ptolemaeus III, 11. mediterraneis adscribit: quare hic institutum cursum deseruit Mela. In castellis recenset Liv. XXXI, 16, 5. Fuerunt quatuor ejus nominis oppida. H. quidam Ipsala vocant. Μακρόν τεῖχος] est murus ad muniendam isthmum instructus, de quo Plin. IV, 18.



7 insulae sedens Lyfimachia. Terra quae sequitur, nusquam lata, atque hic artificissima inter Hellespontum Aegaeumque procurrit. Angustias Isthmon; frontem ejus Mastusiam; totam Chersonesum adpellant: ob multa memorabilem.

§. 11. a Propontide ad Melanem suam inter duo maria porrectas murus procurrentem excludit Chersonesum. Auctorem hujus in Chersonesi isthmo munimenti Miltiadem indicat Herod. VI, 36. post etiam munierunt Pericles et Doryllidas. Alii hunc murum inter Bisanthen et Pactyam ponunt. Ceterum simili <sup>murus</sup> ~~opus~~ munimenti causa exstructa, et alibi memorantur, v. c. Megarensium ap. Thucyd. IV, 109. Argivorum ap. Diod. Sic. XI, 81. Peloponnesiorum contra Xerxem ap. eund. XI, 16. <sup>radicem</sup> v. ad II, 1, 5. Lyfimachia] Gr. Λυσιμαχία. Condita est a Lyfimachio, Thraciae rege, post annos 27. terrae mota everfa (v. Justin. XVII, 1.), sed iterum restructa. Ejus situm indicat Mela et Applan. d. hell. civ. IV, 83. eam et Cardiam portas quasi Chersonesum vocat; quae quidem opportunitas satis comprobata est in bello Antiochi. Hodie Hexamilii esse creditur.

§. 7. hic] juxta Lyfimachiam, ubi etiam Plin. IV, 18. f. 11. Isthmon ponit. Hellespontus] Gr. Ἑλλήσποντος, inde Hellesponticus, Hellesponticus, Hellespontiacus. Origo nominis in vulgus nota: hinc variae appellationes fluunt, quae in Lexicis prostant. Ab adjacentibus duabus urbibus, Abydo et Sesto, *Abydona aqua* et *Sestiaci sinus* adpellantur. Variis sumitur vel de freto inter Sestum et Abydum, vel de tota Propontide aut ejus parte intra Perinthum, vel denique de adjecta maris Aegaei parte, ut tradit Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 142. Antiquissimis temporibus pro fluvio habitum fuisse quidam conjiciunt

ex Homer. II. II. 845. Hic de freto, quod Thraciam a Troade dividit, capiendum est, idque Mela incipit prope Lyfimachiam ad Eleum, alii ad Abydum et Sestum; certe ibi angustissimum est fretum 7. Radiorum. Per Hellespontum erupisse Pontum Euxinum, vetus fama tulit. v. Strab. I, p. 34. l. 49. Varia hodie nomina gerit, in quibus *Goffo* [ *Stretto di Gallipoli et di Dardanelli*; a Turcis vocatur *Stambul Denghis Aegaeumque* ] cum ex Caria secundum litora lectorem ducens nusquam hoc maxime memorarit, etsi idem sit aequor, apparet, Melam in litore Asiae mare Aegaeum non agnovisse. Nunc primum ejus meminit, quia illud post Hellespontum per litus Europae praeter Thraciam et Macedoniam procedit. Sic unice in generali Europae descriptione supr. I, 3, §. 5. ejus mentionem facit. *angustias*] 30. vel 40. Radiorum. Plin. IV, 18. f. 11. ita: *angustias*, inquit, *unde procedit* (Peloponnesus) *Isthmos adpellatur*, *Mastusiam*] Plinius c. l. cum aliis promontorium Sigeo adversum vocat: quare etiam h. l. *frontem* de promontorio interpretari voluerunt. Sed parum recte: nam *frons* latiore tractum notat et eum quidem, quem latera regionis diversa efficiunt. Plinius igitur a Mela aliquantum hic discedit, fortassis quia vocem *frons* male cepisset de ora Hellespontii proxime ab Isthmo vel Eleuntis promontorium putasset. *totam*] nempe terram, quae inter Hellespontum et Aegaeum mare procurrit. *Chersanesum*] Gr. χερσονήσις s. χερσόνησος. Etsi plures sunt Chersonesi, ut Taurica,

Est in ea flumen Aegos, naufragio classis Atticae insignis. Est et Abydo obiacens Sestos, Leandri amore pernobilis. Est et regio, in qua Persarum exercitus divisas spatio pelagorum terras, aulis pontibus jungere. (mirum atque ingens facinus!) ex Asia in Graeciam pedes et non navigata maria transgressus est. Sunt Protefilai ossa, consecrata delubro. Est et portus Coelos, Atheniensibus et Lacedaemoniis navali acie decernentibus, Laconicae classis

Cimbrica, tamen haec absolute et simpliciter sic appellari solet, passim etiam a Thracia, vel mari vicinis notatur. H. partem satrapiae Gallipoli facit. Aegos] Graeci fere semper plurali numero Αἴγος κρημνοὶ esseant, sed Latini singulari, v. c. Coyn. Nep. VI, 1, 4. Plin. II, 59. l. 58. et alibi. Sæphianus urbem Hellesponti facit, ut alii, v. Cellar. in Geogr. ant. II, 15. l. 37. civis Αἰγιοπολίτης. Ad mare sitam fuisse docent ea, quae passim narrantur de navium transitu vel statione contra Lampiacum, uti disertè ponit Xenoph. in Hist. gr. II, 1, 20. H. Kara Qua. Sæ. naufragio] Lysander nimirum ibi classis Atticae superavit; quare hanc rectè Mela naufragium vocat; sed v. ad Nepot. Themist. 7ος 6. Σήστος.] Gr. Σήστος, utroque genere; inde Sestos; et passim Sestos vocat. Chersonesi urbem vocat Herod. IX, 143. obpositam Abydo, a qua 30. ferme stadiis distabat, teste Strab. XIII, p. 406. l. 591. nempe navigationis cursu, qui non recta procedebat; alias epica 7. stadiis. Hodie intercidit, est quidam locum Zemonio adpellant. In exitu Bospori Turci castellum aliquod vocant Αἰθιοκαλάς h. e. castellum virginiae et Europaei vulgo turrim Leandri amoris] hujus amoris, ex Musaei et Ovidii carminibus satis notum, historiam etiam numi celebrant,

regio] ad Sestum ponit Strab. XIII, p. 406. l. 591. locum nomine, Αἰθιοκαλάς, καὶ ἐν ἡλίξειν ἢ ἐχέδρα. spatio pelagorum] explicata per Hendiadyon pro spatio pelago, ut lib. III, 5. in hiemes et rigor pro rigidae hiemes. terras] Asiam et Europam. jungere] Graeci dicunt γαστροῦν, ζυγνύειν. Potest comparari rei descriptio ap. Lucret. III, 1042. mirum] extollit et Cicero de Fin. II, 34. pedes] opponitur navigatio, ut laepe, v. Drahenb. ad Liv. XXXVII, 53. 15. navigata] ita ap. Tacit. de Germ. c. 34, 2. lacus classibus navigati, et similia exempla dederunt Heinsius et Burman. ad Ovid. Fast. I, 122. transgressus est] refer ad pontes; ut ad vocem pedes. Protefilai] primus ferebatur ex iis, qui cum Agamemnone contra Trojam protecti erant, pedem in Asia posuisse, unde et etiam Alexander M. in tumulo sacrificavit. Herod. IX, 116. προειλεντιφας τε καὶ τίματος περὶ αὐτῶν, et VII, 33 l. ubi vocat ἱερῶν. Sepulcrum etiam adpellat Plin. XVI, 88. l. 44. Solinus male in Sigeo locat; Arrian. d. exp. Al. I, 11, 8. diserte in urbe Elaeunte ponit; Mela quasi in aperto campo, sine dubio in urbis vicinia. Coelos] A Plinio IV, 18. l. 11. etiam Portus Coelos memoratur, et IV, 23. l. 12. Chersonesi portus dicitur. Nomen sine dubio nactus est ex loci forma; urbem facit,

signatus excidio. Est Cynos fema, tumulus Hecubae, sive ex figura canis, in quam conversa traditur, sive ex fortuna, in quam deciderat, humili nomine accepto. Est Madytos, 8 est Eleus, quae finit Hellespontum. Aegaeum statim pelagus vaste longum litus impellit, submotasque terras hinc ad promontorium, quod Sunium vocatur, magno ambitu mollique circumagit. Ejus tractum legentibus praevectisque Mastusiam, finus intrandus est, qui alteram Chersonesi latus adluens, jugo facie vallis includitur, et ex flu-

Ptolemaeus eamque non longe a Sesto ponit. *excidio*] Proprie proelium commissum est prope Sestum (v. Iustin. V, 4, 1.); sed cum ante Alcibiadis adventum Athenienses hunc vincerent, nunc vinocerentur (Xenoph. Hist. Gr. I, 1, 5.), nec in uno semper loco pugnatum esse videtur, nihil obstat, quo minus ad Coslon portum primum victoria consecuta sit. Utrum tamen Mela hoc proelium intelligat, dubitant alii et ad pugnam navalem juxta Abydum, Thrasyllo et Thrasylulo duobus, commissam (v. Thucyd. VIII, c. 104 sq.) referunt. *signatus*] i. e. nobilitatus, illustis factus. *Cynos fema*] Gr. *κυνος σήμα*, h. e. *κύμα, κύβητος*, terra in loco sepulchri adgesta, tumulus, et sic a Strabone explicatur *Ἐκείνης τῆς φρενός* et Euripid. in Hecub. v. 1271. cum antea in canem eam conversum iri dixisset, subjicit: *κύβητος δ' ἔνεμα σὺν κελύφῃ*. Diodor. Sic. XIII, 40. vocat *ἄκρον* itemque Thucyd. VIII, 104 qui vicinam regionem *ἑστῆσαν καὶ γυναικῶν περιβόλῳ* habere dicit. *conversa*] Fabulam hanc inpr. tractarunt Euripides, Ovid. Met. XIII, 399 — 595. et Quint. Cal. XIV, 346 sqq. *fortuna*] nimirum non protervitati et impudentiae indicandae inservit, quod ex Homero constat. v. Koeppen ad Homer. T. I. p. 195. Quare Cicero Tusc. Q. III, 26. propter animi acerbitatem quandam et

rabiam id fingi scribit, Plant. in Menaechn. V, 1, 14. propter dicitatem; et Servius ad Virg. Aen. III, 6. *id ideo fingitur, quod nimis dolore inaniter Graecis conviciabatur. Madytos*] Gr. *Μαδύτος*, hinc *Μαδύτις*. Situs in quo dissentiant, adparat ex Herod. VII, 33. ubi inter Sestum et Madytum e regione Abydi *ἡρῶν ὑπερλίαν ὄρεσιν* dicit. H. Malto. *Eleus*] scribitur quoque *Elaeus* et forte utraque scriptura valet. Conditorem faciunt Phorbantem; alii eam in Hellesponto, sensu latiori, alii in Chersoneso, plerique vicinam Sesto ponunt. Protefilas sacra fuit

§. 8. *impellit*] i. e. retro agit; submovet, ut III, 8. 1. *hinc*] ab Eleunte. *Sunium*] v. ad c. 3. §. 6. *mollis*] v. I, 19, 6. Sensus est: litore paulatim se incurvante. *legentibus*] est vox nautica, ut notat Servius ad Virg. G. II, 44. et Noster saepe, v. c. I, 4, 5. II, 6, 5. *praevoctisque*] ab *praevoctis* quoque, quod non opus est, quia *prae* in compositione idem valet, quod *prae*, ut *oes* simili modo pro *ecce* reperitur; differt vero h. l. *praevoctisque* a *legentibus* sic, ut illud sit *ultra vectis*, alterum] *occiduum*. *jugo*] i. e. litoris forma declivi cursu expansi, quo fit, ut finus *vallis faciem* (de q. v. cf. II, 1, 5.), si litus respiciat, habeat, vel finus illo, veluti vallis, mon-

rio, quem accipit, Melas dictus, duas urbes amplectitur, Alopeconnesum, et in altero Isthmi litore sitam Cardiam; proxima est Aenos, ab Aenea profugo condita: circa Hebrum Cicones: trans eundem Doriscos, ubi Xerxes copias suas, quia numero non poterat, spatio mensum ferunt: deinde promontorium Serrhium, et, quo canentem Or-

phi litoris iugo incingitur. *Melas*] Gr. Μέλας, eo satis notus, quod ejus aquae, uti Lissus, a leno Xerxis exercitui non suffecerint. Melas vocatus a profunditate, quia profunda aqua nigrum colorem reddit, unde Apollon. Rhod. I, 922. μέλας βίνδα Πόντου. Hod. Golfo d'Eno. *Alopeconnesum*] Gr. Αλωπεκόννησος. Nomen ex oraculi monito impositum refert Stephanus, quod ibi vulpis catulos conspexissent advenae, tanquam signum condendae urbis. Plinius IV, 23. f. 12. in insulis numerat, nomine, ut videtur, leceptus; ceteri Chersonesi urbem faciunt. *altero*] unum nempe est ad Hellespontium, alterum in situ hoc ad mare Aegaeum. *Cardiam*] Gr. καρδία, unde καρδιανός, qualis fuit Eumenes. Non nacta est vel a corde victimae, quod sapuerat corvus, vel a Scythicae linguae vocabulo, ut narrat Stephanus. Diversi memorantur conditores. Ponunt in Chersoneso, alii propius ad Menanem sinum; eam evertit Lyfinaachus: an vero in ejus locum Lyfinachia condita sit, ut Pausan. I, 9. f. scribit, dubitatur; hii utramque distinguunt. Hodie *Cardia*, locus tenuis *Aenos*] gr. Άενος. Antiquius nomen fuit *Polybria* h. e. urbs Polytyos, qui fuit rex Thraciae sub Trojani bellinitia. Urbs fuit maritima, quam hii, ut Herod. IV, 90. ad Hebrum, alii ad Melanem sinum ponunt, portumque ei dant. Ciconum quondam regionem fuisse Polydori tumulum scribit Plin. V, 18. f. 11. H. Eno. ab Aenea]

Id facit Mela cum aliis auctoribus latinis, v. c. Aurel. Vict. de orig. G. R. c. 9. Ammian. XXII, 8. licet historia refragetur, cum Homer. Il. IV, 520. Aenum jam memoret, unde Trojanis auxilia venerant. Alii Aenum ab aliis conditam tradunt, ut Herod. VII, 58. ab Aenea autem narrant aliam urbem exstructam esse, Aeniam, Άνυσίαν, ad Chersonesum Gallenen, uti docet Dionys. Halicarn. I, 49. Utraque inde miscetur: plura v. ap. Heynium in' Exc. 3. ad Virg. Aen. III. *eximia* vocatur ob Aeneam, non per se, quare haec vox mutari non debet. *Cicones*] Gr. κίονες ex Orphei historia noti, in Thraciae populus recenset Herod. VII, 110. circa Hebrum ponit quoque Plin. IV, 18. f. 11. atque praeter alia loca, quae tenuerunt, memoratur fluvius in eorum regione, qui res in eum dejectas cortice lapide obducit v. Ovid. Metam. XV, 313. Plin. II, 106. f. 103. etsi nomen non indicent. *Doriscos*] Herod. VII, 59. dicit τειχος βασιλείου i. e. castellum, ut Livius XXXI, 16, 5. et juxta illud magnus campus memoratur, quo Xerxes copias suas mensus est, sic ut myriadem in unum locum cogeret, quem circulo circumscriptit et septo ad circuli modum cinxit, quo alias deinceps myriades metiretur: ut prolixè narrat Herod. VII, 60. Multitudinem copiarum Xerxis bene Mela expressit. Id imitatum esse Darium, auctor est Curtius III, 2, 2. *Serrhium*] gr. Σέρρειον; effertur etiam *Serrheum*. Prope Zonen ponunt Herod. VII,

9 phea secuta narrantur etiam nemora, Zone: tum Schoenos fluvius, et ripis ejus adjacens Maronia. Regio ulterior Diomedem tulit, immanibus equis mandendos solitum obiectare advenas, et iisdem ab Hercule obiectum. Turris quam Diomedis vocant, signum fabulae remanet: et urbs quam foror ejus suo nomine nominavit, Abdera; sed ea magis id memorandum habet, quod Democritum Phisicum tulit, quam quod ita condita est. Ultra Nestos fluit, in-

59. et Plin. IV, 18. l. 11. priorque vocat *ἄκρην ὀνομασίην*. Zone] gr. Ζώνη. Urbem facit Herodotus l. c. sed *τόπον ὀνομασίην* Scholiast. ad Apoll. Rhod. I, 29. quem fortasse innuit Ovid. Met. X, 86 et 843. Arbores illas Orphei ibidem ostendunt quoque alii: de fabula v. Fischer. ad Palaeph. c. 34. Schoenos] hic fluvius in hac regione ignoratur; quare haec vox vario tentata est, cui tamen adhaerere praestat, quam incertis pedibus vagari. Maronia] gr. Μαρόνια: gentile Μαρόνιαις, Maronites. Prius dicta est, referente Plinio IV, 18. l. 11. Orthagoria, ab Orthagora, Bacchi comite. Ipse Bacchus, qui in numis ostenditur, audit Maroneus ap. Tibull. IV, 1, 57. Nomen Maronias assumptum Marone conditore, (Diod. Sic. I, 20.) de cujus aetate dissentiunt auctores. Praedicatur vini cultura, quam is exercuit, unde fit, ut *Μάρων* in gr. passim de egregio vino, proprie de Maroneo vino dicatur. Notum est ex Homer. Odyss. IX, 198. Mansit urbis nomen posteriori aetate et hodie putatur Marogna.

§. 9. ulterior] a Geographis vocatur *Bistonis*, quia Diomedes Bistonum rex fuit. equis] inde *ἄνδροπάγοι*, *ἄνδροβόροι*, *ἑνεκτόνοι* vocantur. cf. Ovid. Met. IX, 104. et Fischer. ad Palaeph. c. 4. Originem fabulae derivant ex loci ingenio: nam juxta Abdera et limitem, qui Diomedis vocatur, equi passim inflammantur rabię, ref.

Plin. XXV, 48. l. 8. obiectum consentit Diodor. Sic. IV, 15. alii Diomedem ab Hercule occisum et equos abactos esse narrant Turris] Solinus c. 16. l. 10. *Tyrida oppidum fuit, equorum Diomedis stabulum. Sed coeque avo solamque turris vestigium adhuc durat.* Mansit memoria rei posteriori aetate in loco *Stabulum Diomedis* ap. Antonia. in Itiner. p. 331. Abdera] gr. Ἄβδηρα: Latini minimum faciunt (hinc *Abderas* Plin. XXV, 42. l. 8.), uti consuescunt in *Patara*, *Magara*; incola Ἄβδηρις. De conditore consentiunt c. Nostro Solinus et Martianus; plerique ab Hercule in memoriam Abderi, comitis ab equis Diomedis dilaniati; conditam esse ferunt. Veriora tradit Herod. I, 168. quo auctore fundamenta jecit Timeus Clazomenius, Teji ex patria pulsi opus perfecerunt, locumque tenuerunt. Sub Romanis fuit civitas libera. Abderitae stultitiae accusabantur et ridebantur, ut fecit Cicer. Attic. IV, 16. Hodie putatur *Polyssila*. Democritum] Diogen. Laert. IX, 7. quosdam scribit fecisse Milesium; vocabatur *ἄστυς*, quia omnes ridebat et sanire dicebat. Inclauerunt in ro Abderitae Protagoras, Nicetas, heroicorum carminum scriptor, Anaxarchus, philosophus. Hecataeus, historicus; quare nomen est, cur Juvenal. X, 50. *Abdera vervecum patriam* appellat. cum item cives muscae et po-

terque eum et Strymona urbes sunt Philippi, Apollonia, Amphipolis: inter Strymona et Athon, turris Calarnaea, et portus Κάρου λιμνη, urbs Acanthos et Echymnia: inter Athon et Pallenen, Cleona et Olynthos. Strymon (sicut diximus) amnis est, longeque ortus et tenuis, alienis subinde aquis fit amplior, et, ubi non longe a mari lacum fecit, majore, quam venerat, alveo etumpit. Athos mons 10

caes studuerint. *Philippi*] gr. *φιλιπποι*, unde *φιλίππειος*, lat. *Philippensis*. In conditore Philippo omnes consentiunt. Mela cum antiquioribus urbem in Thracia ponit, posteriores in Macedonia, cui post ea Thraciae pars adjecta est. Liv. XLV, 29, 5. Inclaruit Caesaris et Augusti victoris: quarum vestigia hodie num in magna tumulorum copia luperselle testantur itineraria. Optime ejus situm descripsit Apptan. de B. C. IV, 105. Memorantur ibi aurifodinae. Urbis nomen seriori aetate mansit et h. *Filibah* dicitur. Lucas voyage dans la Grèce T. I. p. 256. magna aedificiorum rudera ibi esse et h. *Philippigi* vocari narrat. *Apollonia*] gr. *Ἀπολλωνία*, unde *Ἀπολλωνιάτης*, lat. *Apolloniatae*. De cognominibus urbibus v. §. 5. Nostrae situs impeditus est: eam memorat Plin. IV, 18. [1. 11. et eadem esse videtur, quam ab Amphipoli diei unius itinere distare dicit Livius XLV, 2, 28, 9. *Amphipolis*] gr. *Ἀμφίπολις*, unde *Ἀμφίπολιτης*. Plura antiquitus gessit nomina. Amphipoliam nominavit Aghon, qui eo coloniam Atticam deduxit, et Thucydidēs IV, 102. nominis causam ab Strymone fluvio atrimque circumfluente derivat. Urbs habuit monumenta in Agnois honorem: at cum Brasidas Spartanus in bello Peloponnesiaco eam cepisset, tantum sibi conciliavit civium amorem, ut, dejectis Agnois monumentis, vivus et mortuus tanquam heros

coleretur, adeoque novus conditor haberetur. A Thucyd. I, 100. tribuitur Edonis, Thraciae populo, et post Persea debellatum fuit caput Macedoniae. Hodiernum nomen est *Iamboli*. *turris Calarnaea*, et portus *Κάρου λιμνη*] Verba corrupta. Schottus Pintiani monita secutus h. l. sic reflexit: *Athon*, *Stagiros*, *clara alumno*, quia haec urbs, Aristotelis patria, requiratur; possit et legi *turris Stagirena*, nexu serente nec longius aberrante a Codd. vocabulo. In vitis tamen libris nil obrudi debet Melae. Acquiensendum in obscura vulgata lectione. In [sq. dedit Gronovius *portus Κάρου*, *Eyon-urbs*, *Acanthos* etc. refragantibus libris, nec *portus* ejici debet, cum Mela latinis graeca subijcere solet, ut I, 18, 3. II, 1, 3. III, 8, 1. *Acanthus*] gr. *Ἀκανθος*, et *Ἀκανθίων πόλις*. Andriorum coloniam faciunt et nomen derivant a spinis, quibus circumseptae fuerit. Omnes prope Atho montem ponunt, etsi in ipso loco variant, in quo Herod. VI, 44. sequi convenit. *Echymnia*] haec urbs nusquam memoratur; quare varie h. vox tentatur. *Cleona*] gr. *Κλεοναί*. Vocat eam *πόλιν ἑλληνίδα* Scylax, quippe quam considerant Chalcidenses *οἱ ἐν τῷ Ἄθῳ* ex Elymnio migrantes. Non debet confundi cum oppido cognomini inter Corinthum et Argos. *Olynthos*] gr. *Ὀλυνθος*. Conditorem faciunt Strymonem, regem Thraciae; nomen ab ejus filio impostum.

est adeo elatus, ut credatur altius etiam, quam unde imbres cadunt, surgere. Capit opinio fidem; quia de aris, quas in vertice sustinet, non abluitur cinis, sed, quo relinquitur aggere, manet. Ceterum non promontorio, ut alii, verum totus exstat et toto longe dorso procedit in pelagus. Qua continenti adhaeret, a Xerxe in Graios tendente perfoffus transjugatusque est, et factus freto naviga-

Chalcidenses eam obtinuerant eo tempore, quo Mardonius vel Artabazus eam expugnaverat. Cum vero Herod. VII, 122. eam in Sithonia ponit, prisca respicit tempora, ubi haec regio urbes complectebatur ad sinum Thermaicum et Tronaeum. Stephanus tamen Thraciae urbem eam agnoscit juxta Sithoniam Macedoniae, ubi etiam Plin. IV, 18. f. 11. aliique ostendunt. Antequam a Phisippo everteretur, dignitate et opulentia valuit. Navale habuit Mecybernam in sinu Tronaeo. Posteriores scriptores eam plane ignorant. *dicimus*] §. 2.

§. 10. *Athos*] gr. Ἄθως, ut Latini. *Atho* occurrit ap. Liv. XLIV, 11, §. 3. in accusativo variant τῶν Ἄθων et Ἄθων. Alii cum *Mela* Thraciae adsignant, alii Macedoniae: proprie situs erat in regione *Acte*, v. Thucyd. IV, 109. Descripsit eum Herodot. VII, 22. et inter recentiores nuper L. Chevalier in d. Beschreib. v. Trojs p. 231 lqq. Excurrit a planitie in mare 75. M. P. ambitus radicis colligit 150,000. v. Plin. IV, 17. f. 10. Sustinebat aliquot urbes, quas commemorat Herodotus l. c. Hodie incolitur a monachis graecis, qui vocant ἄγιον ἕρος, etia, ut Lucas l. c. T. I. p. 264. observavit, non tam *Athos*, quam totum illud jugum montium, longum 7—8 mill., latum 3—4., cui adnexus est *Athos*, sic vocatur: hinc Italis *Monte Sanso*, Turcis *Ajanoros*, Keschisch *Dhargi*, vel *Manfir*. *elatus*] altitu-

dis indicia: petunt primum ex maturo solis conspectu, nam, qui in cacumine ejus habitent, orientem solem tribus horis prius videre, quam in litore adpareat, refert Strabo. Deinde ex umbra, quam projici dicunt ad Lemnum usque insulam. cf. Apollon. Rhod. I, 604. Stat. Theb. V, 54. v. Kaestner ad Le Chevalier l. c. p. 227—48. Hinc Graecis dicitur ἕρος αἰώτατον, ψυλλότατον, περιφανέστατον *imbres*] ut fieri solet in omnibus montibus, quorum vertices vel supra nubes sunt vel saltem in summitate earum. *aris*] cogita de aris Iovi consecratis, quae in omnibus fere altioribus montibus dedicabantur. *aggere*] de acervo favillae usurpavit Lucan. V, 524. *ut alii*] Sensus est: *Athos* non promontorio aliquo exit in pelagus, sed totus et undique aequali gradu modoque exit, cum sit proprie paene insula. *dorso*] intellige de lateribus et dorso, quod continenti adhaeret, primis utrimque partibus. cf. I, 9, 1. *procedit*] idem est, quod infra de Pallene: *tota in altum abit*, quare in eo eam et *Atho* comparat Livius XLIV, 11. in. Hinc et *totus exstat* in *Mela* intelligitur. *perfoffus*] Res satis nota et historica, poetis, oratoribus decantata. Ipsum perfoffendi laborem descripsit Herod. VII, 21. Fossae initium erat circa urbem Sanam vel Acanthum, vel Singum: nam terminos varis constituunt. Sed an vere acta fuerit haec fossa, dubitavit jam

bili pervius. Ima ejus tenent parvae Pelasgorum coloniae. In summo fuit oppidum Acroathon, in quo (ut ferunt) dimidio longior, quam in aliis terris, aetas habitantium erat. Pallene, soli tam patentis, ut quinque urbium fedes 11 fit atque ager, tota in altum abit, angusta satis, unde incipit. Ibi est Potidaea: at ubi laxius patet, Mende Scione-

Juvenal. X, 174. et nostra aetate Belon in Observat. I, 35. p. 53. qui, etsi curiosè illa loca perlustravit, nullum tamen ejus vestigium invenit: quare obstructam eam putat, cum Aelianus H. Anim. XIII, 20. sua aetate indicia existisse adfirmet. *transjugatus*] Quia haec vox est *Ἰναξ Ἀστυπύριον*, correxerunt *transnavigatus*, quod ob seq. *navigabili* offendit. *Transjugare* est nova quidem vox, neque tamen abhorrens a simili compositionis forma, et notat jugum montis *superare*, *trans*, *per juga vehere*, et perspicuitatis causa addit Mela *navigabili freto*. Nil igitur mutandum est. *Ima*] differunt in his Herod. VII, 22. et Thucyd. IV, 109. qui posterior addit, habitari a multis barbarorum bilinguorum gentibus. *Acroathon*] Variè in Graecis effertur. Plinius IV, 17. 10. item in montis cacumine collocat. *Fuit*, quod additur, indicat interitum. *dimidio*] invaluerat olim opinio, homines in Atho monte longius vivere quam alios alibi, quod discitur a dicto Platonis ap. Aelianum V. I. 9. 10. Plin. VII, 2. Macrobius vocat, qui Athon incolant. §. 11. *Pallena*] gr. *Παλλήνη*, magna tamen scripturae varietas; incola usitatus vocatur *Παλλήνιος*. Mela hic de Chersoneso loquitur, cujus antiquius nomen *Megara* fuit, auctore Herod. VII, 23. Hoc nomen derivant a pugna eorum contra gigantes fulmine telis confectos: quae *γυγαντοκτονία* ad terrae motus et incendia subterranea spectat, quare nomen

ad alia loca caecis ignibus exusta translatum est, veluti ad Cumas Italiae. v. Heyne ad Apollod. p. m. 70. Posterior nomen accepit a *Pallene*, Sithonis filia. Situm ejus luculenter descripsit et, quatenus excurret, cum Atho monte comparavit Livius XLIV, 11. in. Alii ponunt in Thracia, alii in Macedonia, quod quidem rectius fieri judicant. Mire utrumque miscet Mela, quia hic Pallenen commemorat, ejus promontoria et alias urbes post in Macedonia. Hodie in eo tractu reperitur, ubi est *Ajomama*. *quinque*] c. Nostro urbium nominibus non convenit Herod. VII, 123. itemque Strabo, *abit*] sic III, 1, 6. *Lusitania*— *ingenti impetu in altum abit*; alias *prominare*, *procurrere*, *accurrere*, *angusto*] intelligit isthmum, quem muro munierat incolae veteres, ut aditus in chersonesum praefrueretur. *Potidaea*] gr. *Ποτιδαία*. Corinthiorum et postea Atheniensium colonia faciunt. Eandem ab Atheniensibus in bello Peloponnesi. et a Philippo disutam restituit Cassander, unde, abolito veteri nomine, dicta est *Cassandria*, ut tradit Pausan. V, 23. 2. Dubitationem movet Mela, qui post c. 5. 1. *Cassandriam* memorat. At vel hic insiguitur, ut situs docet, erravit vel depravatus est. Quem enim alii Potidaeae situm adsignant, eundem alii dant Cassandriae; neque tamen, si Diodor. Sic. XIX, 52. audiamus, plane eadem fuisse videtur. Cassander nempe ex Chersonesi urbibus, in quibus Potidaea est, novòs incolae in suam



que referendae; illa ab Eretriis, haec ab Achivis, capto illo remeantibus, posita.

## C A P. III.

*Macedonia, Graecia, Peloponnesus; Epirus et Illyricum.*

Tum Macedonum populi quot urbes habitant, quarum Pelle est maxime illustris. Alumni efficiunt, Philip-

urbem coegit, ita ut Cassandria prae ceteris invaleret. Potidaea igitur videtur intercidisse incrementis illi novae urbi parandis, et Cassandria in ejus locum et nomen successisse. *Mende*] varie terminatur. Nomen a Mende muliere petit Stephanus. Eretrienſium coloniam c. Mela facit Thucyd. IV, 123. in Thracia alii ponunt. Inclaruit οἶκος Μενδαίας. *Scione*] gr. Σκιώνη et Σκιωνίων πόλις. In Thracia item ponit Stephanus. *Achivis*] Stephanus h. v. narrat, Trojanas mulieres captivas ibi naves incendisse, ne Graecis, qui, suct. Thucyd. IV, 120, ex Peloponneso oriundi fuerunt et Pellenenses, ad ancillarum conditionem deportarentur, unde Graeci, manera coacti, hanc urbem condiderint. *posta*] *ponere* pro aedificare: sic Virgil. Aen. VIII, 53. ibiq. Intpp.

## C A P. III.

§. 1. *Macedonum*] regio *Μακεδονία*, incolae *Μακεδόνες*. Olim dicta est *Emathia*; nomen serius derivatum a Macedonia. Termini ejus vario tempore varii fuerunt, inpr. ap. Romanos, qui, quodcumque sub imperio Praefulsis Macedoniae fuit, comprehendebant Macedoniae nomine, v. c. Epirum, Thessaliam, Noster terminat eam Epiro, Magnesia, Thessalia, Moesia et Strymone amne versus Thraciam, ubi maxima esse solet finium commissio. Invaluit maxime divisio in 4 partes a Roma-

nis facta. (v. Liv. XLV, 29.) Noster vagatur et loca ejusdem regionis male disjicit: ducit terminos a flexu Mecybernaeo (s. finu Toronaico ad Graeciam et Thessaliam, separatque ab Epiro. Hodie ubi *Μακδονία* s. *Φύλας Vilejeti* regio. *populi*] Plin. IV, 17. l. 10. Macedoniae 150 populorum fuisse adfirmat. *quot*] Haec vox locum difficilem reddit et vitio aperto laborat: Emendari posset *aliquot*, ita ut ali forsruptum esset a praecedente — nisi sic ad exilem nimis numerum urbes Macedoniae redigerentur. Possit et conjicere *quatuor*, ut attingere videatur divisionem in 4 partes a Livio commemoratam. Possit et *quot* commode abesse. Nihil certi definiti potest. *Pelle*] gr. πέλλα, et *Pella* sp. alios scriptores: sic in Mela quoque scribendum est. Civis *Πελλας* lat. *Pellaeus*. Olim *Βουβωνία* fuit nomen, quod numi adpositis verbis pastis firmant. Pellae nomen tulit a Pella conditore. Liv. XLIV, 46. descripsit ejus *ἀρούρα* qui erat in tumulo cingentibus paludibus altis. Ptolem. III, 1. in mediterraneis ponit: Mela, videtur, in litore. Inclaruit Philippi et Alexandri natalibus hinc a Xenoph. H. Gr. V, 2, 11. *μεγίστη τῶν ἐν Μακεδονίᾳ πόλεων* vocatur. Defecit post a pristina dignitate et opulencia, unde Plin. II, 17. l. 10. *colonia* adpellatur a Philippo Caesare constitata et veteris ab Augusto frequentata. In re

pus Graeciae domitor, Alexander etiam Asiae. In litore flexus Mecybernaeus, inter promontoria Derriu, et Canastraeum, et portum, qui *Κωφός* dicitur: urbes Toronen et Miscellam, atque, unde ipsi nomen est, Mecybernam incingit. Canastraeo promontorio Sane proxima est. Mecybernaeus autem in medio, qua terra dat gremium, modice in litora ingreditur. Ceterum longis in altum immisissis lateribus, ingens inde Thermaicus sinus est: In eum Axius per Macedonas, et jam per Thessalos Peneus ex-

nas corrui ita, ut Chrysofomus de ea praedicet: *εἰ τις διέχοιτο Πέλαγον, οὐδὲ σημεῖον ὄψεται πόλεως οὐδέν.* H. ibi esse videtur *Ionitza*, et si alii aliter statuunt. *alumni*] id praeter alios testatur etiam Strab. XVI. p. 517. l. 752. *flexus Mecybernaeus*] *Flexus*, non *sinus*, quia non tantopere ingreditur in terras, ut hoc nomen mereatur: et si Plinius l. c. *sinum* dicit. Adpellatur quoque *Toronaeus* ab urbe *Torono*. *Derrin*] gr. *Δέρρις*, quare et *Derrhis* scribi possit. Quidam hodie esse volunt *Castellampio*. *Canastraeum*] gr. *Καναστραίου κρον*, et *Καναστράϊν ἄκρη*, ut Apoll. Rh. I. 599. Proprieditum esse videtur *Canastram*. Alii Thraciae promontorium habent. Quantum vero Mela hic regiones disjiciat, qui supra Pallenen Thraciae, promontorium ejus Macedoniae tribuat, facile adparet. *Κωφός*] Straboni in Epit. p. 107. Hudl. ad *Derrin* et *Canastrum* promontoria *κωφός λιμὴν* commemoratur. *Toronen*] gr. *Τορώνη*, nomen ducunt a *Torone*, Protei, vel Neptuni et Phoenicis filia. Portum illi tribuit *Scylax*; notior fuit sinu, qui inde *τορωναῖος* vel *τορωναϊκός* vocabatur, antea Mecybernaeus, dum Mecyberna stabat, et a Canastraeo ad *Derrin* pertinebat. *Miscellam*] Vox corrupta, in qua urbis ignotae nomen latet. *Mecybernam*] gr. *Μεκυβερνα*. Ditioni suae eam subjecerunt Olynthii, expugnavit Phi-

lippus; post intercidit, hinc Ptolemaeo et Plinio ignoratur. Prope Olynthum ponit Herod. VII. 122. a qua aberat 20 stadiis. *Sane*] gr. *Σάνη*, civis *Σαναῖος*. Andriorum coloniam faciunt; situm ejus constituunt ad *Aiho* montem, ubi ad continentem definit, ut Herod. VII. 22. simulque fossam *Xerxis* prope actam fuisse scribit. *modice*] i. e. non vehementer excavat. *lateribus*] i. e. promontoriis vel cornibus, quae sinum ab utroque latere continent. *Thermaicus*] gr. plerumque *εσκαμαῖος*, et sic quoque Tacit. Annal. V. 10. Nomen haud dubie traxit ab adsita urbe *Therme*, quam postea *Thessalonicon* vocatam esse multi scribunt. Hodie *de Golfo di Salonicchi*. *Axius*] gr. *Ἄξιός*, jam Homero Il. II. 849. notus. Oriebatur in *Paeonibus*, dirimebat *Mygdoniam* a *Bottiaeide*, adsumtoque *Erigone* fluvio, inter *Chalestram* et *Thermen* in mare excurrerat. *Homerus* l. c. et XXI. 157. eum *εὐρὸ βίαντα* dicit, *Plinius*que XXXI. 10. l. 2. ejus aquis vim tribuit, ut pecudes nigras aut fuscas faciat. Hodie vocatur *Vardar* oriturque in *Scardis* montibus. cf. *Büsching* Vol. I. T. II. p. m. 1780. *Peneus*] gr. *Πηνειός*. Nomen antiquius *Araxoon* fuisse refert *Strab.* XI. p. 365. l. 531. quia *Ossam* ab *Olympo* abrupert. Utrumque montem ferunt conjunctum olim fuisse, *Thessaliam*que interclusam et *Asguan-*

currit. Ante Axium Thessalonice est: inter utrumque Cassandria, Cydna, Aloros, Icaris: a Peneo ad Sepiada, Gyrtona, Meliboea, Castanaea, pares ad famam, nisi

tibus paludibus obrutam, donec Peneo factus esset exitus vel a Neptuno, vel ab Hercule, qui et Abyla et Calpe montibus diremitis Oceanum per Gaditanum fretum admiserit. Rectius id terrae motui tribuunt, ut ipse Herodotus. Fontes habuit in Pindo monte, ejusque cursum describit Strabo IX. p. 301. f. 438. per Tempe fluebat, plurimos Thessaliae fluvios excipiebat et in mare excurrit, Macedoniam et Magnesium terminans. H. *Salampria. Thessalonice*] gr. Θεσσαλονίκη, civis Θεσσαλονικεύς. Olim dicta esse fertur Ἀλία, vel *Thermo*, et si Plin. IV, 17. f. 10. hanc a Thessalonice distinguat. Auctorem urbis et novi nominis plerique faciunt Cassandrum, duplicemque nominis causam adfert Stephanus, vel quod Philippus ibi Thessalos vicerit, vel a nutrice filii *Nico*, quae genus a Philippo ducebat. Strabonis aetate frequens fuit civibus. Nobis inclaruit Pauli Apostoli epistola. H. *Salonichi* f. *Salonik*, quae et nunc viget et multa antiquitatis vestigia et rudera servat. *Cassandria*] Quia sic Potidaeam a Cassandro dictam esse multi narrant, cujus mentionem Noster in fine Thraciae supra fecit, aut alia urbs ejusdem nominis hic adsumenda est, aut Melam lapsum esse statuendum. Pintianus *Chalastram* correxit, quae in media Macedonia inter Peneum et Axium sita fuit. *Cydna*] gr. Κύδνα. Strabo eam vocat Πισυκίην πόλιν et prope fluvium Aliacmonem ponit Plin. IV, 17. f. 10. Postea dicta est *Citrum* et h. *Citron*. *Aloros*] gr. Ἄλωρος. Stephanus ponit in intimo sinus Thermaei recessu. *Icaris*]

Urbs plane ignota. Alii libri *Sycharis*, ubi fortasse *Sycariam* latet, cujus mentio occurrit ap. Polybium XXVII, 8. et Liv. XLII, 54. Sed eam Livius post Peneum sub radicibus Ossae versus meridiem juxta Thessaliae campos locat, ex quo ordinem a Mela valde turbatum esse liqueret. Verum igitur nomen dubium manet. *Sepiada*] gr. Σεπιάς. Noster infra promontorium vocat, et sic alii ἄκραν vel ἀκρωτήριον; ejus situs varie constituitur. Innotuit clade classis Persicae. v. Herod. VII, 183. Hodie adpellatur et persico nomine et *le cap de Monastier et capo Verlichi. Gyrtona*] Sic ex ingenti lectionum farragine excelsit Pintianus: ingeniosa quidem conjectura, at ab hoc loco nimis aliena. Verum nomen adhuc latet. *Meliboea*] gr. Μελιβοία. Condidit eam Magnes eliqu' ab uxore nomen imposuit. Situm plures a variis partibus indicant, contra atque alii omnes Mela in Macedonia ponit, quam late extendit. Ptolemaeus et posteriores eam ignorant, ex quo intercidisse videtur. *Purpura Meliboea*, quae in Virgil. Aen. V, 251. celebratur, ab insula cognomini in Orontis ostio sita derivari solet. *Castanaea*] gr. Καστανία, unde *Casshanaea* scribitur. Situm indicat Herod. VII, 183. ad Pelion et Sepiada. Latius et hanc Mela tribuit Macedoniae, alii Magnesiae. Sec. Schol. ad Nicandri Alexiph. v. 271. ibi proueniunt τὰ κασάνια ἢ τὰ κασάνια ἢ τὰ κασάνια ἢ τὰ κασάνια. In vicino litore memoratur clades Persicae classis a Strab. IX, p. 305. f. 443. *ad famam*] i. e. quod ad famam; sic II, 1. f. *terras ad pabula fertiles*: cf. c. 2. §. 1.

quod Philoctetes alumnus Meliboeam illuminat. Terrae 2  
interiores claris locorum nominibus insignes, paene nihil  
ignobile ferunt. Hinc non longe est Olympus, Pelion,  
Ossa, montes gigantum fabula belloque memorati: hic  
Mufarum parens domusque Pieria: hic novissime calcatum

*alumnus*] i. q. civis. *illuminat*] Philoctetes notus ex Homero et imprimis, quod ab Hercule, cujus comes fuit, sagittas Trojae fatales acceperat: hinc ap. Lucan. VI, 354. *Herculeis fortis Meliboea sagittis*, et ipse *dux Meliboeus* vocatur a Virgil. Aen. III, 401.

§. 2. *interiores*] a mari remotae. Mela locorum celebritate motus a maritimis digressus totam obiter Graeciam pervagatur. *non longe*] parum recte, cum Olympus et ceteri mars adtingant. *Olympus*] Alii cum Nostro Macedoniae, alii Thessaliae adscribunt, cujus variationis causam adfert Pausan. VI, 5, 3. *τούτου τού ὄρους ἡ μὲν εἰς Μακεδονίαν πλευρά, ἡ δ' ἐπὶ Θεσσαλοῦς τέτραπται*. Ejus excellentiam plures variis modis exprimunt: hinc Deorum, Iovis maxime, sedes esse fingitur. Inclaudit porro fabuloso Gigantum bello, quod sine dubio terrae motum spectat, quo perrupit ejus et Ossae radices Peneus. Ceterum plures ejusdem nominis montes ab auctoribus commemorantur. v. Oberlin. ad Vibium p. 345 sqq. Hodie a Turcis vocatur *Kirschsche Dagui* i. e. mons monachorum, quorum in eo est coenobium; sec. Büsching. Vol. I. P. 2. p. 1791. nomen gerit *Lacha*. *Pelion*] passim et *Pelios*, ut Ovid. Fast. V, 381. Omnes ponunt in Thessalia, et decem stadiorum altitudinem ejus esse referunt. Innotuit item Gigantum fabula et Chironis sede, ubi *Chironiam antrum* fuit; postea Centauri a Lapithis victi ea loca, in his Pelion occuparunt, ibique quoque *Argo*

navis fabricata est, quae inde *Πηλιδὸς Ἀργὴ* ap. Apoll. Rh. I, 386. et *Peliaca carina* ap. Valer. Flacc. VIII, 417. Alia de hoc monte v. ap. Intpp. ad Vibium p. 356. Hodie *Petras* vocatur. *Ossa*] Thessaliae montem fere omnes faciunt; ejus situm indicat Schol. ad Apollon. Rh. I, 598. *πρὸς τῷ τέλει τῆς Θεσσαλίας, μὲν δ' ἀδιόχεται ἡ Μακεδονία*. Gigantum fabula et hic innotuit. Hodie ab aliis vocatur *Olira*, ab aliis *Cassivo*. *fabula belloque*] potest vel per *ἴν δὲ δυοῖν* pro *fabuloso bello*, vel ex luxulentiori Melae declaratione explicari. *parens*] simili ratione gr. *μήτηρ*, lat. *mater*, *genitrix* usurpatur. *Pieria*] gr. *Πυρία*. Variè scribitur. In Plinio IV, 15. s. 8. occurrit *Pieris*, ut *Laconis* et *hymilia*. Fuit regio Macedoniae ad sinum Thermaicum, quam Strabo ab Haliaemone fl. ad Axium extendit. cf. Livius XLIV, 9, 10. Nomen ducunt alii a Piero, Mufarum parente (Pausan. IX, 29.), alii a Piero, heroe, alii a Piero, Lini patre. *Ἄλλως Μουσῶν* memoratur hic a Pausania et Plinio IV, 12. s. 7. An vero ab hoc monte Mufae *Pierides* vel *Pieriae* adpellatae fuerint, disputatur. *calcatum*] Mela innuit fabulam de Hercule in Oeta concremato et hinc inter deos, exuta mortalitate, relato: quam fabulam Sophocles in Trachiniis et Seneca in Hercule Oetaeo pertractarunt aliique adigerunt. A rogo, in quo arsit, Graecis *καρὰ*, idem nomen montis *caecumini* adhaesit, ut ex Livio XXXVI, 30, 3. adparet. *Fabulam a montis incendio repetit*

3 Grajo Herculi solum, saltus Oetaeus: hic sacro nemore nobilia Tempe: hic Libethra, carminum fontes. [Objacet] tum jam vaste et multum prominens Graecia, et dum

Vossius ad Catull. p. 287. *Grajo*] dicitur quoque *Argivus*, quippe Argis ex Alcmena natus. Fuerunt vero plures: sex recenset Cicer. d. N. D. III, 16. *saltus Oetaeus*] gr. οἰτη, et Herod. VII, 217. τὰ οἰταίων ὄρησιν. Noster dixit *saltus Oetaeos*, ut simul abundantem arborum copiam indicaret. Situs ejus varie designatur et sumitur sensu vel latiori, quo a Thermopylis versus orientem ad Ambracium sinum versus occidentem extenditur, vel strictiori, quo pars ejus altissima intelligitur prope Thermopylas, ubi ex Thessalia transitur in Locrida. Partem ejus altissimam, quae Thermopylis imminet, *Callidromon* nominant plures: v. Drakönb. ad Liv. XXXVI, 15. H. vocatur *Bunina*. *Tempe*] gr. τέμπη. Loca fuerunt amoenissima Thessaliae inter Olympum et Ossam, quae interfluebat Peneus. Erant sec. Plin. IV, 15. l. 8. quinque M. P. longitudine et ferme sesquijugeri latitudine, adtolentibus se ultra hominis visum dextra laevaue leniter convexis jugis. Prolixius descripsit Aelian. V. H. III, 1. et Ovid. Metam. I, 569sq. Commemorantur plura Tempe, additis locis, ut τήμια κίρνης, Δέφνης. *Heliconia*, *Heloria*: omninoque sic appellabantur loca amoena, imprimis silvae, aqua interfluente. *Libethra*] Varie scribunt miraque fluctuatione ponunt auctores. Uti Noster, sic Plinius IV, 16. l. 9. et Servius ad Virgil. Ecl. VII, 21. ubi et aliqua de nomine differit. Mela in Macedonia, Plinius in Magnesia Thessaliae adjecta, Pausanias in Boeotia ponunt: unde liquet, in tribus maxime regionibus quaesita fuisse

Libethra, in Thracia, Macedonia sensu latiori, et in Boeotia, quorum repugnantiam tollit Strabo IX. p. 282. l. 410. ubi refert, Thraces Pierios olim illa loca tenuisse, post, cum defecissent, Macedones: item Thraces Boeotiae vicissimque regionem occupasse. Igitur antiquitus ille locus ad Thraces pertinuit, unde vel Macedoniae vel Boeotiae adiectus est. *fontes*] metaphora in positi soleannis, quae facilem carminum ubertatem et copiam, quam praebent, exprimit. Similes fontes, Aganippen, Hippocrenen, in Boeotia memorat Plin. IV, 12. l. 7. ab his autem Musae audiunt *Libethrides* ap. Virgil. Ecl. VII, 21 et gr. Λιβηθριάδες.

§. 3. *Objacet*] graviter offendit ob repetitionem in fine periodi; neque Mela particulae *et* verbum solet praemittere, sed ad finem rejicere, ut c. 6, 9. Hinc omni jure uncis inclusimus. *Graecia*] gr. Ἑλλάς, populi Ἕλληνες, lat. *Graeci*. Ἕλληνες ab Hellene, Thessaliae regis, derivant: antiquius nomen fuit γραινοί: v. Heyne ad Apollod. I, 7, 3. et si vox ipsa in gr. auctoribus raro occurrat, Nominis origo non una fertur. v. Plin. IV, 14. l. 7. Hellas vero prius comprehendebat exiguum Thessaliae tractum, et Pausanias III, 20, 6. disertè scribit, Thessaliam olim Hellada dictam fuisse. Id quoque liquet ex Homer. Il. II, 683 sqq. Post latinus id nomen promotum est, ita ut cum Peloponneso omnino omnes regiones et civitates liberis complecteretur a Thessalia, quae inter Aegaeum et Ionicum mare jacent, alii etiam Thessaliam adderent, adeoque Philippì aetate

Myrtoum pelagus adlingat, a septemtrione in meridiem vecta, qua sol oritur, Aegaeis; qua occidit, Ioniis fluctibus objacet. Ac proximo spatiosa et Hellas nomine, grandi fronte procedit: mox mari utroque, et Ionio magis, latera ejus intrante, donec quatuor milia passuum pateat, media ferme prope inciditur. Deinde rursus terris huc se et illuc, verum in Ionium mare magis expandentibus, progressisque in altum, non tam lata, quam coeperat, ingens tamen iterum et quasi paene insula extenditur, vocaturque Peloponnesos, ob sinus et promontoria, quis, ut fibris, li-

Macedoniam et Epirum. cf. Stroth in Handb. d. alt. Erdbeschr. T. I. p. 597. Myrtoum] gr. Μυρτίου. Nomen alii ducunt a Myrtilo, Oenomai auriga, quem Pelops in mare praecipitavit; alii a Myrtone puella (v. Pausan. VIII, 14, 8.); verius fortasse Plinius IV, 28. s. 11. adpellatum scribit a parva insula, quae cernitur Macedoniam a Geraesto petentibus. Erat pars maris Aegaei et incipiebat a Megarico sinu atque Atticam adluebat, attingebat Cycladas juxta Euboeam, a Sunio ad Peloponnesum pertinebat cum Libyco et Cretico mari, a Sunio ad Corinthum et Saronicum sinum. Quos Mela illi terminos statuat, ex situ insularum discitur etiam II, 7, 10. neque tamen sibi penitus constare videtur, dum Aegaeum Sunio finiri dicit II, 2, 8. et in eo circa Peloponnesum Pityusam ponit II, 7, 10. vecta] i. e. se extendens, ut III, 6, 7. Aegaeis] Proprie gr. Αἰγαίου, dorice Αἰγαιῶν. Nomen varie derivant vel ab Aegae, Euboeae urbe, vel ab Aegeo, Thesei patre, vel ab αἰξ, insula, vel scopulus, quia specie caprae repente e medio mari exsiliat, Plin. IV, 18. s. 11. Alii illam vocem de procella, tempestatibus explicant, quae illud mare infestant, ita ut ap. poetas de mari fluctuoso, et Aegaeae hiemes de saevillimis dici soleant. cf. Mischlerl. ad

Horat. III, od. 29. extr. In notando ambitu discrepant: Strabo VII, p. 227. s. 323. a Sunio extendit ad Theraicum sinum et Thessalonigen et hinc versus meridiem ad Strymonem. H. vulgo Archipelagus nominatur, sed Graeci Dodekanisa vocant. Ionis] gr. Ἰόνιον πέλαγος. Nomen deducunt ab Io, ejusque erroribus, vel ab Ionio Illyrio. Antea dictum est κρόνιος καὶ ῥίαις κόλπος, Graeci diverserunt ab insulis in Siculum, Creticum, Icarium; propter conflavium cum Hadriatico, cujus etiam partem quidam faciunt, promiscue ponitur. Ceterum Ionis fluctibus est poetica ipsius maris periphrasis, qua uti consuevit Mela. proximo] ad confinia Thessaliae. Hellas] Graeciam aperte ab Hellade distinguit et Aegaeo et Ionio mari et Isthmo Corinthiaco terminat. Dividebatur nempe olim Graecia in Hellada et Peloponnesum. fronte] cape de parte orae versus meridiem. quatuor milia] vera hujus Isthmi latitudo tantum est viginti stadiorum: etsi alii aliter. inciditur] utroque sinu Peloponnesum ab Hellade sejungente. huc et illuc] in ortum occasumque. Ionium mare] inclinatum enim Peloponnesus in occasum. Peloponnesus] gr. Πελοπόννησος et inde Πελοποννησιος et — αἰαίς. Antiquius nomen fuit Apia, ab Apide, rege; post dicta est Pelasgia. s. Pa-

tora ejus incisa sunt, simulque tenui tramite in latum effunditur, platani folio simillima. A Macedonia prima est Thessalia, deinde Magnesia, Phthiotis, Doris, Locris, Pho-

*Iasgis* sub Pelasgo, tum *Argos* sub Argo, denique *Peloponnesus* a Pelopse, qui eo ex Phrygia coloniam deduxit: inde gr. *Παλαρτία γῆ*, *Πελοποννησός*, lat. *Pelopis insula*. Plin. IV, 5. l. 4. circuitum fecit 563. M. P. et Strabo VIII. p. 231. l. 335. stadiorum 5600. Ipsa regio haud ulli terrae nobilitate praefenda est, ut ait Plin. IV, 5. l. 4. Notissimum est bellum Peloponnesium. H. *Morsq. fibris*] intellige de extrema ora, quae crebris sinubus, v. c. Corinthiaco, Cyllenio, Cyparissio, Laconico, Argolico, Saronico aliisque incisa (τέμνομένη) h. e. flexa atque iniqua est. *tramite*] h. e. Isthmo. *effunditur*] quia non accurate in medio canale habet, sed versus Aegaeum paulum inclinat. *platani*] ita quoque comparat Strabo II. p. 57. l. 84. VIII. p. 231. l. 335. Hodiernum nomen *Morea* a similitudine cum mori folio derivant.

§. 4. *A Macedonia*] h. e. post Maced. *Thessalia*] gr. *Θεσσαλία*, inde *Θεσσαλιώτης*. Nomen traxit a Thessalo: dicta est olim *Aemonia*, *Pelagicum Argos*, *Hellas*, *Dryopis* a regibus: etiam *Achaja*. De ejus terminis accurate exposuit Strabo IX. p. 296. l. 429. uti post de divisione in 4 partes, quae *Pelagiotis*, *Thessaliotis*, *Ioliotis* et *Phthiotis* erant. Romani adtribuerunt Macedoniae. Noster antiquam secutus est distributionem. Populi, quaeam tenuerunt, Centauri, Lapithae, Perrhaebi, Dolopes, Pelasgi, Myrmidones fuerunt. Celebrantur ejus equi. cf. de hac terra in pr. Schlichthorff in Geograph. Homer. p. 91 sqq. *Magnesia*] gr. *Μαγνησία*, populi *Μάγνητες*. Memorantur in aucto-

ribus quatuor, Thessaliae, Cretae, Asiae duplex, ad Sipylium et Maeandrum: quae ex nostra ortae sunt et appellatae. Nomen accepit a Magnete, Argi filio. Situm varie notant, ejusque terminos optime constituit Strab. IX. p. 300 l. 435. eosque ad Pharas et Boeben oppidum et versus meridiem ad Demetriada et Methonen porrigit. *Magnes lapis*, qui et *Heracleus* dicitur, a Magnesia Lydiae nomen tulit. *Phthiotis*] gr. *Φθιώτις* et incolae *Φθιώται* et *Φθιώται*. Thessaliae partem facit Strabo IX. p. 296. l. 430. terminosque statuit Octam, Maliacum sinum, Pindum et Pharsalum, et ipsos incolae Achaeos dictos esse scribit. Hinc et sub Xerxe Achaesi ei *Φθιώται* vocantur ab Herod. VII, 132. Memorantur etiam incolae aequantio post sub Philippo, Demetrii filio, Macedoniae rege; tunc vero dati sunt Thessaliae. Macedoniae tribuit Ptolem. III, 13. *Doris*] gr. *Δωρίς*, incolae *Δωριείς*. Strabo IX. p. 294. l. 427. *τετραπέλιον* vocat et matrem omnium Doriensium, qui, uti constat, sedes suas varie mutarunt: inde situs diverse statuit. Dicta quoque est *Hestiaotis*, etsi Doris pars Hestiaotidos post separata fuisse videtur. *Locris*] gr. *Λοκρίς*, incolae *Λοκροί*, lat. *Locrenses* et *Locri*, quos Leleges olim fuisse dicit Plin. IV, 12. l. 7.: quorum dux in migratione *Locrus*, unde nominis origo. In duas maxime partes dividit Strabo IX. p. 287. l. 416. in orientalem et occidentalem, quas separabat Parnassus, et fines ejus ab hoc monte utrimque pertinebant ad fretum Euboeae et sinum Corinthiacum prope Phocida. Alii

cis, Boeotis, Atthis, Megaris; sed omnium Atthis clarissima: in Peloponneso Argolis, Laconice, Messenia, Achaja,

triplicem Loerida faciunt, vario tamen modo. Eorum legislator Zaleucus notus est. *Phocis*] gr. *Φωκίς*, incolae *Φωκῆς*, qui cum *Boeotis* ab urbe Ioniae Phocaea non commisceri debent; lat. *Phocenses*, qui a Phocaeensibus discrepant. A Lelegibus ducunt et Phocum gentis auctorem faciunt, est varia ratio. Ipsa regio adtingebat Loerida Ozolarum, et Boeotiam, inde versus Parnassum. *Boeotis*] gr. *Βοιωτία*, ut latinis, nusquam alibi *Boeotis*, quare et fortasse h. l. librarii *Boeotia*, qua forma alibi Noster uti solet, ad reliqua accommodarunt. Nominis origo varie traditur: a bove, Cadmi duce in itinere, multi deducunt. Antiquiores nomina occurrunt *Aonia*, *Mesapia*, *Ogygia*, et *Cadmeis*. Cadmus Thebarum conditor satis notus. Regionis situm inprimis praedicant ob tria maria, quibus adjacet. Cornel. Nep. 15, 6, 2, refert de incolis, plus illis inesse virinum, quam ingenii. H. *Stramulippa*, ut tradit Büfching in Geogr. T. I. P. 2. p. 1793. *Atthis*] Gr. *Ἀττικὴ*, usitatius *Ἀττική*, et sic lat., est Lucret. VI, 1114. *Atthis*. Accipit hoc nomen a Cranae filia, *Atthis*: antiquiora nomina sunt *Ogygia*, *Acte*, *Mopsopia*, *Cecropia*, *Ionis*. Qui olim Atticam tenuerunt populi, commemorantur a Strab. IX. p. 273. l. 396. et Herod. VIII, 44. Contermina fuit Boeotiae et Megaridi, ab alia parte mari Aegaeo et sinui Saronico. H. pars *Livadiae*. *Megaris*] gr. *Μεγαρίς* et *Μεγαρήναις*, incolae *Μεγαρεῖς* et *Μεγαρηνοίς*. Utrisque vicinam habuit Boeotiam et Atticam et ante condita Megara Atticae pars fuit, cum Iones illum tractum tenerent, quod docet Strabo IX. p. 270. l. 392. In Grae-

ciae civitatibus parva fuit et contenta: v. Schol. ad Theophr. Id. XIV. v. 49. *Argolis*] gr. *Ἀργεῖαι*: plerumque *Ἀργεῖς*, ut urbs primaria. Nomen accepit ab Argoprisco rege, est alii ad totam Peloponnesum referunt, v. Heyne ad Apollod. II, 1, 2. inprimis in Homero. Situs ex tabulis cognoscitur. Noster 6 regiones Peloponnesi recenset, quot *Ἰωνεῖαι*. Homerus, ita tamen, ut, Messenia et Achaja omisiss, Mycenidem et Pylum ponat. Septem gentes habet Herod. VIII, 73. quinque partes facit Thucyd. I, 10., mutatis scilicet pro temporum et incolarum diversitate regionum finibus. *Laconice*] gr. *Λακωνική*, *Λακεδαιμονία*, etiam *ἡ χώρα*, cuius nomen a Lacedaemone ducitur; conditores autem urbis faciunt Eurythienem et Proclum. Illud nomen urbi et regioni commune fuit. v. Strab. VIII. p. 253. l. 367. Antea populi dicti sunt a Lelege rege Leleges. Olim latius patuit et Homeri aetate orientalem Messeniae partem completebatur. v. Schlichthorst in Geogr. Hom. p. 58. Fuit olim *ἑκατόμυλαις*: sed Strabonis aetate tantum 30 supererat. *Messenia*] gr. *Μεσσηνία*, vel, ut urbs, *Μεσσηνία*; lat. *Messenia* et *Messenis*. Fuit pars Laconices nomenque a Messene ducit Pausan. IV, 1, 2. Innotuit diuturno bello, in quo spectata est Tyrtaei opera. Nunc cum Elide est *Belvedere*. *Achaja*] gr. *Ἀχαιΐς*: Homerus vocat *Ἀχαιΐδα γαίην*. Olim dicta est *Αἰγιάδος*, vel ab Aegialeo, Sicyoniae rege, vel ab ejus situ litorali; deinde dicta est *Ionis*, postremo *Achaja*: v. Strab. VIII. p. 264. l. 383. Incolae *Ἀχαιοί*, late tamen vagoque sensu, quia multas regiones adierant et possederant: inprimis va-



Elis, Arcadia : ultra Aetolia, Acarnania, Epiros, usque in Hadriam. De locis atque urbibus, quae mare non ad-

triat in Homero, qui et iis *νεω-  
ελληνες* obponit Il. II, 530. cl. Schlichthorst l. c. p. 17 sqq. Latini usitate pro Graecis ponunt; quia, Achaeis, tum Graeciae principibus, devictis, Achajæ adpellari et a Macedonia separari solebat: hinc Romani *Achajæ*, non Graeciae *praefectum* vocabant, qui in eam provinciam mitteretur. Mela cum Ptolem. 3, 16. Peloponnesi partem agnoscit. *Elis*] gr. *Ἠλίας* vel *Ἠλίσια*. Antiquius regionis nomen fuisse videtur *Elea*, Elidis ab urbe acceptum: nam olim *κορινθίων* regio incolebatur et serim tandem post bellum Perficum homines in Elida urbem collecti sunt. v. Strab. VIII, p. 232. f. 336. Nomen ab Eleo, regē, derivat Pausan. V, 1. Antiquiorem regionis formam descripsit Strabo l. c. nempe dividebatur in plures ditiones, quae post ad duas redigebantur *Epebrum* et *Nestoris*; quam divisionem Homerus Odyss. XIII, 275 et Il. V, 545. sequitur: cf. Schlichthorst l. c. p. 52. Inclaruit maxime ludis Olympicis. *Arcadia*] gr. *Ἀρκαδία*, populi *Ἀρκαδες*. Antiqua nomina varia varioque ordine efferunt auctores: v. c. *Drymodes*, *Pelusia*, *Parrhasia*, *Lycania*, *Azania*, *Pania* et alia. Ex praefcis incolis Strab. VIII, p. 267. f. 388. nominat Azanas et Parrhasios, adduntque alii alios. *Arcadia* autem dicta est ab Arcade, teste Pausan. VIII, 4. f. Ipsi Arcades se ante lunam patos fuisse jactant ideoque *προελλήνευς* vocant. v. Apoll. Rh. IV, 264. et impr. Heyne ad Apollod. p. 656. Ipsa regio tenebat loca Peloponnesi mediterranea, maximeque montana fuit, ut Strabo l. c. testatur, cujus aetate pleraeque urbes evertae erant. *ultra*] sc. si-

num Corinthiacum extra Isthmum. *Aetolia*] gr. *Αἰτωλία* et gent. *Αἰτωλίας*. Nomen accepit ab Aetolo, qui ob caedem imprudenter factam ex Elide huc confugerat v. Apollod. I, 7, 6. Eam Curetas antea tenuisse, quos ille expulerit, tradunt plures: ab illis vero dicta regio *Κουρήτις* sc. *Ἰππίας* Alii prius dicta est *Ἰωνία*. Ab Acarnania separabatur Acheloo l. et dividebatur in *ἀρχαίαν* (ad Celydonem) et *ἐπιεργάνην* (ad Lotrida Ozolarum). Inclaruerunt bellis contra Acarnanes, Macedones et Romanos, a quibus victi sunt, et longinquis fundae jactibus. *Acarnania*] gr. *Ἀκαρνανία* ἢ *Ἰθάκη*, incolae *Ἀκαρνανοί* gr. et latine. Nomen Alcmæon imposuisse ferunt sumtum ab Acarnane filio, est alii aliam adferunt originem. Antea dictam esse *Κουρήτιδα* et incolae ipsos Curetes, multi ferunt: quare, cum Aetolia idem nomen gesserit, olim latius Carretis patuit. Contermina est Aetoliae ad fluvium Achelous. *Epiros*] gr. *Ἠπειρος*, incolae *Ἠπειρώται*. Multa de h. terra Iustin. XVII, 3. quo auctore Molossi eam primam tenuerant, post Pyrrhus, Achilles filius, a quo *Pyrrhidas*, post *Epirotas* dicti sunt. Ante Molossos tenuisse feruntur Chaones, inde *Chaonibus* Homeri aetate latius patuit. Strabo initium ejus ducit a mari Siculo, Plinius ab Acroceranibus montibus: Mela terminat mari Hadriatico, cujus terminum facit Acroceranios montes. Olim complexa est aliquot provincias, plures populos, plurima oppida. Ex regibus inclaruit Pyrrhus bello contra Romanos, et regio ipsa equis et leonibus nobilitata est. *Hadriam*] i. e. Hadriaticum

luit, haec maxime memoranda sunt: in Thessalia Larissa, aliquando Iolcos: in Magnesia Antronia: in Phthiotide Phthia: in Doride Pindus [et juxta sita Erineus] in Locride Cynos et Calliaros: in Phocide Delphi, et mons Par-

mare. non adluit] Cum haec mare semper maritima et litoralia enarraverit, plura, in composito tamen ordine, ex mediterraneis admiscet. Larissa] gr. Λάρισσα et inde Ἀερίσσατος. Fuerunt nominis huius plures urbes: in Thessalia duae, quarum una fuit maritima, altera mediterranea, quae h. l. intelligenda est. Sita erat ad Tempe et ad Boebeida lacum prope Pindum montem eamque circumhaebat Penens. A Larissa, Pelasgi filia, dicta esse fertur, et condita ab Acrio. Hodie esse putatur Ion-gi-Schahir. Diversa esse videtur Larissa, unde Achilles ap. Virgil. Aen. II, 197. Larissaeus h. e. Thessalus vocatur. Iolcos] gr. Ἰωλκός Homer. H. II, 712. inde Ἰωλκίος, Ἰωλκίως, et lat. Iolciacus. Conditorem faciunt Iolcium, Amyri filium. Vocatur et Πλασγίς ab Apoll. Rh. I, 906. et Haemonia a Luceo, III, 192. Ad mare sitam fuisse docet Argonautarum expeditio, qui inde collecti solverunt. Neque tamen ideo Mela erravit, quia a mari 7 stadiis removet Strab. IX. p. 300. l. 336. et quod inde Argonautae mare ingressi sunt, pertinet proprie ad Aphetas, postum vicinum. Antronia] gr. Ἄντρον, uti infra Brauronia pro usit. Brauron. Occurrit ejus mentio ap. Homer. Il. II, 697. qui ἄρχιανον vocat et Protefilai ditioni ascribit, quas complexa est Phthiotidis partem orientalem. Stephanus Thessaliae, Noster Magnesiae tribuit, quae pars fuit Thessaliae. Ex Homeri indicio sita fuit ad litus et Noster vel a proposito dicitur vel erravit. Nomen explicat Stephanus, διὰ τὸ τοῦ τόπου

ἀντροῦς εἶναι. Iactatur in proverbio Ἄντρονίος ὄνος, vario tamen sensu. Phthia] gr. φθία, unde φθιάτης et φθίος; lat. Phthius, Phthiota, Phthiotis, Phthioticus. Nomen derivant a Phthia muliere vel a Phthio Neptuni filio. Thessaliae sunt qui adscribant. Inclaruit Achilles, qui inde Phthius Achilles ab Horat. IV, 6, 4. appellatur, in Doride Pindus] haec et seqq. corrupta esse, Codd. testantur. Pintianus quatuor urbium nomina substituit, quia, auctore Strabone, Doris tetrapolis erat. Sed incerta conjectura. In multis Codd. verba in — Erineum absunt: Parisiens. in Doride Pindus exhibent, quod adjecimus, posteriora uncis inclusimus. Pindum urbem in Doridis tetrapoli memorat Strab. IX. p. 294. l. 427. Cynos] gr. κύνος, inde κύνιος. Nomen tulit a Cyno Loco, Opuntii filio. Plurimi navale (τρινηγιον) vocant, ubi promontorium Opuntium sinum claudit. Emporium urbis Opuntiorum dicit Livius XXVIII, 6. Innotuit, quod Deucalion et Pyrrha hic sedem posuerunt. Ceterum hic quoque Mela maritimum locum ponit, cum mediterranea promiserit. Calliaros] ita et gr. Nomen habet vel a Calliaro, vel διὰ τὸ εὐχρηστον αὐτὴν εἶναι. Homerus jungit cum Cyno. Strabonis aetate habitari desierat, v. Lib. IX. p. 293. l. 426. Delphi] ut incolae, v. c. Iustin. XXIV, 7. inde Delphicus. Olim dicta est παρανεῖα γάπη a Parnaso, monte vicino, tum ποδῶν, denique Delphi: quod alii ab Apolline in delphina mutato, alii a Delpho, Apollinis filio, ducunt. In Phocide ponunt et

nafos, et Apollinis fanum atque oraculum: in Boeotia Thebae, et Cithaeron, fabulis carminibusque celebratus: in Attide Eleusin, Cereri consecrata, et clariores, quam ut

alii, et sita fuit in austrina parte Parnasi, in cuius vertice fuit fanum et urbs 60 stadia amplectens ambitu suo. cf. Iustin. XXIV, 6, 6. qui eam non muris, sed praecipitiis defensam esse scribit, praeterfluente Cephisso fluvio. In medio orbe sita esse ferebatur, idque probatum est duabus aquilis a Iove, una ab ortu, altera ab occasu missis, quae ibi convenerint. v. Strab. IX. p. 289. l. 419. hinc *ἐμφαλὸς τῆς γῆς*, est id de media Graecia alii capiunt. Inclaudit oraculo, quod *commune generis humani* vocat Livius XXXVIII, 48. in cuius descriptionem dat Lucan. V, 82 lqq. H. *Casiri* urbs dicitur. *Parnafos*] Graecam terminationem amat Mela; rectius per simplex scribitur. Adjectivum *Parnassus*. Antiquius nomen *Larnassus* a Deucalionis arca ibi adpulsae. Secabat Locrida in duas partes, et duobus surgebat verticibus, quorum alterum *Tithoream*, alterum *Hyampseum* adpellat Herod. VIII, 32 et 39. Male Servius ad Virg. Georg. III, 291. Heliconem et Cithaerone[m] Parnasi ardua explicat, ejusque partes facit ad Aen. VII, 641. et X, 163. cum illi ipsi montes Boeotiae sint. In uno vertice erant templa Dianae et Apollinis, in altero Bacchi. De montis sanctitate v. Strab. IX. p. 287. l. 417. Hodie quoque vetus nomen tenere multi scribunt. *Thebae*] gr. *Θῆβαι* vel *Θήβαι*, quod utrumque in Homero reperitur: inde *Θηβαῖος*, *Thebanus*. Nomen ducunt a Thebe: v. Heyne ad Apollod. III, 6, 6. Fabulosa murorum exstructio Zethi et Amphionis lyra nota est. Faciunt conditorem Cadmum, est ad arcem tantum res

ferunt, alii instauratorem eum dicunt. Sita erat in media Boeotia, circuitu 60 stadiorum, terra plana, figura rotunda, aqua abundabat, cum duo fluvii per eam laberentur, ejusque septem portae celebrantur, unde passim *ἑπτάνυλος*. Eam nobilitaverunt alumni Liber et Hercules, intraverunt exieruntque Epaminondas et Pindarus, diruit Alexander M., ita tamen, ut Pindari familiae penatibusque perire juberet, instauravit Cassander. Multis omnino variisque excita fuit satis, quae breviter commemorat Strab. IX. p. 276. l. 401 lqq. H. vocatur *Thiva* vel *Stibes*, *Stibes*, *Stivos*, et, ut testes oculati adfirmant, praeter binas portas nil restat. *Cithaeron*] gr. *Κιθαίων*, mons prope Thebas, quod nomen a Cithaerone, Boeotiae rege, accepit. Incepit ab Atticis et Megaricis montibus et prope Thebas desinebat; ejusque radices adluebat Asopus. Excelsitatem ejus indicat Euripid. in Bacch. v. 660. quod nunquam in eo nives liquebant. Fuit in antrum Nympharum Sphragidium et olim oraculum. Dianaelucum sub eo commemorat Virgil. in Cul. v. 108. *fabulis*] v. c. interitu Actaeonis, Pentheae caede, Oedipi expositione, Niobes liberorum clade, orgiis Bacchi, quae ibi agebantur, et aliis. *Eleusin*] gr. *Ἐλευσίς*, plerumque, sed et *Ἐλευσίν*, v. N. Heinsius ad Ovid. ep. 4. 67. incolae *Ἐλευσίνιοι*, lat. *Eleusinus*. Nominis originem ducunt ab Eleusine, Triptolemi patre, alii ab *Ἐλευσίνω*, de adventa Cereris, cum quaereret filiam raptam. Conditorem et regem faciunt Ogygum. Celebrem urbem in

ndicari egeant, Athenae: in Megaride, unde regioni non est, Megara: ut in Argolide Argos, et Mycenae, et

rimis reddiderunt sanum Ceres et sacra Eleusinia, Cereris myseria. Sium templi descripsit Iomer. H. in Cerer. v. 279. Hic urbs ad vici tenuitatem de ipsa est, ut refert Chandler in Iesen in Griechenland p. 268. l. *Leffina. clariore quam*] ita e locis celebribus loqui solent v. Sallust. Iug. c. 19. Liv. XXII, 4. 8. *Athanae*] gr. Ἀθήναι, unde Ἀθηναῖος, lat. *Athenionis*, sp. *Athanaeus*. Antiquum nomen fuit *Cecropia* a Cecrope, quo omine post sola arx vocata est, uctore Plin. VII, 57. l. 56. quam alii ad totam regionem ruerunt. Nomen *Athanae* plerumque a Minerva (Ἀθήνη) derivant, uis certamen cum Neptuno de eo urbe celebratur. Tenuerunt am olim Pelasgi, post Cecropiae; Athenienses fecerunt quam ab Atticis. Satis inclauit aetris Iouis, Minervae, temlis, tribus Gymnasiis et eo, uod inde humanitas, doctrina, sligio, fruges, jura, leges aliaque bona per terrarum orbem disibuta putantur. v. Cicer. p. Iacc. c. 26. In numis plerumque Minervae caput adpositum est, el noctua Minervae sacra et ibi equens. Subjecta Macedonum imperio, varias deinceps fortune vicissitudines experta est; omanorum ditioni adiecit Sula, graviter vexatam, sed Strabonis aetate libera fuit. H. a paucis vocatur *Satines*, a plerisque *tina* vel *Athini*, ut a Chandlero c. p. 48. qui et magnitudine et equentia satis adhuc conspicuam se tradit. Restant adhuc templum Iouis Olympii et Minervae et alia quaedam. *Megara*] f. τὰ Μεγάρα, latinis etiam femininum est, ut Cicer. de divin. I,

27. Livio XXXI, 22, 6. si vera ibi lectio. Cives *Μεγαρεῖς*, lat. *Megarenses*. Antea dicta est *Nisa*; *Megara* a Megareo. Olim pars Atticae fuit, post a Peloponnesiis, maxime Corinthiis et Messeniis inde detracta est. Sita fuit circa Isthmum inter Peloponnesum, Atticam et Boeotiam: portum habuit. Inclauit philosophorum schola, qui, est Euclide auctore, ab urbe tamen Megarici sunt vocati, et civibus *Euclida*, *Stilpona*, *Theognide*. Mores civium fraudulentis in proverbium abierunt, quo spectant *risas Megaricus*, *lacrymas Megarensis* de fictis, et *Megarensis ars de dolo*. Nomen priscum retinuit, sed locus est tennis et vilis, et multa ibi hodie rudera conspiciuntur. *Argos*] gr. Ἄργος, latini fere *Argi*, sed et *Argos*, ut Horat. II, od. 7, 9. Ovid. Met. II, 239. inde Ἄργιός. Fuerunt plures cognomines urbes, quas haud raro miscent auctores: nostrum ad Peloponnesum pertinet. Nomen accepit ab Argo, et Plin. IV, 9. l. 5. vocat *Hippiam*, quod est Homer. II, II, 287. Ἰππίδατον, porro *Inachium* ab adluente fluvio Inachio: plura de nomine v. ap. Strab. IX, p. 255. l. 270. Sita erat in campo plano, habuitque collem medioeriter munitum, in eoque Iovis templum. Iunonis cultus satis notus est. Fuit urbs olim florentissima (*ἰδοξοτάτη*), portum habuit Naupliam. Varia ejus fata exposuit Strab. VIII, p. 259. l. 376. H. antiquum nomen tenet et portus vocatur *Napoli di Romania*. *Mycenae*] gr. Μυκῆναι, etiam Μυκῆναι, ut Homer. II, IV, 52. Sil. Ital. I, 27. inde Μυκηνᾶος, *Mycenaeus* et *Mycenensis*. Conditorum Persea sat multi narrant,

templum Iunonis, vetustate et religione percelebre: in Laconide Therapne, Lacedaemon, Amyclae, mons Taygetus

moenibusque ab eo cinctam tam firmis, ut a Cyclopihus exstructa dicerentur. In nominis causis admodum variant. Tenuit olim Agamemnon, ut liquet ex Hom. Il. II, 569. cl. Virg. Aen. VI, 839. Eadem de causa ob Pelopem *Pelopoiades* vocat Ovid. Met. VI, 414. Post Pelopidarum imperium occuparunt Heraclidae, ex quo deminuta est, dum plane deficeret, ut ex Thucyd. I, 10. intelligitur, qui refert, tempore belli Peloponneiaci μικρὸν πόλισμα esse. Argivi plane destruxerunt et agros dividerunt. v. Pausan. II, 16, 5. qui tamen aliquas ejus partes indicat. Noster, ut solet, antiqua sequitur. Ibi hodie pagus dicitur, quem *Mycens* vocat Büsching Vol. I. T. 2, p. 1799. *templum*] Dicitur gr. ἡραίων, uti a nomine Deorum Dearumque Περσείδων, Ἀργεμείων. Situm erat inter Argos et Mycenae, habuerat conditore Eupolemum Argivum, et insigne fuit variis operibus, in quibus Euphorbi scutum, quod suum agnovit Pythagoras. v. Ovid. Met. XV, 164. Cultus festorumque solemnitate describit Herod. I, 31. *Therapne*] gr. θεράπνη vel θεράπνη, inde θεραπνεῖος etiam latinis. Nomen traxisse ferunt a Therapne, Lelegis filia. Adpellatur mox πόλις, mox χωρίον, mox τόπος. Dioscuri ibi colebantur et Apollo, unde Stat. Theb. III, 422. esse *Apollineas Therapnas* vocat. Inclaruit Helenae natalibus (v. Ovid. ep. XVI, 196.), quam ibi quoque sepultam fuisse tradit Pausan. III, 19, 9. Intercidisse videtur post Plinium. *Lacedaemon*] gr. Λακεδαίμων, unde *Lacedaemonius*, *Laco*. Nomen, ut regio, nacta est a Lacedaemone,

quem Iovis et Taygetes filium fuerunt. Conditores faciunt Eurysthenem et Proctem, Heraclidae. Eadem urbs dicitur etiam permixta *Sparta*: an sic in Homero, dubitatur; cf. Schlichtegroll in Geogr. Hom. p. 40. Nomen antiquius urbis et verius *Sparta*, cui denique nomen regionis *Lacedaemon* accessit. v. Pausan. III, 11, 1. Nomen *Spartae* deducunt alii a *Sparta* Lacedaemonis uxore, alii a *Cedemone*, qui Σπαρτοὶ dicantur. v. Pausan. III, 11, 1. Nomen *Spartae* sic, ut illi, incolae urbis, etiam *Lacedaemonii* vocari possint, contra ceteri incolae *Laco* *Spartani*. Urbem, in planitie sitam, praeterfluebat Eurotas; habuit formam rotundam, cum moenibus usque ad Cassandriam, contra Pyrrhus et Demetrius *Spartam* obpugnaret. Olim in celeberrimis urbibus fuit, adhaesit bonis aetate, et inclauit Lycurgo legislatore et reipublicae forma. H. *Mistra* parva est, in muris et cum vilibus aedificiis. *Amyclae*] gr. Ἀμύκλαι et Ἀμυκλιός, etiam Latinis. Nomen urbs nacta est ab Amycla, Lacedaemonis filio, et a *Sparta* conditis distans sita erat in amoenissimo fertili agro. Celebre ibi fuit templum Apollinis, et Leda se ibi habuisse narratur. v. Stat. Theb. IV, 223. et Sil. Ital. II, 1. Narratur vulgo silentio periculum temere nunciato aliquando hostium adventu lege cautum fuisse, ne quis unquam hostium ventum narraret, et sic hostes adveniente captae sunt. v. Sil. VIII, 530. A Lacedaemoniis nomen est et versae. H. *Sclerchori*. Multa de h. urbe exposita

tus: in Messenia, Messene et Methone: in Achaja atque Elide quondam Pisae Oenomai, Elis etiam nunc, delubrumque Olympii Iovis, certamine gymnico et singulari

Heyne Antiq. Aufsätze P. I. p. 77 [sq. Taygetus] gr. fere Ταΐγετος, et si masc. et femin. genere. Latinis passim Taygeta. Nomen habet a Taygete nympha, cum antea mons Amyclaeus vocaretur. Fuit excelsus, περιμήκετος, venationibus aptus, ferisque abundans. In ejus vertice Soli equos sacrificabant, et Strabonis aetate metalla in eo inventa atque effossa sunt, quorum meminit Martialis VI, 42, 11. H. les montagnes des Mainottes. Messene] gr. Μεσσηνή, lat. Messene, passim Messana: inde Μεσσηνίος. Per simplex s. scribunt alii, sed perperam. Plures urbes in medio positae id nomen gerebant. Scriptura in graecis urbis Sicaluae nomen a nostra non distinguit, sed latini in media a praeferrunt. Trojana tempestate nondum stetit haec urbs, v. Strab. VIII. p. 243. s. 358. et erecta est post Thebanorum proelium ad Leuctra et conditorum ferre videtur Epaminondam. v. Pausan. IV, 27, 3, et si Diodor. XV, 66. discedit. Pausaniae aetate admodum munita fuit. De hoc nomine inveni Mosenigo, Petalidi, etiam Maura-Matia. Methone] gr. Μεθώνη, sed rectius Μεθώνη, quia nomen a Mothona, Oenei filia, inditum est: inde Μεθωνάτιος. Olim dicta est Pedasus. Alii eam ponunt in Laconiae, alii in Messenia: quae discrepantia componi potest partim ex utriusque terrae confinio, partim quod magna Messeniae pars olim Laeonicae adscripta fuit. Sita fuit ad Acritan promontorium, unde sinus Aënaeus incipit, habuitque Ισθμίου teste Pausan. IV, 3, 6.; ex quibus adparet, quantum a vero situ aberraverit Mela, si mediterraneis adscripsit. Ατροπόλις illi concessit Trejanus. Eustathii ae-

tate idem nomen gessit. H. Me-don. Achaja] cape sensu strictiore. Ceterum Elis praecedere debebat. Pisae] gr. Πισαί, etiam Pisae, et si plur. numero urbs Etruriae intelligi solet: ut Virg. Aen. X, 179. inde Πισαίης et Πισαίος. Dubitarunt de urbe, et fontem olim ejus nominis intelligebant. Sed praeter alios Pausan. V, 10, 2. illud adfirmat et conditorem Pisum, Perieris filium, producit, et si alii a Pifa, Endymionis filia, nomen petunt. Pisam praeterfluebat Alpheus. Interitum urbis indicat Mela verbo olim, cui mox obponit nunc. Oenomai] sc. regnum, quo regnante florebat. v. Strab. VIII. p. 245. s. 355. Eli.] gr. Ἠλῆς, Ἠλίδος, Ἠλίη, de regione et urbe, et si alii contendunt, urbis nomen in casibus obliquis partem syllabarum numeram habere cum recto. Nepos VII, 4, 5. Elidem tamen de urbe dixit. Inde Ἠλεῖος, lat. Eleus. Homeri tempore urbs nondum stetit, sed post Persicum demum bellum ex vicis et pagis coaluit. Conditorem memorant Oxyllum, ita ut hominibus ex proximis vicis convocatis urbem frequentarit et auxerit. Nomen ab Eleo, Tantali filio, ducunt. Postero tempore (Olymp. 117, 1.) Telesphorus, Antigoni classis praefectus, arcem munivit, cives in servitutem redegit, quos Ptolemaeus, Antigoni dux, in libertatem adseruit. Fluebat per eam Peneus praeter gymnasium. A Pifa distabat 50 stadiis. H. ibi cernitur Bolvedere, graecis Calloscopium. delubrumque] id fuit omnium magnificentissimum, quod in agro Pisaeo, stadiis tere 300 ab Eli remotum prope Alpheum, lege Dorica ex vernaculo lapide edificaverat Libon, 68 pedum altum, 95 la-

sanctitate, ipso quidem tamen simulacro (quod Phidiae opus est) maxime nobile. Arcadium Peloponnesiacae gentes undique incingunt. In ea sunt urbes Psophis, Tegea, Or-

sum, 250 longum, magna arte, operibus et donis multis ornatum. v. Pausan. V, 10, 2. et Bannier Gostterl. Vol. I, p. 438 fqq. *certamina*] ludorum horum per singula quadriennia aetorum auctorem faciunt Herculem, unum ex Idaeis Dactylis, et celebrari solebant in honorem Iovis Olympii prope Olympiam: intermissos instauravit Iphicles, unde numeratur Olympias prima. Mela hic luctas (*gymnico*) tantum respicit, quoniam inde primum hae solennitates incepterunt. *sanctitate*] Strab. VIII. p. 247. l. 357. refert, ideo Elim moenibus non cinctam fuisse, et qui hostili agmine Elida transfrent, consentiente universa Graecia, in aditu arma deposuisse, neque antea recepisse, quam essent egressi. Illam immunitatem et tranquillitatem amiserunt Olymp. 102. ubi cum Arcadibus bellum gerere cogebantur. *simulacro*] descriptit prolixius Pausan. V, 11. cl. Strab. VIII. p. 244. l. 355. Deus sedebat in folio ex auro et ebore factus, capite coronam gestans, dextra victoriam, sinistra scorpionem tenens, calcis aureis pallioque auro indutus, quod animalibus et liliis maxime caelatum erat. Phidias Homericam Iovis descriptionem (Il. I, 528 fqq.) tanquam exemplar expressit. Quam angusta fuerit hujus simulacri species, docet narratio de Aemilio Paulo ap. Liv. XLV, 28, 5. qui in eo *Iovem velut praesentem intuens motus animo est*. Adnumerabatur 7 mundi miraculis. *Phidiae*] fuit Charmidae filius, Atheniensis, pictor antea, Satnarius post longe celeberrimus, qui floruit Olymp. 84. a.

V. C. 500.; adjutore usus fuerit discipulo Colote. v. Plin. XXXV, 34. l. 8. *opus*] ut *ἔργον* de rebus manu factis vario dici solet, quamquam non excluditur mentis solertia. — Ceterum Mela hic promisso suo satis facere debebat, et Achajae mediterranea recensere, quod tamen non facit.

§. 5. *incingunt*] quia Arcadia in media fere Peloponneso sita erat. *Psophis*] gr. *ψοφίς*, et inde *ψοφίδης*. Olim dicta est *Erymanthus* ante Phegoi regnum, post *Phegea*, denique *Psophis* a Psophide, conditore. Modico intervallo praefluebat Erymanthus, urbisque situm et munimenta valida prolixè descripsit Polyb. IV, 70, 2. Innotuit apud Erymanthio. *Tegea*] gr. *τέγαι*, inde *τεγαινή*, lat. *Tegeatae* a *Tegeatus* et *Tegeaticus*. Nomen acta est sub Tegeate, et collecta ex 9. pagis, quorum nomina recenset Pausan. VIII, 45, 2. qui ibi etiam refert, Tegeam, qualem suo tempore fuerit, conditorem habere Aleum regem. Strabonis aetate mediocri erat conditio, habuitque sanum Minervae *Aleo* ab Aleo illo extractum. Situs dicitur ex Polyb. IV, 82, 1. *Orchomenos*] gr. *ὄρχομενος*: in Pfinio IV, 10. l. 6. est Orchomenum; cives *ὄρχομενῖαι*. Cum plures cognomines urbes essent, plerumque additur *τῆς Ἀρκαδίας*. *Orchomenum* conditorem producit: Pausanias VIII, 15, 1. duas urbes, veterem et novam, commemorat, illam in montis vertice positam, hanc sub ambitum antiquorum murorum sua aetate habitam, eamque ad montem Tractym collocat et Neptuni et Veneris delubra cum lignis mar-

chomenos; montes Pholoë, Cyllenius, Parthenius, Maenalis; flumina Erymanthus et Ladon: in Aetolia Naupactos, in Acarnania Stratos, oppida: in Epiro Dodonaei

moreis commemorat. Homer. II. II, 603. eam *πελίμνον*, et Stat. Theb. IV, 295. *pecorum divitem* vocant. *Pholoë*] gr. *φολών* et inde *φολεύς*. Nomen debuit Pholo Centauro, Herculis amico, ibi sepulto. Proprie est mons Arcadiae et Elidem spectabat. Quidam Thessaliae montem esse volunt. Ceterum oppidum in eo novit etiam Plin. IV, 10. f. 6. *Cyllenius*] gr. *κυλλήνη*, adjecta passim eodem casu voce *ἄρες* vel, ut fit, *κυλλήνης ἄρες*. Latini interdum terminationem graecam retinent, Duxit nomen a *Cylleno* nympa, vel a *Cyllena* (*κυλλήνη*) Elati filio. Arcadiae montium altissimum praedicant, commemorantque in memorabilibus, quod merulas habeat undique albas. Magis inclaruit natalibus Mercurii, qui inde dicitur *Cyllenius*, templumque habuit in summo vertice, H. vetus nomen retinet. *Parthenius*] gr. *παρθένιος* vel *παρθένιον* sc. *ἄρες*. Virgil. Eclog. X. dicit *Parthenius saltus*, ubi varias neminis causas adtulit Servius. Ad Tegeam situm fuisse, patet ex Livio XXXIV, 26, 9. Plura de eo dabit Spanhem. ad Callim. in Del. v. 70. *Maenalis*] Variatur terminatio, *Μαινάλος* et *Μαινάλων*: in lat. passim *Maenala*: et formatur etiam *Maenalis*, ut *ursa* ap. Ovid. Trist. III, 11, 8. Nomen tulit a Maenalo, Arcadis filio, cuius pater Lycaon. Sacer fuit Fauno vel Pani, qui hinc *Maenalis Deus* vocatur ap. Ovid. Fast. IV, 650. Egit in eo Atalanta. Fuit et urbs cognominis et Arcadiae pars dicta est *Maenalis*. *Erymanthus*] gr. *Ἐρυμάνθος*, et inde *Ἐρυμάνθιος* et *Ἐρυμάνθης*: utrumque et in Latinis. Occurrit triplici adpellatione,

urbis, montis et fluvii: de urbe v. supra ad *Psophis*. Montem plures memoraunt, inde *Erymanthides silvae* Ovid. Met. II, 499. Inclaruit maxime cubilibus apud Erymanthii in fabulis de Hercule. Alii et fluvium hujus nominis norunt, qui fontem in monte cognomini habuit, Arcadiam interfecabat, relicto ad dextram Pholoë monte, ad sinistram Thelpusa regione, et tandem in Alpheum infuebat, v. Pausan. VIII, 24, 2. et *λεμνότερον ποταμὸν* vocat Callimach. in Iov. v. 19. *Ladon*] Pausan. V, 7. et VIII, 25. fontes in Clitorio agro ponit et libr. VIII, e. 20. narrat, in Pheneatico agro aquam stagnare, et, postquam montium cavernas subierit, in illo loco (in Clitoriorum agro) fontes Ladenis efficere. Prope *κορῆκον Νῆρον* in Alpheum effunditur et *κάλλους εἴνεκεν οὐδενὸς ποταμῶν δευτέρως οὕτε τῶν βαρβαρικῶν ἔστιν, οὕτε Ἕλληνας*, ut ait Pausanias. Poetae modo *rapacem* vocant, modo *placidum*, quod pro diversitate locorum tuetur et explicat Burmann. ad Ovid. Met. I, 701. *Naupactos*] gr. *Ναύπακτος*, et inde *Ναυπάκτιος*. *Naupactum* in casu recto dixisse videtur Plin. IV, 3. f. 2. Nomen urbs nata est *ἐπὶ τῆς ναυπηγίας*, ut tradit Strab. VIII, p. 294. f. 426. dubiamque tamen relinquit, utrum ibi classem Heraclidæ fabricaverint, an antea Locrenses. Locris Ozolis tribuit Thucyd. I, 103. Quibus in bello Pelopon. eriperunt Athenienses dederuntque Messeniis exsulibus. Alii ad Aetoliam referunt, cui assignavit Philippus. v. Strab. l. c. Plinius l. c. ponit in sinu Cosinthiaco: unde liquet, quam param sibi constet Mela, qui me-



Iovis templum, et fons ideo sacer, quod, cum sit frigidus, et immerfas faces, sicut ceteri, exstinguat, ubi sine igne  
6 procul admoventur, accendit. At, cum litora leguntur, a promontorio Sepiade per Demetrium, et Halon, et Pte-

diterranea tantum notare voluit. *Stratos*] gr. *Στρατος*, utroque genere; inde *Στρατιος*. Plerique auctores dant Acarnaniae; alii Aetoliae, ut Livius XXXVI, 11, 6. aliique. Aut igitur confinis regionum in hac parte turbantur, aut post Persea ad Acarnanas, quorum crebra cum Aetolis bella nota sunt, rediit. Ad Acheloum ponunt plures, qui usque ad eam navigabilis fuit. Thucydidis aetate fuit *μεινυ* et postea Persei *validissima urbs*, v. Livius XLIII, 21, 6. qualis etiam ante eum fuit. *Dodonaei*] tacite simul urbem indicat, quae *Δωδώνη*, passim et *Δωδών* vocata est. Varias nominis causas adferunt, quarum probabilior ducta est a Dodone, Epiri fluvio. Alii ponunt in Thesprotide; alii in Molosside, quem dissesum componit Strab. VII, p. 227. l. 328. ubi docet, olim sub Thesprotorum potestate fuisse, post ad Molossos venisse, qui praeter alios Epirum olim tenebant. Epiroticam hanc urbem condidisse videtur Deucalion, cum post diluvium ex Thessalia eo venisset. In hac praeter oraculum jactatur *aes Dodonaeum*. Stabant nempe duae columnae vicinae, quarum in altera erat pelvis aerea, in altera pensile pueri simulacrum, manu flagellum aereum tenentis, quod vento impulsim pelvim feriebant et longum tintinnum edebat. Hinc Dodonaeum aes de garrulo homine. Ducitur inde *Dodonaeus* et *Dodonis*, ut *querqus* ap. Ovid. Met. XIII, 716. Alia Dodone fuit in Thessalia, quam memorat Homer. Il. II, 648. *templum*] et oraculum celeberrimum, quod Horod. II, 52. omnium

graecorum oraculorum vetustissimum praedicat, aliique ad Deucalionis tempora revocant. *Depona Pelasgiotides* vocat. Scymnus, unde ipse Iupiter Dodonaeus *Pelasgicus* audit. Fuit nempe prope Dodonam quercetum Iovi sacrum, in quo columbae duae responsa edebant, quas proprie vetulas fuisse sapientiores volent ex lingua veterum Thessalorum, in qua *καλαϊάδες* sic adpellabantur. Hinc *ἐκ δευτέρου μαντρίων* vocatur. *fons*] eadem de hoc fonte tradunt Plin. II, 106. l. 103. et Lucret. VI, 879. qui et causam explicare conatur. In loco, ut sit, variant auctores. Similem hanc fontem in Gallia non longe a Gratianopoli commemorat August. de civit. Dei XXI, 7. cuius quidem vis hodie perit, *proci*] Plinius l. c. tantum: *si excelsitas admoventur, accendit*: quare quidam procul *αἰχμητὸς* prope valere existimant, inducti Donati ad Terent. Hecyr. IV, 3, 2. et Servii ad Virg. Ecl. VI, 10. Aen. VI, 10. explicatione. Sed merito dubitare licet, cum, *ali* recte Perizon. ad Sanctii Minerv. I, 16. n. 7. monet, *procul* separationem a loco, sive ea longius sit, sive brevior, indicet.

§. 6. *per Demetrium*] h. l. *per* est praeter, ut ap. Lucan. VIII, 275. *Demetrium*, gr. *Δημητρίων*, diversum est a Demetriade in Pelasgiotide, est, ut alibi, sic his quoque utraque urbs confunditur. Homer. Il. II, 696. habet *Δημητρεὺς τίμανος*, eamque urbem innuit, quamvis alii ad Pyraeum adpositam urbem referunt. A Thebis distabat 20 stadiis ad Thessaliam circa Crocotum campum,

Argon, et Echinon ad Pagasæum finum cursus est. Ille urbem Pagasam amplexus, amnem Sperchion accipit: et, quia Minyæ, Colchida petentes, inde Argo navem solve-  
re, memoratur. Ab eo ad Sinium tendentibus illa præ-

per quem Amphrysus labitur. *Halon*] gr. Ἀλος utroque spiritu et genere. Conditorem producant Athamanta et nomen inditam esse fertur ἀπὸ τῆς ἄλης, ἥτοι πλάνης, ἢν ἔπαθον εἰς μανίαν ἀπαρῶν. Stephanus ponit in Phthiotide ad finem Othryos montis, quod duxit ex Strab. IX, p. 298. l. 433. Alii in ora maritima ponunt, quod et probat Mela: inde vero duas ejus nominis urbes adstrunt. cf. Schlichthorst in Geogr. Hom. p. 98. Incolae dicuntur Ἀλεῖς. *Pteleon*] gr. πτελεός et πτελεόν, et incola πτελεούτης, πτελεούτης. Ita dicta est, ὅτι πολλὰς ἔχει πτελέας: quod an de hac urbe valeat, dubitari potest, cum plures hujus nominis essent. Dnas novit Homerus, unam Il. II, 594. in Elide, quam nostrae coloniam facit Strabo, alteram Il. II, 697. in Thessalia. *Echinon*] gr. ἔχινος, gent. ἔχινάτος. Conditorem faciunt Echinum et in Phthiotide ad fauces Sperchii fluvii ponunt. Vicinas urbes commemorat etiam Polyb. XVII, 3, 12. et XVIII, 21, 3. c. Livio XXXII, 33. Fuit et urbs cognominis in Aegyrnania. *Pagasæus*] varie vertitur nomen, ut παγαστικός κόλπος, *Pagasicus* ap. Pl. II, 3. l. 12. Nominis causa in promptu est; vocatur et *Pelagicus* a Pelasgis, qui olim accoluerunt. Os patebat 5 stadiis. H. *Golfo de Armiro* s. *Golfo de Volo*. Ceterum duplici modo errat Mela, primum quod per loca memorata ad finem Pagasæum perveniri dicit, cum potius per h. finem ad illa loca cursus est; deinde quod Sperchium in finem Pagasæum effluere refert, qui in Maliacum effunditur. *Pagasam*] Graeci frequentant παγασάι. No-

men derivent alii a dorica voce παγᾶ, fontes, alii a πῆγγυμι, quod ibi Argo compacta fuerit, quae inde *Pagasasa puppis* Val. Fl. VIII, 378. dicitur. Ponitur in Magnesia, in Thessalia, et Phthiotide, quod locorum vicinia facit et nominum cognatio. Navale habuit, ubi Argonautae convenerant. v. Orph. Argon. v. 110. Notatur etiam templum *Pagasæi Apollinis* a Schol. Apollon. ad I, 238. Incipit autem inde Thessalia stricte dicta, cum priora oppida sint Achajae Phthiotidis. *Sperchion*] gr. Σπέρχειος, lat. *Sperchius* vel *Spercheos*: quo utroque modo recte scribi posse censet Drakenb. ad Liv. XXXVI, 14. f. Nomen ex re et undarum cursu traxisse dicitur. Oriebatur in monte Tymphresto, praeterfluebat Anticyram, et prope Thermopylas inter Trachinem et Lamiam in finem Maliacum effluebat. v. Strab. IX, p. 298. l. 433. *Minyæ*] gr. Μινυάι h. e. Argonautae, est variae nominis causae feruntur: quippe alii id a Minyæ, Thessalorum rege, alii a Minyæ filiabus deducunt, unde principes Argonautarum cum ipso Iasone oriundi erant; alii aliunde, v. Heyne ad Apollod. p. 143. et 178. *Argo*] gr. Ἀργία. Nominis variae causas adferunt, v. c. ab Argo auctore; ab Argo, Phryxi filio etc. De ipsa navis fabricatione, structura, cursu aliisque expofuerunt peculiaribus carminibus Orpheus, Apollonius Rhod. et Valerius Flaccus. Finito cursu eam Iason Neptuno consecravit, vel Minerva inter astra conlocavit. v. Heyne ad Apollod. p. 227 lqq. Ejus fragmentum Martialis tempore Romae ex-

naviganda: Maliacus et Opuntius, grandes sinus, et in his caesorum etiam Laconum tropaea, Thermopylae, Opoë, Scarpha, Cnemides, Alope; Anthedon, Larymne, Aulis

rique tamen *Πόλις*. Colchos conditores faciunt cum Mela multi, quos nimirum, cum ad repetendam Medeam ab Aeete emissi essent, in illis locis confedisse fabula narrat. Fuit urbs Istriae et posita in sinu, quem Polaticum vocat Noster. cf. Strab. VII, p. 217. l. 314. Plinii tempore dicta est *Pistas Julia*. H. *Pola* esse putatur, urbs nota, et antiquae rudera conspici quidam adfirmat. *in — transeunt*] haec verba genitiva sunt. Mela enim magnam in hoc rerum conversionem, quod civitas a barbaris Colchorum exulibus condita et habitata, nunc a civibus Romanis inhabitetur, ab aliis quoque penitus percipi cupit. *Aeas*] gr. *Αἰας*. Ita *Aoum* vocavit Hecataeus, teste Strabone, et Plin. III, 26. l. 23. *flumen Aous*, inquit, *a quibusdam Aeas nominatum*. Flecitur *Aeas*, *Aeantis*. Oritur in Pindo monte, praeterfluit vel interfluit Apolloniam et in mare Ionium exit. H. *Laos*. *Nar*] gr. *Νάρων*. Ponitur in Dalmatia et h. *Narenta* vocari putant. Pintianus vero correxit. *Narq*, ut ab eo distingueretur fluvius Italiae *Nar*. Non male. Pintiani emendationem probat etiam Titianus in Biblioth. lat. class. T. I. p. 214. Idem posteriorum hujus loci partem, quam multi mendosam judicaverunt, sic restituerententavit: *et alius, quam dictus est, Ister*. Quae correctio, licet ingeniosa sit, Mela tamen obtrudi nequit, quippe qui vulgaram de altero Istri in Adriaticum mare exita errorem secutus, Danubium et hic locus commemoravit. Vide de hoc errore ad

emittitur Tergestum, intimo in sinu Hadriae situm, finit Illyricum.

## C A P. IV.

## I T A L I A,

- 1 De Italia, magis quia ordo exigit, quam quia monstrari eget, pauca dicentur: nota sunt omnia. Ab Alpibus incipit in altum excedere, atque, ut procedit, se media perpetuo iugo Apennini montis adtollens, inter Hadriaticam

cap. 4. §. 4. Notetur igitur hic locus, nec corrigatur! Tergestum] gr. *Τεργεσι*, *Τεργεσι*, [ed *Τεργεσι* vocat Ptolem. III, 1: et sic dant optimi Codices, quos sequimur. Vaga omnino est nominis terminatio. Dicitur ab ea urbe finis Tergestinus in Plin. III, 29. l. 18. Nomen a Tergesto quodam ducunt. Coloniam vocant Plinius et Ptolemaeus et in Ithria ponunt. Mela in intimo Hadriae sinu ostendit et sic Dionys. Perieg. v. 582. *μικροῖς ἐν τῷ ὄρει πύργοις*. Plura de hac urbe attulit Cluverius in Ital. Antiq. I, 20. p. 197. H. *Trieste*. Illyricum] gr. *Ἰλλυριῖν*: sic etiam usitate Latini: Graecis tamen *Ἰλλυριῖς*, sc. *ῆς*, quod imitatur Mela I, 3, 4. rarior forma est *Illyria*. Populi *Ἰλλυριῖν*, *Illyrii*, pro quo passim male *Illyrici*. v. supr. §. 12. Nomen derivant ab Illyrio, quem nonnulli Cadmi filium faciunt, secuti famam de huius secessu in Illyricum factaque ibi mutatione in serpentem. v. Heyne ad Apollod. p. 579. Regionis fines diverso tempore diversi fuerunt: Illyricum mox latiori mox actiori sensu ponitur, ut ap. Melam §. 12. Cum Strabonis aetate (v. VII, p. 217. l. 314.) Italiae fines ad Polam pertinerent et Plinii (III, 23. l. 19.) ulterius ad Arsam flumen, Mela ea omnia loca ad Illyricum refert et in Venetis et Carnis consistit. See. Plin. III,

20. l. 26. Liburniam et Dalmatiam complectitur et 800 M. P. longitudinem habet. Postero tempore plures additae sunt provinciae, quae praefecto praetorio Illyrici parebant. Hodie ex Pliniana finium descriptione est *Dalmatia*,

## C A P. IV.

§. 1. *Italia*] gr. *Ἰταλία*, incolae *Ἰταλοί*. Nomen sortita est secundum alios ab Italo, rege et duce Siculorum, secundum alios vero a bobus, quos Graeci lingua veteri *ἰταλός* vocarunt. Antiquiora ejus nomina fuerunt *Hesperia* ab Hespero, Itali fratre, vel, ut alii volunt, ab Hespero, sideri vespertino; porro *Aufonia* ab antiqua interioris Italiae incolis *Saturnia* a Saturno, qui ibi laetuit (v. Ovid. Fast. I, 53.), unde pars Italiae dicta est *Latium* latente deo; *Oenotria* ab Oenotro. Vide de his nominibus Heyne ad Virg. Aen. I. Excurs. XXX. Fines Italiae fuerunt olim contractiores et Bruttium partemque Lucaniae complectebantur. Ab Alpibus] v. infra §. 10. Ventustiores, ut et Ptolemaeus, non Alpes, sed Varum fl. Italiae limitem statuunt. *excedere*] nempe ex limite, quem continentis Alpes videbantur facere. *Apennini*] gr. *Ἀπέννινος ὄρος*: saepe etiam simpliciter, ut Sil. Ital. II, 314. 533. *Melina*

um et Tuscum, sive (ut aliter eadem adpellantur) inter  
uperum mare et Inferum excurrit, diu solida. Verum  
bi longe abit, in duo cornua scinditur, respicitque altero  
iculus pelagus, altero Ionium: tota angusta, et alicubi  
ulto, quam unde coepit, angustior. Interiora ejus aliae  
liaeque gentes; sinistra parte Carni et Veneti colunt To-  
atam Galliam: tum Italici populi, Picentes, Frentani,

tribitur duplici n. sed locus  
uplici p. est. Ruperti ad Sil. Ital.  
t Oudendorp. ad Sueton. Iul.  
Caes. c. 44. Nominis causa incer-  
ta est. Excurrit a Ligurum fini-  
bus perpetuo dorso per omnem  
eliquam Italiam ad fratum us-  
que Siculum in promontorium  
Leucopetram. *Hadriaticum*] alias  
etiam *Hadriannam*, *Hadriacum*,  
vel *Hadria*. Olim *Atriacum*,  
post *Adriaticum* adpellatum ab  
*Adria*, Tuscorum urbe, scribit  
Plin. III, 20. l. 16. Apollon. Rhod.  
IV, 327. κρήνη ἄλα vocat, quia  
ibi Saturnus regnavit. *Tuscum*]  
alias *Etruscum*, *Tyrrhenum*; τερ-  
ρηνικὸν πέλαγος ab occasu Italiae.  
f. Burmann. ad Ovid. Met. III,  
386. *H. mare di Toscana*, illud  
*Golfo di Venezia*. *superum*] ita  
haec maria adpellantur, quia  
partes mundi boreales existima-  
bant esse altiores, quam austre-  
res. Sic etiam *supra*, *infra*, ut  
*ascendere* et *descendere* usurpan-  
tur, ut illa orientem, haec occi-  
dentem spectent. *solida*] i. e.  
nullos sinus admittens. *cornua*]  
i. e. promontoria, alterum Sa-  
entinorum, alterum Leucope-  
tram. *Siculum*] ita omne mare  
dicitur, quod quavis ex parte in  
Siciliam protenditur. v. Burm.  
ad Phaedr. II, 5, 20. *angusta*]  
Plin. III, 6. l. 3. ejus speciem  
cum querno folio comparat.

§. 2. *sinistra parte*] Mela con-  
stat, quasi in media Italia, ita  
ut auro adversus dextra occa-  
sum, sinistra orientem habeat.  
[Carni] fuerunt Celtici generis:

Melae aetate hunc tractum te-  
nuisse, testantur etiam alii. Ve-  
netis facit vicinos Strab. V. p.  
149. l. 216. *Alpes Carnicae* fines  
versus septentrionem constitu-  
erunt: in ceteris terminia discre-  
pant auctores. *Veneti*] Graecis  
sub Imp. Rom. dicuntur *Οὐένετοι*  
s. *Βενετοι*, antiquioribus *Εβενετοι*,  
*Heneti*. De eorum origine diver-  
sas feruntur narrationes: alii  
Gallorum progeniem, alii He-  
netorum quosdam ex Paphlagonia,  
Antenore duce, e bello Trojano  
huc evasisse putant, cf. Strab. V.  
p. 146. l. 212. Posteriores sen-  
tentiam vero similem faciunt Li-  
vius I, 1, Strab. XII, p. 374. l.  
548. imo Herodot. I, 196. qui  
Henetos Illyriam gentem vo-  
cat, et lib. V, 9. juxta Hadriam  
locat. Scilicet Heneti seditione  
ex Paphlagonia pulsi, et sedes et  
ducem, Pylasmene rege ad Tro-  
jam amisso, quaerentes in inti-  
mum maris Hadriatici sinum ve-  
nerunt, unde locus *Troja* ibi di-  
citur, a quo *pagus Trojanus*,  
Regionem veteres Venetiam di-  
xerunt. *Togata Galliam*] in  
Italia fuit varie adpellata, v. e. ἡ  
καὶ πᾶσιν Γαλατία s. *χώρα*, quia Pa-  
dus eam mediam secabat, unde  
etiam Gallia Transpadana et Cis-  
padana. *Togata* dicitur, quia Ro-  
manorum urbano vestitu incolae  
utebantur. Olim terminabatur  
flumine Aesii, postea Rubicone,  
ut tradit Strab. V, p. 150. l. 217.  
et Sueton. in Iul. Caes. c. 31.  
Hodie esse *Rugon* docet Volk-  
mann Nachrichten v. Italien T.

Dauri, Apuli, Calabri, Sallentini. Ad dextram sunt sub Alpibus Ligures, sub Apennino Etruria; post Latium, Volsci, Campania, et super Lucaniam Brutii. Urbium,

III, p. 461. *Picentes*] gr. *πικετοι*, vel *πικετοι* et *πικετοι*; regio *πικετοι*, lat. *Picenum* l. *ager Picenus*. Fuit gens Sabina, Umbris contermina. Ab iis distinguendi sunt *Picentini*, qui ad mare Etrussum habitaverunt; a graecis auctoribus aliquoties commiscetur. cf. Appian. de B. Civ. I, 89. ibiq. Schweighäuf. p. 694. *Frentani*] gr. *φρεντανος* et regio *φρεντανος*, est alii *φρεντανος* urbem Apuliae respicientes *Frentini* scribere malunt. Fuerunt Sabinae progenies inter Marucinos et Apulos porrecta ab Aterno fluviò ad Frentonem, a quo etiam nomen quidam derivant. *Dauri*] gr. *δαυρια*; regio in parva lingua *Dauria*. Polyb. III, 89. partem Iapygiae l. Apuliae fuisse scribit ex tribus illis, quae eam constituebant. Strabo VI, p. 191. l. 277. Iapygiae incolae fuisse narrat *Sallentinos*, *Calabros*, *Peucetios*, *Daurios*, post Calabros omnem regionem ab incolis dictam esse *Apuliam*. In constituendis horum populorum terminis auctores valde fluctuant. *Apuli*] rectius per *p* simplex scribitur, quia Horat. III, od. 4. 10. alias primam syllabam non eorripere potuisset. Regio *Apulia*, cuius finis a Tarentone fl. et supero mari ad Brundisium usque, inde ad Bradanum fl., hinc ad fontem, qui a Lucanis separat, ponit Claver. in Ital. Ant. IV, 11, p. 1210. ita ut Peucetiam, Calabriam et Dauriam simul complecteretur, quae Melae divisim ponit. *Calabri*] Regio *Calabria*, dicta etiam *Messania* (v. Plin. III, 16. l. 11.), a Graecorum duce, quem Antheides ex Boeotia huc devenisse et nomen huic terrae impoisse re-

fert Strab. IK, p. 279. l. 406. Calabrorum nomine dictos quosque fuisse *Sallentinos*, conicere licet ex Frontin. I, 3. et Plutarch. in Pyrrh. c. 13.; quare etiam Claver. l. c. IV, p. 15. ap. 127. adfirmat, Calabriam in duas divisam fuisse partes, quarum unam *Calabri*, alteram *Sallentini* incoluerint. Ceterum locus *Sallentini* per simplex l. scribitur. *Ligures*] gr. *λιγυροι*, vel *λιγυροι* l. *λιγυροι*, olim et *λιγυροι*, ut ap. Latinos, v. c. Liv. XXXII, 21. regio *λιγυροι*, *λιγυροι*, eadem *λιγυροι*, ut Latinos. Nominis origo incerta et fabulosa, nec minus gentis. Termini autem aliis temporibus alii fuerunt et olim ultra Rhodanum ad Pyrenaeos usque extendebantur. Iulii Caesaris tempore Arno terminabatur; post Augustus terminos ad Macram fl. contraxit. cf. Plin. III, 7. l. 5. *Etruria*] gr. *ετρουρια* et *ετρουρια*; inde *ετρουρια*, lat. *Tyrreni*, *Etrusci*, *Tusci*, regio *Tyrrenia*, *Etruria* et rarius *Tuscia*. Terminos Melae ex sua aetate etc. constituit a Luna Ligurum ad Pyrgos juxta Tiberiam. Originem populi a Pelasgis alii derivant (v. Heyne ad Gutherii Hist. Univ. P. IV, p. 6 sqq.); alii eos *αυριγανους* putant. *Latii* debatur in 12 urbes primarias, inclaudit potentia, luxu, et artificibus, de quibus Claver. II, 1. p. 419 sqq. exposuit, uti etiam ea, quae ad *Latium Speciosum*, collecta invenies III, 1. p. 787 sqq. Termini *Latii* fuerunt primum ab Aniene ad Tiberi ad Circaeum usque promontorium; et postea victis Aequis, Hernicis, Volscis et Anthonibus; *Latii* finis constituit Liris amnis. *Ceterum de Latio sunt laetis nota. Volsci] gr.*

puae procul a mari habitantur, opulentissimae sunt, ad sinistram Patavium Antenoris, Mutina et Bononia, Roma-

μελαενοι, Ουαλενοι. Alii quoque eam Nestro inter Campaniam et Latium locant. De eorum genere nihil certi adferri potest, sed penulteram eorum sermonem notant Grammatici. Olim sua habere fines, post Latio adjecti sunt. Mirum vero est, cur Melalios prisca populos, v. c. Sabinos, Umbros, praeterierit, Picentes et Frentanos, qui et ipsi olim Sabini fuerunt, adfert, Sabinos amen ignorat neque eorum oppida commemorat. Causa fortasse est, quod mediterranea erant et jam Frentanorum et Picentium enataverat. *Campania*] incolae *Campani*, quos a Samnitibus profectos et Oscam gentem fuisse putant. Fines diverso tempore diversi fuerunt: Mela eos ita indicat, ut oppida inprimis respiciat, nec tamen satis accurate designet; complectebatur autem ab hac parte, quidquid inter Lirim et Vulturnum situm erat. *H. Terra di Lavoro, Lucania*] incolae *Lucani*; gr. Λυκανία et Λυκανοί. Origo hujus populi derivatur a Samnitibus, cf. Strab. V, p. 158. l. 228. et terminatur Sirono fluvio. *Bruttii*] gr. Βρυττιοί, Βρυττιοί, consona geminata; regio Βρυττία l. Βρυττία. Olim Italia, post Oenotria dicta est, auct. Strab. V, p. 175. l. 254. et circumscripta fuit fluvio Lao et Sybari. *procul*] non stricte sumentium est: nam Mela omnino eas artes a mari procul abesse scribit, quae ab eo non adluuntur, v. I, c. 6, 1. *Patavium*] gr. Παταύιον, incolae *Patavini*. Post spinam antiquissima Venetorum arbs fuit et ab Antenore Tencro condita, v. Virgil. Aen. I, 242. Straboni V, p. 147. l. 215. πατὴν καὶτὴν ἐπίτα-τὴν κίλην vocatur, in-

claruitque maxime Livii natalibus. Perfluebat eam *Meduacus* minor, h. *Bachigliano*, praeterfluebat *Meduacus* major, h. *Brenta*, in cujus sinistra ripa sita erat. *H. Padua, Mutina*] gr. Μούτινα; incolae *Mutinenses*. Coloniam Romanorum vocant et alii, sed in tempore, quo fuerit deducta, discrepat Liv. XXXIX, c. 55. 6. et Polyb. III, 40, 18, quorum prior id factum scribit M. Claudio Marcello et Q. Fabio Labone Cfl. a. u. 569; posterior Scipionis tempore, i. e. 34 annis ante, ubi Livius XXI, 25. Mutinam a Bojis obsessam et praesidium Romanorum in periculo fuisse commemorat. Idem tamen lib. XXXV, 39. narrat, a. u. 561. P. Cornel. Scipionem Bojos devictos agri parte fere dimidia mulctasse, quo, si vellet populus R., colonos mitteret: quod factum est a. u. 569. Innotuit maxime bello Mutinensi, v. Sueton. Aug. c. 9. Appian. d. B. C. III, 49. τίλην εὐδαίμωνα et Cicer. Philipp. V, 9. firmillimam et splendidissimam P. R. coloniam vocat. In Bojis olim sitam fuisse, testatur Livius XXXIX, 56. Locus fuit juxta Aemiliam. *H. Modena*. *Bononia*] Sic etiam Graeci; incolae *Βονωνιάται*, *Bononenses*. Coloniam et alii vocant, quam deductam scribit Livius XXXVII, 57, 7. a. u. 563. Manl. Vulfone et Fulvio Nobiliore Coss. Dicta quoque est sec. Plin. III, 20. l. 16. *Felsina*: quodsi eadem urbs est, a. u. 556. antiquum adhuc nomen habuit, et *Bononia* intra an. 556. et 563. dicta est vel a Romanis vel a Gallis, ut Cluverius Ital. Antiq. I, 28. p. 285. vult. Auxit eam Augustus sub belli Actisici initium novis colonis. Sita erat

3 norum coloniae: ad dextram Capua a Tuscis, et Roma, quondam a pastoribus condita; nunc, si pro materia dicitur, alterum opus. At in oris proxima est a Tergeste Con-

non procul a Mutina. H. Bologna. Capua] gr. κάρυ. Strab. V, p. 172. l. 248. *μυρρίπαιτε* Campaniae, *καρῶν τῷ ἔντι* ex etymo vocis appellat; conient in etymo Florus I, 16, 6. Contra Livius IV, 37. a Capye, Samnitium duce, vel, quod vero proprius putat, a *campesiri* agro derivat, cui adsentitur etiam Plinius. Strabonis ratio ad adfisionem potius spectare videtur. Vetus nomen fuit *Vulturium*, teste Livio c. l. Incolae *Campani* ap. probos auctores, et sequiori tempore analogiae convenientius *Capuani*, quia Graecis *καρυαυοί* dicuntur et *Campani* ad regionis incolae pertinere videtur, est et *Campanus* ap. bonos auctores strictiori sensu pro *Capuanus* l. *Capuanis* occurrit, ubi nexus consulendus. Antiquissima fuit urbs. Vellej. I, 7, 2. ante annos fere 830 conditam faisse scribit cum Nola, i. e. 48 annis ante Romam, Ejus amplitudinem et opes praedicat Livius IV, 37., notatque luxuriam ejus et subsecutam superbiam: his vero delictis Hannibalis exercitum mollivit et perdidit, unde *Capuam Hannibali Cannas fuisse* vero et argute dictum esse notat Florus II, 6, 21. Ob defectum ad Hannibalem a Romanis iterum cepta et aliis privata est commodis publicis, v. Liv. XXVI, 16. quod factum est a. u. 541. sed jus pristinum recuperavit a Jul. Caesare Conf. v. Vellej. II, 44, 4. Coloniam eo deduxerunt Brutus, Solla, et inpr. Jul. Caesar et Augustus, unde *Col. Julia Felice Aug. Capua*. In sinistra Vulturii ripa hodie ejusdem quidem nominis urbs existat, sed ruinae variae et insignes

testantur; veteris locum quaerendum esse, ubi nunc S. Maria di Capua l. S. Maria delle Grazie, a Tuscis] eodem conditores facti Vellej. I, 7, 2. nam Etruscorum tanta fuit in Italia dominatio, ut ab Alpibus usque in Campaniam omnia habuerint *domina Roma*] unde nomen accepit, a quo et quo tempore condita sit, non satis constat: v. Dionys. Halic. I, c. 72 et 73, qui tres eisdem nominis urbes inveniri posse adfirmat; quarum tertia ante Aeneae Trojanorumque adventum in Italiam condita fuerit: sed, quia Livius de his senserit, in Praef. exposuit. Montibus 7 imposita stetit, portas habuit 37, regiones 14, multos pontes et aquae ductus insignes, plurima aedificia et templa magnificentissima, quae ex Adleri Alauf. Beschreib. d. Stadt Rom Altona 1779. aliisque libris peti possunt. Verissime eam ad summum potentiae fastigium evectam *τὴν ὑψηλὴν γῆν καὶ θαλάσσης ἀπέναντι τῆς* appellat Dionys. Hal. I, 9. et aliis titulis ornatur in veterum libris, v. c. *gentium domina*, *lax orbis terrarum, vertex mundi*, *princeps urbium*. opus] refer ad descriptionem et libri molem, quod suadet verbum *dicatur*.

§ 3. proxima] valde errare videtur Melae, cum inter Tergestum et Concordiam Aquileja sita sit: sed quis haec non in ora est, Tergesti dicit Concordiam proximam, est nec Concordia proprie urbs litoralis est: interim eo parvam a mari distantiam excusari potest; et quod ad cetera pertinet, sic videtur esse intelligendus Melae, inter Tergesten et Concordiam Timavam et Natifonem fluere,

ordia. Interfluit Timavus, novena capitibus exurgens; in ostio emissus: deinde Natiso non longe a mari citius attingit Aquileiam. Ultra est Altinum. Superna lata occupat litora Padus. Namque ab imis radicibus Vesuli

Natisonem autem attingere Aquileiam; ultra Concordiam vero situm esse Altinum. [Tergeste] v. supra c. 3. extr. [Concordia] gr. *Ἰωνοῦσα*. Plin. III, 22, l. 18. in Venetia ponit et cum Ptolemaeo III, 2, coloniam vocat: Cognomen habet *Iullae*, quo simul proliitur, qui deduxit. Inde via publica ferebat per pontem Liuentiae et oppidum Altinum in interiorem Italiam. Hodie quibus eodem nomine dici putant, illi hostiam everisam esse continent: [Timavus]. gr. *Τίμαρος*, v. *Ἰωνοῦσα*, vario ap. veteres occurrit itur: Mela inter Tergesten et Concordiam ponit, ita tamen, ut, quia Natisonem Aquilejae propius admoveat, inde magis versus Tergesten fluat, quamvis vel sic longius ab ea urbe abest. Virgil. Aen. I, 144, eum circa Pavium commemorat, quare Stadius IV. Sylv. 7. extr. Livium *Timavi alumnus* dicit. Sed plerique ilque gravissimi auctores eum ultra Aquilejam ostendunt et cum Mela consentiunt, itaque iinera. Pluribus fontibus eum prodire, adfirmant et illi, sed de numero controversia est: cum Nostro faciunt. Virgilius c. l. et Claudian. de VI. Conf. Honr. v. 198. sed cum aliis Strabo V. p. 248. l. 214, tantum 7 notat, et Timavum e montibus deapsam sub terra occulti et sic 130 iadia emensum, sibi iterum immerferit, in mare excurrere narrat: quod confirmat Cluverius, qui illa loca adierat. *ano ostio*] id quoque firmant Strabo et Cluverius. In hoc autem ostio portus fuit, quem praeter Strabonem etiam Livius XLI, c. 5, 2. commemorat. *Natiso*] gr. *Νατίσιον*

in Carnis; praeterfluebat Aquileiam, et alii quoque referunt. Disputatur vero hodie, qui nunc sit verus veterum Natilo. Alii enim est *Natison*, alii *Natissa*, alii *Lisonzo*, olim *Sontius*; v. Cluver. Ital. Antiq. I, 20. p. 185. l. 19. cui *Natissa* antiqui Natisonis sive est. [Aquileja] gr. *Ἀκυλία*, incolae *Ἀκυλιῶτες*, *Ἀκυλιῶτες*, *Ἀκυλιῶτες* et *Aquilegionenses*. Nomen derivant ab aquila, dextra, cum urbs conderetur, advolante. Fuit urbs perantiqua, quam Strabo V. p. 148. l. 214. conditam scribit contra barbarorum incurfiones, et Livius XL, c. 34. refert, P. Cornel. Cethego et M. Baebio Tamphilo C. s. n. 571. deductam esse eo coloniam. Illi autem barbari sunt *Galli Transalpini*, qui, ref. Livio XXXIX, c. 23, c. 24, m. 566. haud procul inde, ubi post Aquileja stetit, locum oppido condendo ceperunt. Amplitude ejus discitur ex Herodian. VIII, 8. f. Maximinus eam gravi, licet irrita, obsidione vexavit, post Attila vastavit. Hodie ad tranquillitatem redacta pauperes incolit, piscatores maxime, continet. *Mela ditam* vocat ob situm mercaturae aptissimum, et verba non longe a mari illustrat Strabo, qui adverso Natisonem ad eam navigari *ἔστι ναυλοῦν ἢ 60 ἡμέρας* l. c. 7. M. P. narrat. *Altinum*] gr. *Ἀλτινον*, incola *Altinenses*. In Venetiae urbibus mediterraneis ponit Ptolemaeus, intra paludem Strabo l. c. fortasse ad fluvium Silim, h. *Sile*, unde *Altini litora* memorantur a Martial. IV, 25: qui et lanae praesentiam in ovibus praedicat. H. *Altino*. §. 4. *Padus*] Sic et graeca. Nomen nactus est, ut quidam se-



montis exortus, parvis se primum e fontibus colligit; aliquatenus exiit ac macer, mox aliis amnibus adeo augetur ac fit atque alitur, ut se per septem ad postremum ostia effundat. Unam de eis magnam, Padum appellant. Ind

sunt, a pictarum multitudine circa fontem, quae Gallice vocantur *padi*, al. *padet*: alii tamen abier. Graecis olim dictum fuisse Eridanum, Phaethontis podus nobilem, notavit Plin. III, 20. f. 16. quod nomen poeticum senset Pappianus II, 16, 6. et hinc forte Noster emisit. Alios vero Eridanum Pado vicinam fecisse, adparat. ex Strab. V. p. 149. l. 215. qui usque ad Eridanum fuisse negat: confectum item ab aliquo postarum graecorum iudicet Herod. III, 115. Additur huic studio fere semper *electri* l. succini mentio: quod quum a solo Prusae litore antiquitus missum sit, h. fluvium in illis regionibus quaesiverunt Viri Docti, quorum tamen conjecturas de hodierno illius alveo non meramur. De nostro autem Eridano et Pado eorumque nominibus plura dedit Cerda. ad Virg. Aen. XI, 482. *Vesuli montis*] Situs est hic mons in finibus Ligurum Vagiennorum. in cacumen Alpium elatus cellissimum, et h. *Vesio* l. *Viso*; *la mont Vesoul* in Pedemonte vocatur. Oritur autem ibi Padus ex tribus fontibus, ut tradit Serv. ad Virg. Aen. XI, 457. idque firmat Cluverius *utroque exiit ac macer*] nempe vix aliqua ejus vestigia super terram adparent et *se cuniculo condere et magro Vibiano iterum exoriri* narrat Plinius ejusque imitatores. *alii amnibus*] Plinius, Solinus et Marcian. Capella 30 norunt, sed Cluverius I, 36. p. 407. hodie 40 numerari adfirmat, quorum 15 laeva, reliquos dextra ripa recipiat. His addendi sunt lacus in eum se cum amnibus exone-

rantes, in quibus tres maxime recenset Strabo lib. IV. extr. *Bonacum*, h. *lago di Guardia*, *Vabannum*, h. *lago maggiore*, et *Lariam*, h. *lago di Como*. — *septem — ostia*] Plin. III, 23. l. 19. eorum Padus tradit esse 398. M. p. quod a vero non abhorreere adfirmat Cluverius. Polyb. II, 16. *duo tantum* habet ostia, unum *maius*, alterum *minus*, quae fuerunt vel praecipua, vel antiqua, post quas quae alii tuta: quae haec sunt: 1) *Padua* l. *Padusa* ap. alios, qui et alveum Sadi faciunt, ut Virg. Aen. XI, 489. alii *paludem*: nempe *alveus* Padi a scissione ad Trigabulos l. a juxta Ferrarium vocabatur usque ad mare, ubi se in *paludis* l. stagni modum distendit; illi h. *il Po d'Argenta* et ostium *il porto primario* ardit. Vocatur etiam *Messanicum*, *Spineticum*, *Vatrenti portus* et *Eridanus*. 2) *Capresae* ostium et 3) *Sagis*. Aboliri fere sunt hi et alii, quia impetus Padi in Philistinam fossam erupit, neque hodie nominari erui possunt. 4) *Volana*, ante *Olane*, cui h. integrum nomen mansit *porto di Volana*. 5) *Augusta fossa*, ab Augusto Imp. facta, et h. *fiume vecchio* dicitur ibique oppidum *Aosta* est. 6) *Fossione Philistinae*, alii *Tartarum* vocant, et hodie fortasse *il canale di Lardo* vel *dello Bedo*. 7) *Carbonaria*, h. *il Po d'Arzano*. Ceteram recte Plinius de Pado: *nihil austrinum*, inquit, *claritate inferior*: nam et *rex fluviorum* est Virg. Georg. I, 482. eumque poetice descripsit Lucan. VI, 272 199. *Unam — Padum*] Sensus esse potest, vel unum de Padi ostiis ita adpellatum fuisse, vel unum, quod magnum et

ant citus profusa, ut de cunctis fluctibus diu qualem emissa,  
indam agat, suumque etiam in mari alveum seruet, donec  
vix ex adverso litore Istriæ eodem impetu profuens Ister  
minis excipiat. Hæc re per ea loca navigantibus, qua  
utrinque amnes eunt, inter marinas aquas dulciam haustus  
fit. A Pado ad Anconam transitur Ravenna, Ariminum,  
Pisaurum, Fanestris colonia; flumen Metaurus atque Ae-

nam maximum fuit, Pado  
betam fuisse. Praestitit post  
ine. *Istria* v. *Istria* v. 106. 8.  
Nomen regionis Istriæ varii au-  
toribus ab eo derivant. Sed et Da-  
ribianam eundem fuisse passim ad-  
ducunt; plures autem ejus partem  
in Adriaticum mare educunt,  
s. Apoll. Rh. IV, 301. Strab. I,  
p. 31. l. 46. aliique, quorum ten-  
entia nonnulli tanquam fabulam  
exhibent: quæ inde orta est,  
quod Argonautæ ex Ponto Istrum  
ingressi in mare Adriaticum per-  
venisse creduntur. Fluvius tamen  
Istri nomine in ea regione omni-  
no fuisse videtur, quia cum Me-  
ta post Plinium agnoscent. Sublit-  
gatur et hic fluminum mutatio,  
quæ adhaec aliquid forte ex læta  
Istria. Fluvius *Quieto*, qui ho-  
die adversus Pado exit, cum nul-  
lo feratur ferme impetu, cum  
ostro comparari nequit. *Umbri-  
ana*] omnia litora naturaliter  
quæ dulcis venas habere adfir-  
mat Hirtius de b. Alex. c. 8 et 9;  
sed et in plurimis maris locis dul-  
cis aquæ haustum esse, narrat  
Plin. II, 106. l. 203.

§ 5. *Ancona*] gr. *Ἀνκὼν*, in-  
colæ *Ἀνκωνίται*, *Ἀνκωνίται*, *Anconi-  
ana*. Nominis origo repetenda est  
forma Istra, ut in illis urbibus,  
v. Dropeum, Zante: de no-  
tra v. Plin. III, 18. §. 13. qui  
ant. Solinus conditores Siculos  
narrat, et Strab. V, p. 165. l. 241.  
Byzantinos, qui originis Doræ  
verint, unde *Doria* *Ancon* di-  
citur a Ioven. IV, 46. ubi simul  
Feneris templum stat. Vini et

triticii agrum fuisse feracem, ex  
Strabone adparet. Sita fuit in  
agro Piceno. H. quoque vocatur  
*Ancona*, portuque illustris est,  
et superest ibi Trajani arcustrium-  
phalus. *Ravenna*] gr. *Ῥαβέννα* l.  
*Ῥαβέννα*, incolæ *Ῥαβένναται*, *Ra-  
vennates*. Dicta olim *Ῥαβέννα* a cir-  
cumfluis aquis. Urbs fuit anti-  
quissima, Thessalorum colonia,  
eamque luculenter descripsit Strab.  
V, p. 148. l. 214. qui, licet in  
mediis paludibus sita sit, sala-  
brem tamen judicat, sed Martial.  
III, 56. cisternam ibi potius op-  
tat, quam vineam, *quam possim*,  
inquit, *multo vendere plus a-  
quam*: quis in mediis paludibus  
aquæ salubris inopia laborabat:  
inde lepide Sidon. Apoll. I, ep. 8.  
*filiunt*, inquit, *vivi, natant sepul-  
ti*. H. vetus nomen feryat. *Ari-  
minum*] Sic et in Graecis. Inco-  
læ *Ariminenses*. Umbriana et  
loniam facit Strabo Vi, p. 150. l.  
217. et 22 annis post, quam Galli  
erant expulsi, Romanorum: igitur  
ante Gallos Umbri tenebant.  
Idem portum et cognominem flu-  
vium memorat Strabo. Postea no-  
vam coloniam eo deduxit C. Octa-  
vius Cæsar, unde *Colonia Augusta*  
vocatur. Plutarch. in Cæsar. c. 52.  
*Ῥαβέννα* *Ῥαβέννα* *Ῥαβέννα* adpellat.  
A Ravenna aberat 30 M. P. Ho-  
die est Rimini l. Rimini. *Pisau-  
rum*] gr. *Πισαυρον*, oppidani *Pi-  
saurones*, gr. *Πισαυρον*. A fluvio  
Pisuro, h. *Foglia*, nomen petunt.  
Coloniam eo Romanos a. u. 569.  
deduxisse, narrat Liv. XXXIX,  
44; 50. et postea iterum Augu-

6  
 sis. Exim illa in angusto duorum promonteriorum ex d  
 verso coeuntium, inflexi cubiti imagine fedens, et ideo  
 Graeis dicta Ancon, inter Gallicas Italicasque gentes qu  
 terminus interest. Hæc enim prægressos Piceni litora c  
 cipinnt: in quibus Numana, Potentia, Cluana, Cupra  
 urbes; castella autem Firmum, Hadria, Truentinum:

stua insuunt inscriptiones. H. *Pesaro. Fanestris colonia* sic pas-  
 sam et alibi vocatur, ut a Virg. *V. 1.* et II, 9. f. et in Inscriptio-  
 nibus, æsi vltimatus sit *Fanum*  
*Fortunæ*, vel simpl. *Fanum*, ut  
 ap. Ital. Caes. de Bel. Civ. I. 22.  
 f. *Stracii* varia, effertur *1990. rfi*  
*1990.* cæteræ expressæ incolæ *Fa-*  
*nestris*. Memoratur portus et tem-  
 plum Fortunæ. H. *Fano. Me-*  
*tauræ* gr. *Metauræ*; etiam nou-  
 thro genere *Metaurum*. Fuit Au-  
 rium Umbrise, ab Apennino de-  
 lapsus in mare se effundit, ne-  
 que cum Metauro in Bruttis  
 commisceri debet. Inelaruit el-  
 do Hadrubalis, v. Liv. XXVII,  
 43. Horat. IV, 4, 37. H. *Metro*  
*f. Metaro. Aesii* sic et graeco.  
 Sejungit Umbriam a Pice-  
 no, et nomen illi datum a rege Aesii nar-  
 rat Sil. Ital. VIII, 444. H. *Gesa-*  
*no. duorum promonteriorum*  
 Strab. V, p. 166. l. 241. et Plin.  
 III, 18. f. 13. unam tantum com-  
 memorans promontorium, in An-  
 conæ sita. Sed cum ex Strabone  
 adpareat illud promontorium  
 v. *1990. rfi* *1990. rfi* portum  
 effecisse, Mela sine dubio, alte-  
 ram ejus partem paulum ex in-  
 flexu prominentem ad portum  
 que includendum necessariam,  
 alterum promontorium intelli-  
 git. Ex angusto igitur horum  
 promonteriorum ad flexum il-  
 lum formata, tanquam inflexas  
 cubitus, *Ancona* adurgebat. No-  
 minis causam explicat ipse Mela,  
 cuius et signum, manum cum  
 cubito, repraesentans numi. Sic  
 vero *Ancon* sæpe de curvo sinu  
 vel de locis dicitur, quæ in ma-

re excurrentia cubiti specie  
 præferunt. terminus] Strabo  
 p. 166. l. 241. p. 167. f. 13.  
 monet, prægressum Aesii, Aesii  
 Rubiconem statuisse terminum  
 g. 6. *Hæc* sic duo promo-  
 toria. *prægressum*] præ- in de-  
 positione, est hæc p. 9. præ-  
 ut. in. præ- ubi aliisque verbis  
 in quibus] sic litoribus. *Nome-*  
 na] ita occurrat apud alios et  
 Plin. III, 18. f. 13. qui a Sicilia  
 conditam, tradit, et hæc præ-  
 sita fuit. *Potentia*] colonia, Ro-  
 manorum. *1990. Liv. XXXI, 6*  
*44. inde ab n. 569. Colonia dicit*  
*Potentia. H. Porto di Potentia l.*  
*di. Rescussit. Cluana*] in eodem  
 præ- ubi Plinius l. 2. et  
 Cluver. II, 21. p. 734 locum hoc  
 esse putat, ad flumen *Chienta*, qui  
 vocatur *il piano di S. Gianso*.  
*Cupra*] h. scripturam tuentur Sil.  
 Ital. VIII, 432. et Inscriptiones.  
 Ut discernatur *montana*, vocatur  
*maritima. f. litorea*, ut ap. Sil. Ita-  
 licam l. 2. incolæ *Cuprenses*. Ce-  
 terum hæc litus mirifice, tenebatur  
 a Mela, *Stolamasso* et Plinio, sed  
 optime, ut Cluverius monet, de-  
 scribitur a Strab. V. p. 166. l. 241.  
*Firmum*] Strabo l. c. *1990. rfi*  
 et Valer. Maxim. IX, 15, 2. ibi-  
 dem *Picenum* addit, *Colonium*  
 fuisse, adparet e Vellej. I, 24. &  
 Cluverius putat. *Melam*, *erratis*,  
 qui inter castella numeraverit,  
 et *Castellum Firmum* ei fraudem  
 facill. Oppidum h. *Fermo*, s  
 M. P. a mari remotum est, quod  
 ab hoc oppido h. *Porto di Fermo*  
 vocatur. *Mela Castellum Firmo-*  
 norum intellexit, sed præter alio-

t fluvio, qui praeterit, nomen est. Ab eo Frentani jam Matrini habent et Aterni fluminis ostia, urbes Bucam et Histonium: Dauni autem Tifernum amnem; Cliterniam, Larinum, Teanum, oppida; montemque Garganum.

um morem indicavit. *Hadria*] inspiratio in omnibus fere libris ipsest: v. Drakenb. ad Liv. XIV, 10, 10. gr. Ἀδρία, et inde Ἰσπρία et Ἀδριατικός. In Piceno renset h. oppidum etiam Plinius, d. perperam ab eo maris Hadriatici nomen derivant, quod alii Hadriae ad Padi ostia in Vetus tribuitur. Tuscorum colorem facit Cluver. II, 11. p. 747. refert vero Mela, qui castellum locat et inter Firmum et Truentium ponit: Plinius 7. M. P. a mari removet. H. *Atri*. *Truentium*] in Strab. V. p. 166. f. 241. οὐεντίως ποταμὸς et πάλαι Ἰπώνυμος. ap. Plin. III, 18. f. 15. *Truentium* cum amne, quod primitivum nomen esse videtur, et *Truentium* derivatum, quod ad castrum fertur. Quia Liburni antiquissimi fuerunt ejus orae incolae, sum Truentium penniniquum sit, sed incertum est, in utraque fluvii fuerit, cum hodie utraque aedificiis sit confusa. H. *Onto*. *Frentani* — *Aterni*] in c. misere vexato loco secuti sumus Ciaccopii emendationem. *atrini*] occurrit hic fluvius ap. ab. l. c. qui cum ab Hadriae orae ejusque navale habere scribitur, unde h. esse putatur *la Piom*. *Aterni*] memoratur itidem Strabone l. c. aliisque. Serius nomen esse videtur *Piscaria*, quod h. quoque firmatur, quia hod. *Pescara* est. *habent*] i. e. tenent, possident, habitant, ut gr. οὐεντίως: sic III, c. 9. §. 1. *Bucam*] βούνα, ut Strab. V. p. 167. l. 1. qui Frentanis tribuit; occurrit haec urbs cum *Histonium* ap. Plin. III, 17. f. 12. saltem collocatio. Item *Mela* quia a Frentanis ad Daunos

et Apulos procedit, *Histonium*, h. *Guasto d'Amone*, praeponeere debebat. *Tifernum*] amnem hunc, qui in iisdem auctoribus reperitur, hod. *Biserno* adpellant. Ceterum quidam pro *Dauni* scribere malunt *Daunii*, uti et Graecis in usu est: sed altera quoque forma in Latinis locum obtinuit, ut *Apulus* *Daunus* ap. Horat. IV 14. 26. *Cliterniam*] Fuerunt duae urbes, simili quidem nomine, sed diverso situ, *Claturna* vel — *nae* et *Clitorna* vel *Cliternia*, ita ut Cluver. It. Ant. IV, 9. p. 1208 de vero situ ambigat, et tantum conjiciat, hodie esse *Campo Marino*. *Larinum*] h. formam tulerunt auctores latini. gr. Λάρινα, incola Λαρινάτες, lat. *Larinates*. Ex Sil. Ital. XV, 365. discitur, urbem maritimam fuisse, unde etiam *Delphinus* in nummis adponitur. *Municipium* vocat Cicer. pr. Cluent. c. 5. H. *Larino*. *Teanum*] gr. τεανὸν sine spiritu, uti in plerisque auctoribus latinis, est alii *Theanum*. Vocatur cognomine *Apulam*, ut discernatur ab alio *Sidicino*, quod est in obposito Campaniae litore. Strabo VI. p. 197. f. 285. in mediterraneis c. Ptolemaeo ponit, a quibus Mela in eo dissentit, quod maritimam urbem facere videtur. Urbs intercedit, rudera autem ejus 10. M. P. ab ostio Frentonis hod. conspici arbitrat Cluver. IV, 12. p. 1213. *Garganum*] mons Apuliae, qui in mare Hadriaticum versus *Diomedas* insulas exurrebat; ejus *querceta* memorantur ab Horat. II. od. 9, 7. H. *St. Angelo* ab apparitione angeli S. Michaelis in specu ejus alicui.

- 7 Sinus est continuo Apulo litore incinctus, nomine Urias, medicus spatio, pleraque asper accessu: extra Sipontum, v. (ut Graii dixerunt) Sipus; et flumen, quod Canusium adiu gens, Aufidium appellant: post Barium, et Gnatia, et Etruria civis nobiles Rudiae: et iam in Calabria Brundisium

§. 7. Sinus est] Mela haec non distincte satis praecedentibus subicit, et explicandi forma exhibit, cum tamen ad novum locum aperte progrediatur: quare etiam Cluver. It. Ant. IV, 13. p. 1248. Intra hunc supplendum esse putat. Urias] sine dubio nomen habet ab urbe vicina Uria, cujus meminere Strab. VI. p. 194. f. 282. et Plin. III, 16. f. 11. asper] ut totum litus Italiae ad mare Hadriaticum erat importuosum (Polyb. X, 1.), ut praeter Brundisium nullus illic esset appulsus securior. Sipontum] gr. Σιπόντιος, vel Σιπώντιος, incolae Σιπώντιοι. v. Cicero ad Attic. VI, 2. Latini, v. c. Livius, Cicero, Plinius, Sipontum et Sipontinus. Strabo VI. p. 196. f. 284. Diomedis opus habet et a sepiis, quae ibi fluctibus ejiuntur, nomen derivat. H. Siponto. Canusium] gr. Κανύσιον s. Κανύσιον, incolae Κανύσιους, Canusinus. In Italotidum i. e. graecarum Italiae urbium maximis olim ponit Strabo et graecismi superstitis vestigia suo tempore voce bilinguis notat Horat. Serm. I, 10, 30. Diomedis opus faciunt Strabo et Servius ad Virg. Aen. XI. 246. quia ibi venari solitus fuerit, quasi Cynageticum. In mediis Apulis ponitur, et aquae penuria laboravit, cui subvenit Herodes Sophista. H. Canosa. Quidam Canusium et Cannas eundem locum putarunt, sed distinguit Liv. XXII, 50.; mirum vero, quod Mela Cannas omisit, nisi invidiosum putavit. Aufidium] gr. Ἀυφιδός. Fontes sunt inter Apenninum et mare Etruscum et in Hadriaticum exit; no-

bilitatus pugna Cannensis, quam eum Horat. Serm. I, 1, 5. acrem vocat. H. Osanto s. L. santo. Barium] sic et graeco unde Barini. Apuliae oppidum maritimum, quod hinc praefatus vocat Horat. Serm. I, 5. et hodie urbs Bari ruderibus antiquae imposita est: de quibus v. Burburne Reifen d. Sicilien. v. Forster Vol. I. p. 179. Gnatia aliis est Egnatia, ex usum scuo, est Egnatia ex cognominis origie probabile est. Inter Barium et Rudiam ponit Plinius, iratis Nymphe lymphis extracta sed. Horat. I. quia ad radices montis sita inter rentibus aquis saepe devastata. H. Torre d'Agazzò non procul Monopoli, cujus rudera hodie haud procul a litore se vidit narrat Cluver. IV, 11. p. 124. Rudiae] varie effertur; gr. Ῥουδαί, incolae Ῥουδαίοι, Pedunculorum In situ perinde variant; in Pediculorum agro ponitur, in Sallentinis et quidem in aditerraneis oppidis, ut Pedunculorum; Strabo. Mature interdit; hodie nomen est vel Canosa, vel Ruia s. Musciacum s. ruia d'Otranto. v. Rupert. ad Ital. XII, 396. Ennio] in Sallentinis Rudium faciunt, at alii in Sallentinis. c. Ovid. A. A. III, 400. H. nym. in Euseb. Chron. Sallentinum facit et ejus ora in niculo Rudiam translatam indicat, cum in via Appia in Sallentinis monumento sepulchri Brundisium] etiam Brundisium quod alii praefertur; gr. Βρουνδίσιον s. Βρουνδισίον; incolae Βρουνδισίους, Brundisium. No-

Valetium, Lupiae, Hydrus mons: tum Sallentini campi, et Sallentina litora, et urbs Graia Callipolis. Hucusque Hadria, hucusque Italiae latus alterum pertinet. Frons ejus in duo quidem se cornua (sicut supra diximus) scindit: ceterum mare, quod inter utraque admittit, tenuibus promontoriis semel iterumque distinguens, non uno margine circuit, nec diffusum patensque, sed per sinus recipit. Primus Tarentinus dicitur, inter promontoria Sallentinum et

derivant vel a Brento, Herculis filio, vel a forma capitis cervini (*Βεφρίων* Messapiis est caput cervinum), quam portus referat. A Cretensibus duce Thieseo occupatum, quibus post cum Iapyge Siculi accesserint, narrat Strab. VI. p. 194. l. 282. Contra Iustin. XII, 2, 7. Aetolos, Diomede duce, conditores producit. Portus habuit commodos aditu clausos (v. Iul. Caes. de B. Civ. I. 25). Trajectus inde erat in Graeciam, longior quidem quam ab Hydrunte, at certior. Coloniam Romanorum, Torquato et Sempromio CIL. a. v. 509. deductam vocat cum aliis Vellej. I, 14, 8. Portus hodie obductus est. H. *Brundisi. Valetium*] Varie scribitur, *Baletium*, *Balentium* et *Valentium*: in tabula Peutinger. 6. *Balentium* ad Passium fl. ponitur, quem Pactium esse putat Cluver. IV. 13. p. 1244. H. ibi cernitur *S. Marco. Lupiae*] al. *Luppia*. Conditorem Malennium, Sallentinorum regem, memorant; mediterraneis accenset Strabo, at Plinius c. Mela ad mare ponunt, quibus adsentitur Cluverius. Pausan. VI, 19, 6. olim *Sybarim* urbem dictam fuisse falso tradit. H. inter Hydruntem et Brundisium quaeritur, ubi *Torre di S. Cataldo* est. *Hydrus mons*] hanc gr. formam *Hydrus*, — antis imitati sunt Latini, v. c. Cicer. ad divers. XVI, 9. Lucan. V, 375. Verbum *mons* corruptum censetur, quia *Hydrus* non mons, sed oppidum

fit, et facile in *moex*, quod Noster in progressionem ponit, mutari possit; sed malumus c. Cellario II, 9, 583. de promontorio vicino intelligere, sic ut more suo urbem tecte indicet. Memorant Strabo et Plinius urbem, unde trajectus in Graeciam factus est. *Sallentini campi*] memorat campos, nam, ut Liv. XXV, 1. in. ait, *Sallentinorum ignobiles urbes*. In litoribus notandum promontorium *Sallentinum* ἄρα Σαλλεντίων, quod etiam ἄρα Ἰωνύων vocarunt; longissime inde Italiam in maria excurrere notat Plin. III, 16. l. 11. qui 32. M. P. a Tarento removet, et Strabo VI. p. 194. l. 281. inter illud et Lacinium ad Ceraunios montes ponit 700 stadia. H. *Capo di S. Maria di Leuca. Callipolis*] originem gr. indicat nomen et disertum Melae indicium, *Graja*, quod ideo apposuit, ut prius nomen indicaret, cui successit latinum *Anxa* see. Plin. III, 16. l. 11. Hodie nominatur *Gallipoli*, ubi Marschlin in Reisen d. Neapel Vol. I. p. 138 sqq. portum notat, adeo periculosum, ut quotannis aliquot naves pereant.

§. 8. Plinius III, 15. l. 10. *A Locris Italiae frons incipit, Magna Graecia adpellata, in tres sinus recedens Ausonii maris: quoniam Ausones tenuere primi*. Hodie quoque in Calabriae pagis Graeci habitant, qui sua lingua ex gr. vocabulis mista utuntur, esth originem non ex graecis illis colonis,

Lacinium; in eoque sunt Tarentum, Metapontum, Hera-  
clea, Croto, Thurium: secundus Scylaceus, inter pro-

sed ab Epirotis Sonderbegio da-  
ce advenis derivant. *Lacinium*]  
gr. Λακίνιον, quod Strabo VI, p.  
280, l. 261. post tria Sapygum pro-  
montoria ponit. Dicitur etiam  
a vicina Diosturorum insula *Dios-  
curias*. Celebre ibi fuit Iunonis  
templum, cuius adhuc una col-  
umna conspicitur. cf. Swinbūr-  
ne l. c. Vol. I, p. 401. unde ipsa  
dea Iuno *Lacinia*. Porro ejus mar-  
moreae tegulae praedicantur, quas  
non sine gravi poena in aedem  
Fortunae Equae frons transtulisse Q.  
Fulvium Flaccum narrat Valer.  
Maxim. I, 1, 30. et columnam  
in illo auream commemorat Cicer.  
de divin. I, 24. Cluverius h. *Ca-  
po delle Colonne* esse putat, quia  
sec. Strabonem Croto 150 stadiis  
inde distat. *Tarentum*] (seriori ae-  
vo *Tarantus*; gr. τάραντος, quae for-  
ma passim ap. Latinos, v. c. Lu-  
can. V, 356. Urbis origo varie  
traditur. Multi Neptuni filium,  
*Taranta*, conditorem faciunt;  
alii *Heraclidas*, unde *Herculeum*  
ap. Virgil. Aen. III, 551. pleri-  
que *Lacedaemoniorum Parithonias*,  
hinc *Lacedaemonium* ap. Horat.  
III. od. 5, 56. Praeter situm com-  
modum portu innotuit, et col-  
loso. cf. Strabo VI, p. 192. l. 278.  
Olim potentissima urbs, post laxa  
debilitata, quod in proximis bello  
Tarentino sub Pyrrhi adventu ad-  
paruit. Laudantur ob lanæ boni-  
tatem oves Tarentinae. Tandem  
facta colonia Romanorum a.  
v. 629. H. *Taranto* vocatur et ad  
magnam tenuitatem depressa jacet;  
portus h. *Golfo di Taranto*.  
*Metapontum*] gr. Μεταπόντιον;  
incolae *Μεταποντίτες*. Nomen nacta  
est urbs a Metaponto, Sisyphi filio.  
Conditores commemorant alii  
Pylios, alii alios. cf. Heyne Opusc.  
acad. Vol. II. p. 206 sqq. Pytha-  
goras ibi aetatem egit, ejusque

domus in aedem Cereris transit.  
cf. Liv. I, 18. Columnae nunc  
aliquae ibi supersunt, ipsa regio  
tristis et gravis. H. ibi esse pu-  
tatur *Torre di Mare*. *Heraclae*]  
vel *Heraclia* ex gr. Ἡράκλεια, inde  
Ἡρακλειώτης. Sec. Plinium III, 25,  
l. 10. olim *Siris* est adpellata;  
nempe cum *Heraclae* a *Tarenti-  
nis* condita esset, *Siris*, praeter  
incolis alio traductis, in nave  
Heracleensem transit. Floruit  
per multos annos, cum et ibi  
conventus Magnae Graeciae ha-  
berentur; primum ab Alexandro  
Molosso in ditionem redacta a.  
v. 414 — 423., post sui juris facta;  
nam numos cudit. H. ibi rudis  
juxta flumen Agri non procul a  
mari adparent. *Croto*] gr. κρότων,  
in lat. *Croto*, *Croton* et *Crotone*;  
inde κροτωνιάτης, *Crotonensis* et  
*Crotonensis*. Conditorem ubi  
ferunt *Myscolum* s. *Myscollum*  
quarto anno Numa imperante a.  
v. 41. unde antiquitas urbis satis  
adparet. Mela ordinem situs tur-  
bat, nam Thurium praemitten-  
dum fuit. Mediam urbem inter-  
fluebat *Aesarus*, h. *Esfaro*. Sita erat  
in ora maritima, portu instructa,  
moenibus valida, et ante Pyrrhi  
adventum 12. M. P. in circuitu ha-  
buit; postea in bello vastitas con-  
secuta est, ut vix pars dimidia  
habitaretur. Celebratur ejus lu-  
lubritas, unde proverbium κρό-  
τωνος ὑπέταρος. Vitam in ea maxi-  
me egit Pythagoras. Post ex co-  
lonia deducta est a. v. 559. et  
Dionys. Halic. I, 26. adfirmat;  
suo tempore coloniam factam  
Cothorniam nominatam esse. *Thu-  
rium*] gr. Θούριον et Θούριον, inde  
Θούριος; sic et latini *Thuri*,  
*Thurius*, *Thurium*, et inde *Thur-  
rinus*. Ipsa olim dicta est *Syba-  
ris*, post *Copias*, *Sybaris* fuit opus  
Achaeorum conditore *Isallop*,

montoria Lacinium et Zephyrium; in quo est Petelia, Carcinus, Scylaceum, Mystiae: tertius inter Zephyrium et Bruttium, Consentiam, Cauloniam, Locrosque circum-

prime potens, post luxu fracta et a Crotoniatis deleta. Novincolae, qui post redierant, ab Atheniensibus et aliis Graecis oppressi sunt, et urbis sedes in vicinum locum translata et a fonte jusdem nominis vocata. cf. Strab. VI. p. 182. l. 263. Nomen *Copiae*, quod Strabo memorat, a colonis Iomanorum eo deductis impossibile videtur. Hod. nomen esse idetur *il Cupo*. Ceterum de Thuriorum robur v. Heyne in Op. acad. Vol. II. p. 239 sq. [Zephyrium] gr. *ζεφύριον* l. *ζεφύρου* κρη. Strab. VI. p. 179. l. 259. Locrensis agri promontorium dicitur adpellatum, quod portus ejus entis hesperii sit expositus. H. *Iapo Burjano*. *Petelia*] al. *Petia*, sed o tuetur gr. *πετλία*; incolae *Petelini*. Varie nunc locantur, et a Cluverio, ubi h. *Belivstro* in edito colle, 6. M. P. a Iari distitum. Natura loci mutata adfirmat Strab. VI. p. 175. 254, qui cum Virgil. Aen. III. 02. Philoctetae originem trivit. Ptolem. III, 1. in Magna Graecia ponit 9. M. P. fere a mari; Iola in maritimis numerat. Quam *Stongoli* esse putant, alii ad evastatas urbes rejiciunt. *Carcinus*] Vox suspecta. Cod. Ciacconii exhibet *Caecinus*, qui fuit unius ab Aelian. V. H. VIII, 3. in Locris memoratus, et sic lim legebatur in Plin. III, 15. 10. *Caecinus*, ubi nunc *Carcinus*: et Cellarius Geogr. Ant. II, 649. oppidum *Carcinum* cum *arcino* amne Plinii componendam non dubitat. Inter utrumque sententia fluctuari potest: os tamen plurimorum Codd. lectionem deserere noluimus. *Scylaceum*] alii duplici l scribunt

et dubia est scriptura. Antea *Σκυλακίον* dictum fuisse refert Strab. VI. p. 180. l. 261. et coloniam Atheniensium vocat auctore Menestheo; consentit in utroque nomine et conditoribus Plin. III, 15. l. 10. Hinc vero vocatur *Scylaceus sinus* idemque *Scylleticus*. H. *Golfo di Squillaci*. *Mystiae*] alii *Mistiae*, sed Stephanus *Mystiae* habet et urbem Samnitum vocat, ubi conditores vel urbis vel gentis respicit. Cluverius h. *Monte Arachi* esse putat. *Consentiam*] gr. *Κονσεντία*, etiam sine v in prima syllaba; incolae *Consentini*. Quia haec urbs in Bruttium inter Terinam et Pandosiam a Strab. VI, p. 176. l. 256. alii que ponitur, igiturque locum habere in hac urbium serie nequit, Mela insigniter errasse censendus est. H. *Consenza*. *Caulonia*] gr. *Καυλωνία*, lat. etiam *Caulon*, ut Virgil. Aen. III, 553. incolae *Cauloniatae*. Antea a convalle (*αυλων*) praejacente dicta est *Αυλωνία*, inde fortasse in Horat. II, od. 6, 18; et Martial. XIII, 126. remansit *Aulon*. A Crotoniatis conditum tradunt, Achaeorum tamen coloniam Strabo facit, quem dissenfum Heyne Op. Ac. V. II. p. 203. ita tollit, ut Crotoniatis Achaeorum locos fuisse dicat. Sita fuit ad Sagram fluvium. Aedem Iovi Homorio exstruxerunt ad Achaeorum exemplum. cf. Polyb. II, 39. 6. Urbe a Dionysio vastata, ager Locris datus est; in bellis cum Pyrrho iterum deleta, et tertio restituta est, ut adparet ex Liv. XXVII, 12 et 15. Idem accidit in bello Hanniballico, quia Strabonis et Plinii aetate diruta jacebat. *Locrosque*] qui dicti sunt *Epizephy-*



9 dat. In Bruttio sunt, Columna Rhegia, Rhegium, Scylla, Taurianum, et Metaurum. Hinc in Tuscum mare est flexus, et ejusdem terrae latus alterum. Medama, Hippon, nunc Vibon, Temesa, Clampetia, Blanda, Buxentum,

rii vel Zephyrii: nempe tria fuerunt Locrorum genera, Epizephyrii in Italia, Ozolas juxta Aetoliam et Epicnemidii juxta Euboeam. Urbs haec stetit juxta Zephyrium promontorium, ut ref. Strab. VI. p. 179. s. 259, qui coloniam facit Locrensiem Ozolarum, Evanthe duce, paullo post Crotonem et Syracusas conditas. A Naryciis derivat Solinus, unde Narycii Loccri passim memorantur. v. Virg. Aen. III. 309 et Ovid. Met. XV. 705, qui Naryciam habet. Liv. XXIX. 6. et 8. duas arces et fanum Proserpinae ibi commemorat et Plin. II. c. 98. s. 96. nunquam vel pestem vel terrae motum fuisse notat. Plura de ea dabit Heyne Opuſc. Acad. Vol. II. p. 46 sqq. Columna Rhegia] gr. ῥηγίον *rhégion*. Distabat ab ipso Rhegio 100 stadiis. Strabo III. p. 118. s. 171. putat, limitem illam fuisse positam, ut alias columnas, sed Cluverius notos ibi fuisse trajectus ex Italia in Siciliam credit. Ejus vestigium hodie non aſparet. Rhegium] gr. ῥηγίον; adſpirationem alii admittunt, alii rejiciunt, prout nomen vel a ῥηγίον ob Siciliam ab Italia avulſam, vel a rege, cujus ſedes quaſi a Samnitibus dicta fuerit, derivatur. Incolae Rhegini. Fuit urbs graeca. Conditores ferunt varios, qui ad fabulas potius referendi ſunt; melius alii Chalciſenſes aſſumtis Meſſeniis commemorant; quod factum eſt eodem tempore, quo conditum eſt Tarentum. Male Noſter Rhegium inter columnam et Scyllam ponit, quam fuerit inter Scyllam et Rhegium columna. H. Reggio. Scylla] uſitatiore nomine urbs

dicitur Scyllaeam a Scylla, neque tamen aliquid in Mela mutandum eſt, cum et Scyllae nomine occuſſe videatur. Et ſcit huc Bartel in Briefen ſüb. Kalabriem u. Sizil. T. I. p. 285. qui oppidulum memorat Scigliano prope Silam ſilvam. Alii, v. c. Strab. I. p. 15. s. 20. Scyllaei ſani tantum mentionem faciunt, h. capo Sciglio. Taurianum] variatur hujus nominis forma. Locum non obſcurum fuiſſe, ex eo diſcimus, quia non ſolum multi eum memorant, ſed et epiſcopi ſedem habuerunt. cf. Holſten. ad Cluver. Ital. ant. p. 299. Hodie putatur eſſe Seminara. Metaurum] occurrit etiam urbs haec ap. Solinum c. 8 qui a Zancleſibus conditam eſſe dicit. Notior eſt Metaurus ſi. a multis hie in Bruttiiſ memoratus, h. Marro, alter Haſdrubalis clade nobilitatus (v. Horat. IV. od. 4. 58.) in Umbria, h. Metauro. Urbis veſtigia nulla hodie ſuperſunt.

§. 9. Medama] variis et corrupte occurrit; gr. μέδαινα, *medaina*, et Medma ap. Plin. III. 10. s. 19. Ibi hodie eſſe Roſarno, ſuſcipitur Cluverius. Hippon] gr. ἵππων. Conſiderant Locrenſes, Bruttiiſ aedemum Romani Vibonam Valentiam adpellarunt; inde vocantur incolae Hipponenſes, Vibonenſes, Valentini. Prius Graeci frequentant. Colonia facta eſt Romanorum a. u. 600. v. Vibo Valentia dicta. Ciceroſiſ tempore fuit municipium, et a Columna 56. M. P. remotum. H. putatur ibi eſſe M. Leone. Temesa] gr. τειψα, Latini Tempſa vel Tempſa; inde Temesaeus, a Tempſanus. Conſiderunt eam,

Velia, Palinurus, olim Phrygii gubernatoris, nunc loci nomen, Paestanus sinus, Paestum oppidum, Silerus amnis, Picentia, Petrae, quas Sirenes habitavere, Minervae

Strabone auctore, Aufones, deinde, Thoante ducte, Aetoli, quos expulerunt Bruittii, et hos attriverunt Hannibal, et Romani. Celebrantur in ejus vicinia officinae aerariae, quae tamen jam Strabonis aetate conquieverant nec hodie revixerunt. Coloniam a. u. 558. eo deductam esse a Romanis, tradit Liv. XXXIV, 45. 4. H. Torre Loppa esse conjicitur. Clampetia] Occurrit quoque ap. Liv. XXIX, 38. et alibi. Sita erat in loco arduo et quasi in extremo sinu Hipponisae cornu. H. Amantia esse putatur. Blanda] sita fuit haec urbs circa Laum amnem in Lucanorum finibus. Mela hic litora non adcurate distinguit. H. forsan Maratea. Buxentum] gr. *Βουξέντιον*. Coloniam eo deduxerat Micythus, Messanae in Sicilia princeps, Olymp. 77. 2. Post Romanorum colonia fuit a. u. 558. Prope Veliam ponit Ptolemaeus, juxta Palinurum Strabo. H. putatur *Pbllicastro*, ubi veteris vestigia visuntur. Velia] gr. *Ἐλίας, Ἐμα, οὐλίαις*. Antea, ut ex Herod. I, 167. adparet, Cyrus fuit nominata. De causa nominis disquirat Strabo VI. in. qui Phocaeenses ex Corfica et Massilia ejectos conditores facit et juxta Cleetem fl. conlocat, quem Cicero ad Attic. XVI, 7. Haletem, h. *Halento*, et a Paesto 240 stadiis removeat Strabo. Patria fuit Parmenidis et Zenonis Pythagoreorum, unde uterque *Ἐλεάτης* dicitur et hinc schola *Eleatica*. H. *Pisciotta*. *Palinurus*] promontorium h. nomine commemorant Strabo, Plinius aliique. Portum cognominem novit Dionys. Halic. I, 53. In nominis causa cum Nostrò con-

sentiant Dionysius H. I. c. Virgil. Aen. VI, 381. Hic tamen oppidum intelligendum est, tamen quia urbibus hic inserit, quam quia loci nomen esse addit; hodie quoque ibi reperitur oppidum *Palinuro*. *Paestum*] gr. *Παεστῖνα*, ut diserte monent Strab. V. extr. Plin. III, 10. l. 5. et si et lat. voce *Paestus* adpellatur. Numi docent, a deductae eo coloniae tempore Latinos Paesti nomen praetulisse. Alii a Doriensibus tradunt constitutum, alii, ut Strabo, a Sybaritis, qui fuerunt Achaeorum coloni. Strabo in medio sinu, qui inde *Paestanus* s. *Posidoriatus* vocatur, ponit, morbis obnoxium describit, idque tribuit Silari amnis stagnis. Insalubritatem ex nebulis et foetido agro testatur etiamnunc Bartel in Brief. üb. Kalabr. p. 187. Olim maxime rosis inclaruit (v. Cerda ad Virg. G. IV, 119.), sed hodie ibi spinae et urticae occurrant. H. *Pesti* s. *Piesti* et sinus *Paestanus Golfo di Salerno*. *Silerus*] plerumque *Silarus*, ut ap. Graecos. Remos aliaque in eum injecta in lapidem induruisse tradunt Sil. Ital. VIII, 581. aliique, de quo quaerentem Cloverium riserunt adcolae. Ab illo olim ager Lucanus et Brutinus incipiebat. *Picentia*] gr. *Πικεντία*, ut ap. Strab. lib. V. extr. qui vocat caput Picentum, suo tempore, cum Hannibali adhaesissent, ex urbe ejectorum et per pagos habitantium. Mela urbem maritimam Lucaniae facit, sed Plinius *intus* ponit. Hodie quaeritur, ubi rudera sunt, quae *Vicenza* vocant. *Petrae*] gr. *Σειρήνοισαι πέτραι*, Sirenium saxa s. montes. Plerique ad Siciliam ponunt, at

promontorium, omnia Lucaniae loca; finis Puteolanus Surrentum, Herculaneum, Vesuvii montis aspectus, Pompeji, Neapolis, Puteoli, lacus Lucrinus et Avernus.

Homer. Odyss. XII, 44. inter Circaeum montem et Scyllam tractumque Siculum. *Minervae promontorium*] gr. Ἀθήνας ἢ Ἐσπεροσύων ἀπερτίθειον, ut etiam Plin. III, 9. f. 5. Sirenium sedem facit, quarum templum quoque ibi memoratur. In summo fuit templum Minervae ab Ulysse conditum, ut tradit Strab. V. p. 171. l. 247. qui prope Surrentum ponit. Idem *Surrentinum* pr. vocatum esse, conjicit Cluverius ex Statio Sylv. V, 3, 165. et Tacit. Annal. IV, 67. H. *Capo della Minerva*. Reprehenditur autem Mela, quod hoc Lucaniae tribuerit et unam ex tribus Campauis fecerit. *Surrentum*] gr. Σύρρετρον, raro simpliciter legitur. Nomen a Sirenibus derivant. Colonia Romanorum fuit, ibique coeli salubritatem locique amoenitatem et veteres et recentiores laudant. H. *Sorrento*. *Herculaneum*] gr. Ἡράκλειον ἢ Ἡρκευλάειον, quod vulgarius est; incolae *Herculanenses*. Conditores faciunt Heroulem, quae, licet ad fabulas rejici debeant, tamen urbis antiquitatem testantur. Ponitur inter Neapolim et Pompejos ad mare, sub Vesuvii radicibus, unde patet, a Mela turbatam esse locorum seriem. Strab. V. p. 170. l. 246. praedicat ejus salubritatem. A Vesuvii eruptionibus cum Pompejis obrutam fuisse Titi Imperat. tempore a. u. 832. p. Chr. n. 80. tradit Dio Cass. LXVI, 23. ceteri alii dissentiant. H. quaerunt alii ubi *Torre del Greco*, alii ubi *Portici* et *Rafina*. *Vesuvii*] varie in utraque scribitur lingua; gr. Βεσούβιος; et Οὐσσεβίος; *Vesbius*, *Vesevus* et usitator forma *Vesuvius*. Strabo V. p. 170. l. 246. et Diod.

IV, 21. non nisi veteris incendi vestigia notant, neque quidem de eruptionibus ejus tradunt Plinius et Mela. Vespasiani tempore arsit, ubi Plinius Major perit, et Herculaneum aliaque urbes evenitae sunt. Decrevit vero mons 200 passibus et conica ejus forma evanuit. Post hanc eruptionem atrocem crebra ejus incendia memorantur, ita ut ab hoc inde tempore usque ad a. d. 1794. omnino 29. numerentur. H. *virgo Monte di Somma*, et noster nomine *Vesuvio*. *Pompeji*] gr. Πομπηία ἢ Πομπηία, incolae *Pompejani*, et hinc *Pompejanum* de Ciceronis villa vicina. Praeterea bat urbem *Sarnus*, h. *Sarno* l. *Sorfati*. Celebrem urbem vocat *Seneca* Q. N. VI, 1. qui eodem tempore, quo Herculaneum, terrae motu desedisse notat. Nostra aetate detecta est ejusque partes egestas ex ipso visu descripsit Hart in libro Italien und Deutschland P. III. p. 47 [sq. *Neapolis*] gr. Νεάπολις. Antiquum nomen fuit *ἑάληρον*, a Phalero, Siciliae tyranno, ejus conditore; post *Parthenope* ab una Sirenium ibi accepta. *Neapolim* dictam esse tradit Solinus ab Augusto, etsi antea id nomen jam gessisse ex Polyb. III, 91, 4. adparet; a *novis* incolis ortum narrat Strabo V. p. 170. l. 246. qui Cumanorum coloniam facit, accedentibus post Chalcidensibus et aliis. Alii dissentiant et omnino graeci generis conditores nominant, et hinc Tacit. Annal. XV, 33. *graciam urbem* vocat. Livius VIII, 24. olim *Palaeopolim* in vicinia memorat sitam, unde non solum nomen *Neapolis* intelligitur, sed et colonorum diversa migratio. Ma-

Baiae, Misenum, (id nunc loci, aliquando Phrygii militis nomen) Cumae, Linternum, Volturnus

scipium Romanorum olim fuit, lego Julia, tandem colonia facta est Augusta, extremis tamen Commodorum temporibus. Otii causa multi Romani eo contedebant, bique Virgilii monumentum iotandum est. *Puteoli*] Graecis veteribus *Δικαιαρχία*, fortasse a Diacarcho colonorum duce; lat. *Puteoli* s. *Patioli* *δὴ τὸ δυνάμει φερέτω ἔχειν* s. a multis puteis in vicinia, hinc Graeci seniores *πυυέλοισι*; neolâ *Puteolani*. Antiquitus uir navale Cumanorum et a Saniis originem traxisse videtur. Romanos a. u. 538. cepisse et praesidium imposuisse, post coloniam eo deductam esse a. u. 558. narrat Liv. XXIV, 12. et XXXIV, 15. Notandum ibi est *portus antionis* et mercibus Alexandrinis eo convector celebratus, porro *Antionis*, quem in eo portu infans conatu exstruxit Caligula, deinde *sinus Puteolani*, cuius et Noter antea meminit; nec praetermundum *Puteolanum*, Ciceronis villa, iuxta situm, quam post Acalemiam adpellavit. Ager plenus uir cavernis sulphureis ignes et calidas aquas ejaculantibus. *lacus Lucrinus*] gr. *Λουκρῖνος κήληος*, *Lucrinum stagnum*. Fuit iuxta *Bajae*, ut ex Mela et Plinio III, 1. s. 5. elucet, quibus addi debet *Antionis* Strab. V. p. 169. s. 245. *Antionis* totus evanuit an. 1538. d. 3. Cal. Oct., quo gravi terrae motu mons erupit altissimus, h. *monte Isoro* s. *di conere*. Erat altus et viscosus ostreisque abundans: in vicinia habuit templum Venus, inde *Lucrina* vocatur a Statio Sylv. III, 1, 150. *Avernus*] gr. *Αβέρνος κήληος* s. *λίμνη*; latini *Avernia*, *Averni lacus*, usitatus *Avernus*. Diodor. XLVIII, 50. inter Misenum et Puteolos ponit et incredibili profunditate et aqua lim-

pidissima fuisse dicit. Folium ex vicinis arboribus immisum nunquam innotare, tradit Aristoteles de mirab. auscult. c. 108. Poetae, ut Virg. Aen. VI, 237 sqq. et Lucret. VI, 819 sqq. exornarunt fabulam, aves supervolantes pestiferis exhalationibus dejeci. Salubrem et amoenum postea fecit excisis silvis Agrippa, vel Augustus. H. *il lago d'Averno* s. *di Tregerpole*. *Bajae*] gr. *Βαῖαι*, inde *Bajanus*. Nomen tulit a Bajo, Ulyssis focio vel gubernatore. Maritimam urbem fuisse, indicat *portus Bajanus* et Strabo V. p. 168. s. 243. diserte in litore ponit. Hic portus nobilioribus adnumeratur et ab Augusto, immisso in Lucrinum et Avernum mari, amplificatus est et *Portus Julius* dictus. v. Sueton. Aug. c. 16. Serius vix triremium capax erat, quia mare magnam litoris partem absumerat. Olim, ubi nunc, inclaruit *fontibus calidis*, unde locum illum Romani laudabant, celebrabant et villis conspererant: hinc Horat. I. Ep. 1, 383. *Nullus in orbe sinus Bajis praelucet amoenis*. H. ibi *Castel di Baja*. *Misenum*] gr. *Μισενών*, inde *Misenenses* et *Misenates*. Oppidum fuit et promontorium itemque portus. In nominis causa contentiunt alii, quorum tamen plerique *Phrygium tubicinum* faciunt, ut Virg. Aen. VI, 165. *Cumae*] gr. *Κύμαι*, alii *Κύμη*, ut *Cyme* ap. Sil. Ital. VIII, 531. inde *Κυμαίτες*, *Cumani*. Originem traxerunt a Chalceide Euboica (v. Liv. VIII, 22, 5.) et Strab. V. p. 168. s. 243. Cumas omnium Sicularum et Italicarum a Graecis deductarum coloniarum antiquissimam dicit, et nomen a *κύμα* derivat. Post a Graecis captam urbem temperant Campani a. u. 335. Sita erat in

amnis, Volturnum oppidum, amoena Campaniae litora; Sinuessæ, Liris, Minturnæ, Formiæ, Fundi,

edito colle et munita fuit; opulentia ejus praedicatur. Civitas Cumanis data, sed primo sine suffragio, deinde municipis facti sunt. Sub Tiberio terrore motu concussa est, et hodie in ruinis jacet, locus tamen nomen *Cuma* servat. Inde *Cumanus sinus* dicitur, h. *il Golfo di Napoli*. *Linterium*] gr. *Λιτρινιον* et *Λιτρινιον*: alii *Linterium* minore jure scribunt. Sita fuit urbs inter *Cumas* et *Volturnum*, nam male *Strab.* l. c. citra *Volturnum* collocat, *Colonia* eo deduxisse *Romanos* a. u. 558. narrat *Liv.* XXXIV, 45. Innotuit voluntario *Scipionis* *Africani* exilio, cujus et sepulcrum ibi notat *Strabo*, cui inscribi iussit: *Ingrata patria, ne ossa quidem mea habeas*. Urbem adhaerebat fluvius cognominis, dicitur idem *Glanis* s. *Clanivus*. Funditus urbs periit, sita olim, ubi hodie vel juxta est *La torre di Patria*. *Volturnus*] al. *Vulturnus*, uti et in gr. variatur. Ad ostium fluvii cognominis fuit urbs, h. *Castello a mar di Voltorno* vel *Castel di Voltorno*, quam *Liv.* XXV, 20, 2. *castellum munitum* vocat, et XXXIV, 45. *colonia* eo deductam narrat a. u. 558. Amnis h. *Voltorno* dicitur, *vadosus*, *rapido*, *celer*, *sonorus* pro locorum alveique diversitate. *amoena*] lege impr. *Liv.* VII, 38, 7. *Sinuessæ*] gr. *Σινουσα* et *Σινουσα*, et incolae *Σινουσαῖοι*, lat. constanter *Sinuessæ* et *Sinuessani*. Nomen a *Sentino* sinu, in quo sita erat, derivant. A *Minturnis* g., a *Capua* 26. M. P. distabat. *Extremam* in adjecto *Latio* urbem vocat *Plin.* III, 9. l. 5. unde *Campania* felix incipiat. Dicta est ante *Sinope*, quam fieret *colonia* Ro-

mana, quam a. u. 458. eo deductam esse tradit *Liv.* X, 21. Notae sunt *aquae Sinuessanae*, quae sterilitatem feminarum et infirmitatem virorum abolere credebantur. *Vinum* laudat *Horat.* l. ep. 5, 5. aliique. Hod. quidam rudera superesse putant juxta castellum *Rocca di Mondragone*. *Liris*] gr. *Λιρις* s. *Λιρις*. Antea dicitur est *Clanis* s. *Glanis*; habebat quietum lapsum; h. *Garigliano*. *Minturnæ*] gr. *Μιντρινια* et *Μιντρινια*, incolae *Μιντρινιαῖοι*, *Minturnenses*. Vetustissima fuit urbs, quippe quae a *Livio* VIII, 11, a. u. 414. memoretur, uti et *colonia* a. u. 458. eo deducta. In mediterraneis ponit *Ptolemaeus*, sed in maritimis *Strabo*; haud dubie sita fuit non procul a mari. Perfluebat eam *Liris*, circa cujus ostia erant paludes *Minturnenses*, in quibus *Marius* latitans *Sullam* effugit. Praeter ruinas hodie supersunt aquae ductus et theatri vestigia; ex quibus pristinæ urbis amplitudo judicari potest. *Formiæ*] gr. *Φορμια* s. *Φορμια*, incolae *Φορμιαῖοι*, *Formiani*. *Lacorum* opus putatur, *Trojani* belli tempore conditum et dictum *ἡ τρι εὐκρον*. Plures *Laestrygonum* hic sedem posuerunt. Civitas data est *Formianis* sine suffragio, quod accessit post bellum *Punicum* 2. In maritimis ponit *Strabo* V. p. 161. l. 233. et litoris *amoenitatem* laudat *Martial.* X, 30. *H. Mola. Fundi*] gr. *Φυνδία*, incolae *Φυνδιαῖοι*, *Fundi*; urbs, ut *Nofer* ponit, et a *Tarracina* 16. a *Formiis* 13. M. P. distabat. A *Livio* XXXVIII, c. 36. vocantur *municipes*, *Ager circumpjctus* vocatur inde *Fundanus* et commemoratur etiam *Lacus Fan-*

Tarracina; Circes domus, aliquando Circeji, Antium, Aphrodisium, Ardea, Laurentum, Ostia, citra Tiberim

*Idem. H. Fondi. Tarracina*] ferrius *Terraoina*; gr. *Ταρρακίνα*, inde *Ταρρακινίται*, *Tarracinenses*. Olim dicta est *Τρακινία* ab asperitate loci in colle; incolae vero Volsci vocarunt *Ἀγέλας*, *Agelae*, quo nomine et poetae utuntur. In maritimis recenset Strabo, et coloniam Romanorum fuisse diseimus e Liv. XXXVI, §. 8. *Circeji*] gr. passim *Κίρκη*, oppidani *Κίρκησι*, i. *Κίρκησιται*, *Circejenses*. In nominis origine consentiunt alii; sita erat urbs in *Circaeo monte* i. *promontorio*; quidam, ut Plin. II. 87. l. 85. insulam Circejos faciunt; in quo praecire videtur Homer. Odyss. X, 194. quod ita explicatur, ut *Circaeus mons* *νησιάζων* fuerit *Σαλάττη* *τε καὶ Ἰλίου*. Antiquum fuit oppidum, quo Tarquinius Superbus colonos misit, quibus expulsis Coriolanus liberam urbem tradidit Volscis a. u. 266. Ibi fuit templum Circes, cujus sedes in vicinia fuisse dicitur. Vestigia urbis hodie ubi *la citta vecchia*. Non procul est *palus Pomptina*. *Antium*] gr. *Ἀντίον*; incolae *Ἀντιῶται*, *Antiatiae*. Nomen ab Antia, Circes et Ulyssis filio, derivant, unde antiquitas ejus adparet. Olim Volsci tenuerunt, post colonia facta, habuitque celebre Fortunae templum. Postea intercidit ejusque rudera quaerenda, ubi nunc *Capo d'Anzo* et *Torre d'Anzo*. *Aphrodisium*] Veneris templum. Graecam vocem retinet Plin. III, 9. l. 3. qui cum Strabone prope Ardeam ponit. Intercedisse Plinii aetate, adposita vox *quondam* docet. *Ardea*] sic et graeco. Oppidani *Ἀρδεῖται*, *Ardeates*. Condidit Danae, Persei mater; etsi alii aliter. Olim fuit Rutulorum colonia, postea Romanos colonos deductos esse a. u.

315. tradit Liv. IV, 11, 5. Ipsa colonos Saguntum in Hispaniam misit. In mediterraneis ponit Ptolemaeus et Strab. V, p. 160. l. 232. removet a mari 70 stadiis, inter Antium et Lavinium statuit, itaque antea palatrem et morbosum agrum Ardeatem describit, quo et Seneca ep. 105. respicit. Hodie vicus ejusdem nominis. *Laurentum*] gr. *Λαυρεντων*, et *Λαυρεντινόν*, incolae *Λαυρεντινός*, *Laurentes*. Inter Ostiam et Antium cum Lavinio locat Strabo, Plinius prope Ostiam. Seditisse eam sub Aeneae adventu, praeter alios tradit etiam Virgil. Aen. VII, 171. ubi Pici regia est. Post urbs etiam dicta est *Laurolavinium*. Hodie esse putatur *San Lorenzo*. Occurrunt etiam *Laurentinae paludes* et *silva*. *Ostia*] gr. *Ὀστία*, incolae *Ὀστιαῖοι*, *Ὀστιαῖται*, *Ostienses*. Conditer fuit Aeneas Martius, ut adfirmat Liv. I, 53. Sita fuit ad ostia Tiberis, unde *Ὀστία* *ἑσπερία*. Coloniam vocant multi. Portum, quem meditatatus erat Iulius Caesar, perfecit Claudius, v. Sueton. c. 20. et dictus est postea *portus Romanorum* et *Augusti*. Reparavit cum Trajanus interiorumque alium tutioremque sui nominis fecit; post idem dictus est *Phari portus*. Situs hodiernus ad sinistri brachii ostium Tiberis est. *Tiberim*] gr. *Τιβέρις*, in genit. *Τιβέριος* et *-ιδος*; lat. *Tybris*, *Thybris*, et *Tibris*, quas formas Grammatici poetis permittunt, in vulg. sermone *Tiberis*. De nominis causa multi multa, quae complexus est Serv. ad Virg. VIII, 330. Olim *Albula* a colore; porro cognomen gessit *Rumon* a ruminando ripas; in sacris *Sorra*, in aliqua urbis parte *Terentum*, quod ripas tereret. Oritur ex Apeninibus, et multis auctus flu-

in hoc latere sunt: ultra Pyrgi, Minio, Castrum novum, Graviscae, Cosa, Telamon, Populonia, Cecina, Pifae,

minibus, post partem Etruriae fertur, a qua Umbriam, Sabinos et Latinos secernit, denique juxta Ostiam in mare Tuscum erumpit. H. Tiber. hoc latere] s. Latii. Pyrgi] gr. πύργος; oppidan] Pyrgenses. In situ cum Mela conveniunt auctores alii et fuit olim castellum munitissimum eo tempore, quo Tulci piraticam exarserunt, postea expugnatum a Dionysio Siciliae tyranno, conf. Diodor. Sic. XV, 14. Fuit ibi sanum Lucinae, et coloniam fuisse, discimus ex Liv. XXXVI, 3, 8. Vestigia ejus habet in vicinia Santa Severa. Minio] sic pro Anio, qui in litore Tusco locum habere non potest, dedit Vossius. At hic in urbiqum recensu fluvius Minio admitti nequit, qui etiam inter Graviscae et Centum cellas exit: quare hic Oberlius de urbe Minione intelligit, quam etiam alii commemorant, eam Minium vocant. Castrum novum] in hoc situ cum Pyrgis, a quibus S. M. P. removetur, conjungunt et alii. Coloniam Romanam factam a. u. 561. docet Liv. XXXVI, 3, 8 Graviscae] gr. Γραϊσκαι s. Γραϊσκαιον; incolae Graviscaei. Aeneae aetate jam stetit, adparet ex Virg. Aen. X, 784. etsi poetica fide, certius est, a. u. 571. coloniam Romanam eo fuisse deductam. A Pyrgis distabant stadiis 130. Nomen ab aëris gravitate derivatur, quare eas intempestas vocat Virg. Aen. X, 184. Laudantur et vina Graviscaena. H. ne vestigia quidem ostendi possunt. Cosa] vel Cossa, gr. Κόσσα s. Κίρσαι, uti plurali numero ap. Virgil. X, 168. Parum a mari distitam, positam in sublimi colle, qui in sinu jacet, narrat Strab. V. p. 156. l. 225. Aeneae

rebus immisceat Virgilius, unde antiquitas ejus probetur. Coloniam a. u. 480. eo deductam fuisse, e Vellej. I, 14. intelligitur. H. S. Ansedonia. Telamon] gr. Τελαμών, inde Τελαμωνίαι ap. Stephanum, qui Etruriae oppidum dicit. Portum hoc nomen, quod Diodor. IV, 56. ab una Argonautarum deducit, memorat Plinius et promontorium Prolemaeus. Conditoras putat fuisse Pelasgos Tyrrhenos Cluverius II, 2. p. 477. Populonia] gr. Πουλιών, et ap. Plinium Populonium; unus Livius XXX, 39. pl. numero Populoni; incolae Πουλιωνίαι, Populonianfos. Conditoras faciunt alii advenas ex insula Corsica, alii Volaterranos. Situm vetustae hujus urbis in promontorio sublimi describit Strab. V. p. 154. l. 223. cujus aetate, cum Sullano tempore multum obsidione urbs perpessa esset, devastata jacebat, ita ut tantum templi, aliquae domus et navale suppresent. H. ruderata ejus conspicitur prope urbem Plumbino s. Piombino. Navale vetus h. est Porte Baratto, promontorium h. Capo di Campana. Cecina] Plin. III, 8. l. 5. fluvium Cicinnam commemorat, quare Cluverius Melam errasse putat, si oppidum, quod videtur, credidit. Pifae] rarius Pifa, sed frequentius gr. Πύσαι; inde Pifani. Plerique urbis originem derivant a Pifaeis Peloponnesi, qui cum Nestore ad Trojam profecti in reditu ejecti erant: inde Alpheum originem urbi dat Virgil. X, 179. Pelasgos olim cum Aboriginibus habitasse et postea a Tuscis expulsos fuisse tradit Dionys. Halic. I, 20. Tum a. u. 572. colonia facta est Romanorum: quam nova auxit Jul. Cae-

Etrusca et loca et nomina; deinde Luna Ligurum, et Tigulia, et Genua, et Sabatia, et Albingaunum; tum Paulo et Varum flumina, utraque ab Alpibus delapsa, sed Varum, qui Italiam finit, aliquanto notius. Alpes ipsae ab 10

ar vel Augustus. Transiit deinde in municipium. Sita erat urbs inter Arim et Anserem fl., qui ibi concurrebant. Commemoratur ibi calidae aquas, sinus, portus. H. Pisa. Etrusca—nomina] sunt eorum nomina, quae ad Etruriam pertinent. Luna] gr. Λούνα, inde Lunenses. Mela Liguriae designat, Plinius Etruriae, misto sempe utriusque terrae confinio. Alii portum Liguria, urbem Etruriae tribuunt, intercedente Macra, utriusque termino. Urbs non magna fuit, sed egregius et maximus portus, gr. Σελήνης λιμὴν, i. Golfo di Spetia; occurrit et Σελήνης ἄκρον, h. Capo Corvo. Urbs ipsa vocabatur quoque Σελήνη, h. Lerici vel séc. alios Lunogiano. Linius laudat caesum Lunensem, magnitudine conspicuum, quem inae imagine signatum fuisse admittat Martial. XIII, 30. alii quoniam marmor laudant. Tigulia] gr. Τίγυλλια, et alii duplex l praesentant. Ponit Ptolemaeus urbem iuxta mare, sed Plinius III, 7. l. intus, quo inducti quidam, v. Cellarius, ibi h. Tegolata esse insent, sed ex falsa distinctione, nia intus ap. Plinium ad Segesta ferri debet. Alii igitur Segestri stare contendunt, ubi et rudera conspiciuntur. Genua] gr. Γενναίη, incolae Γενναίται. Antiquissima fuit urbs, in Punico bello iuvio XXI, 32. memorata. Dicitur a Magone Poeno exaedificavit a. u. 549. Lucretius, Strabone tempore Ligurum emporium sit. Municipium item factum est. Extremam Etruriae urbem ii faciunt, antiquiores Liguriae sunt. H. Genua. Sabatia] varie pellatur: gr. Σάββατα Διάδα, vel

simpl. Σάββατα; lat. Vada Sabbata, vel simpl. Vada. Dubitatur, an Vada Sabatorum et Sabata eadem sint, quia Ptolemaeus Sabata in mediterraneis ponit, at Plinius III, 7. l. 5. portum memorat; etiam Strab. IV. p. 139. l. 202. inter Sabbata et Genuam 260 stadia interponit et a priori Alpes incipere addit. Ita quoque in hod. nomine dissentiunt; aliis est Savona, aliis Vadi l. Vai. Albingaunum] nomen contractum est, ut Strabo l. c. refert, ex Albium Ingaunorum vel Ingaunum, ex gr. Ἰγγαύων, qui fuerunt incolae. Nomen traxit ab Alpibus, qui et Abii montes vocabantur. Strabo πόλιμα vocat. Seculo 9. Albeganum vocatum est. Paulo] a solo Mela fortasse commemoratur, nam ap. Plin. l. c. suspecta est lectio. H. Paglione s. Paillon, Oritur prope pagum h. Escarona et prope Niceam in mare emittitur. Varum] gr. οὐραεε. Oritur in monte Cema l. Acema in Alpibus maritimis prope arcem S. Stephani et rapide saepe intumescit et inuadat. Sec. Strab. IV, p. 127. l. 184. fluebat inter Antipolim et Nicaeam et discernebat Italiam et Galliam Narbonensem, ut olim Rubico. H. Varo.

§. 10. Alpes] gr. Ἀλπεις et ἔρη Ἀλπεινῆ; in poetis passim Ἀλπεις; idem montes dicti etiam Ἀλπει et Ἀλβια. Olim etiam sic Rhipaeos montes vocarunt, et post hoc nomen de altis montibus positum reperitur. Nomen ducunt e lingua Celtica, in qua alti montes Alpes vocantur, ut est ap. Serv. ad Virg. G. III, 474. et Aen. X, 15. Nostrae autem incipiunt iuxta Genuam a Massiliis, et per-



his litoribus longe lateque diffusae, primo ad septentrionem magno gradu excurrunt: deinde ubi Germaniam attingerunt, verso impetu in orientem abeunt, diremptisque populis immanibus, usque in Thraciam penetrant.

## C A P. V.

## Gallia Narbonensis.

Gallia Lemanno lacu et Cebennicis montibus in duo latera divisa, atque altero Tuscum pelagus adtingens, altero Oceanum, hinc a Varo, illinc a Rheuo ad Pyrenaeum usque permittitur. Pars Nostro mari adposita, (fuit aliquando Bracata, nunc Narbonensis,) est magis culta et

continent usque ad ultimum Adriatici sinus recessum. De earum altitudine ex Polybio refert Strabo lib. IV. extr. et 4. transitus tantum indicavit. Qui hodie eas ementi sunt, earum summum fastigium esse putant montem S. Bernhaldi et 7530. pedes Paris. fere numerant. *diremptis populis*] Verbum *dirimere* frequentant Geographi de locis, quae fretis, maribus, fluviis et montibus interjectis separantur, v. II, c. 1, 8. Liv. XXII, 15, 4. et alibi. Ab his vero populis Alpes nominantur Noricae, Venetae, Pannonicae, Carnicae.

## C A P. V.

§. 1. *Gallia*] gr. γαλατία vel κελτική, post γαλλία. Antiquum populorum nomen fuit κελτωί, quod ipsi sibi imponebant, post γαλάται, et serius γάλλοι. Latin. *Galli*, unde *Gallicus*, *Gallicanus*. Longum est varias enumerare veterum et recentiorum opiniones de origine nominis *Gallia*. *Lemanno*] gr. Λίμνη ἢ Λιμάνη, unde et alii simplici n scribunt. Schloezerus ejus nomen ex Iapetarum lingua, derivat. Rhodanus eum perfluit, eumque describit Lucan. I, 392 lqq. Posteriores vocant *Lausoniam* ab urbe *Lausona*.

*H. Genfer See*, et pars ejus orientalis *Laufanner See*. *Cebennicis*] gr. Κίμμενον ἕρος et Κίμμενα ἕρα. Pro tendebantur a Pyrenaeo per mediam Galliam usque ad Lugdunum et Iul. Caesaris tempore (1 de B. G. VII, 8.) Helvicos sepe rabant ab Avernis, qui se his montes credebant. Inde vero *Cemonica regio*, *Cemonicus ager*. *Bellos Cevennes*, quorum tamen partes singulae nomina sua habent Iul. Caesar de B. G. I, 2. pro Lemanno lacu Juram montem terminum facit. *in duo latera*] in orientalem et occidentalem, inaequali tamen mensura. *Tuscum interno mari adluitur* ait Plin. III 5. l. 4. Hi vero termini spectant Iulii Caesaris tempora, de quibus etiam Strab. IV. p. 125. l. 17 et Sueton. in Caes. c. 25. conferri possunt. De *Pyrenaeo* ad c. 6 et de *Rheuo* ad libr. III, 2. dicitur. *Bracata*] ita ob Graecorum scripturam rectius quam *braccata*. Nomen nacta est a bacis s. feminalibus lineis, quibus inferiorem corporis partem tegbant. Barbarum tegmen esse testatur Tacit. Hist. II, 30. quae falso huic voci latinam originem nonnulli tribuunt. Diodor. V 30. Celticum vocabulum fuisse per gr. ἀνατίγες explicat. Voc

magis confita, ideoque etiam laetior. Urbium, quas habet, opulentissimae sunt, Vasio Vocontiorum, Vienna Allobrogum, Avenio Cavarum, Arecomicorum Nemausus,

vestigia in veteri Gallorum itemque Germanorum sermone reperiuntur. Talibus braciis usi sunt plures populi, ipsique Romani eas post Augustum paulatim sumferant. Haec vero Galliae pars simpl. *Provincia* a Iulio Caesare, ut de B. G. I, 10. dicta est, a Romanis quippe expugnata erat et in provinciae formam redacta. Post, sub Augusto, ut putatur, *Narbonensis* dicta, gr. ἡ Γαλατία ἢ περὶ Νάρβωνα I. ἢ Γαλατία ἢ Ναρβωνησία. Strabo IV. p. 123, l. 178. parallelogrammi figuram tribuit; longitudinem 270. M. P. latitudinem 248. M. P. Agrippa teste Plin. III, 5. l. 4. Igitur olim latius patuit, quam h. *Provence*, quae ejus pars fuit. Ceterum Tizius in Bibl. Lat. Class. I. p. 214. *res est*, quod seq. *magis* jungitur, simul parentheosus signis includit et disiecta orationis membra collegisse sibi videtur: quod nobis non opus fuisse videtur. *magis culta*] id quoque testatur Plin. III, 5. l. 7. et haud dubie id primum factum est per Massilienses, a quibus hanc Galliam expolitam esse scribit Justin. XLIII, 4, 1.

§. 2. *opulentissimae*] quam dives Gallia fuerit, vel ex immenso tributo adparet, quod Caesar illi imposuit. v. Suet. c. 25. *Vasio*] gr. Οὐασίων Ptolem. II, 10. qui cum Mela solus hanc Vocontiorum memoravit, cum Plin. III, 5. l. 4. addiderit *Lucum Augusti*, quam municipium vocat Tacit. Hist. I, 66. Hodie est *Vaison*, ita tamen, ut veteris urbis vestigia in dextra ripa fluvii *Ouveise* sint, ubi nunc templum, cum recentior urbs *Vaison* in sinistra posita sit. Ceterum hic Mela urbes adpellat, non regionis, sed gentis

nomine adjecto, fortasse, quia populi hi non peculiare regionis hae nomen habebant. *Vocontiorum*] Strabo IV. p. 141. l. 203. in convallibus prope Salyas ab una parte, ab altera prope Siconias ponit, et ad occasum vicinos Vocontiiis habet Allobroges, eosque in itinere Hannibalis memorat Liv. XXI, 5, 9. Habitarunt ubi h. *Vaison*, *Die* et ex parte *Gap*. *Vienna Allobrogum*] gr. Οὐίεννα τῶν Ἀλλοβρόγων, ut ap. Strabonem, qui metropolim vocat. Prima ejus mentio occurrit in Iul. Caes. de B. G. VII, 9. Fuit urbs celebris et opulenta. Nomen antiquum retinet. *Allobrogum* sedes a quibusdam ponitur inter Isaram et Rhodanum, Lemannum lacum et Alpium partem, ubi *Dauphiné*, *Savoie*. Male pacatam gentem vocat Cicer. in Catil. III, 9. nec cum Iul. Caesar Galliam regeret, bono animo in Romanos fuisse, notum est ex eo de B. G. I, 6. et VII, 64. Victoriam de iis reportavit Fabius, unde *Allobrogicus*. *Avenio Cavarum*] gr. Ἀβενίων, inde Ἀβενιωνήσιος, Stephanus locat prope Rhodanum; in medio quidem campo, ubi *Sulgas*, h. *Sorgue*, illi miscetur. In oppidis Latinis numerat Plin. III, 5. l. 4. Vineae ejus et oliveta praedicantur. H. *Avignon*. *Cavares* vero et *Cavari*, gr. Καυάρες, dicuntur eorumque regio trans Druentiam inde a Massilia progreditur usque ad influxum Isarae in Rhodanum et ad Cebennicos montes, ubi Rhodanum adtingunt, uti Strab. IV, p. 128. l. 185. terminos ponit, est alii aliter, et ipse Mela, dum §. 5. Rhodanum inter Cavares et Volcas smittit, ad mare usque profert.

Tolosā Tectosagum, Secundanorum Arausio, Sextanorum Arelate, Septimanorumque Baeterrae. Sed antestat omnis Atacinorum Decimanorumque colonia, unde olim

Habitarunt igitur ubi h. *Orange*, *Avignon*, *Cavaillon*, *Carpentras*. *Arecomicorum*] gr. Ἀρεκομικεῖν vel Ἀρεκομικοί; alii praemittunt *Volcæ* *Arecomicos*, inde Volcarum populus fuisse videntur. Eorum sedes etsi varie definitur, a Rhodano ad Narbonem usque pertinuisse creditur. Mela infra Volcarum nomine Arecomicos et Tectosages complexus inter ipsos et Cavares ostium Rhodani ponit. *Nemausus*] sic et graeci; passim etiam *Nemausum*; inde *Νεμαυσινός* et *Nemausienfis*. Nomen a Nemauso, Heraclidarum uno, habere creditur, Strab. IV. p. 129. f. 186. Arecomicorum metropolim vocat a Rhodano 100 stadiis, a Narbone 720 removel, qua urbe, si mercaturam et celebritatem spectes, inferior erat, alias superior, iure Latii praedita. Coloniam vocat Ptolem. II, 10. Hod. *Nismes*. *Tolosā*] gr. Τολῶσα, unde *Tolosates*, *Tolosanus*, *Tolosensis*. Urbs antiquissima fuit templumque habuit, in quo vis maxima auri reposita esse dicebatur, quam olim Tectosages ex aede Delphica rapuerant; quod aurum cum postea Caepio adtractasset, misere punitus est, ut tradit Valer. Max. IV, 7, 5. etsi alii diverso modo rem narrat. Urbs sita fuit, ubi Isthmus artificissimus est, qui Oceanum a mari Narbonensi separat. Laudatur ejus dignitas et a Ptolemaeo *Colonia* adpellatur. H. *Toulouise*. *Tectosagum*] gr. Τεκτόσαγος et Τεκτοσάγαι, lat. etiam *Tectosagi*. Volcarum fuit populus et celebratur expeditione et excursionem, duce Brenno, in Graeciam et ulterius facta, de qua v. Iustin. XXXII, 3, 9. Ad Hercyniam sylvam refert Iul. Caes. de

B. G. VI, 24. *Secundanorum*] sc. militum secundae legionis, qui ibi sedes fortiti erant: nam Romani veteranos exauctoratos, ne in penuria senectutem agerent, auctoribus primis Sulla et Iul. Caesare, in agris collocabant et a numero legionis, in qua munerant, vocabant: inde *coloniae militares*. *Arausio*] gr. Ἀραυσίνον, inde *Arausionensis*. Strabo IV. p. 128. f. 185. in Cavaribus ponit, in regione campestri, ubi Sulgan in Rhodanum fertur. H. *Orange*. *Arelate*] Serius quoque *Arelatum*, et Ἀρελατός: inde *Arelatenfis*. Primam ejus mentionem facit Iul. Caes. de B. Civ. I, 36. et *Ἰσπερίον* ἢ *μικρὸν* vocat Strabo. *Colonia* multi vocant, ut Sueton. in Tiber. c. 4. qui a Tiberii patre deductum tradit. Cum posteriori tempore loci amoenitate invitatus sedem imperii ibi fixisset Constantinus, dicta est *Constantina urbs*, et hinc *Gallulam Romanam* vocat Auson. de cl. urb. VII, 2. Idem Imperator in dextra Rhodani ripa e regione veteris novam exstruxerat et cum vetere ponte junxerat: inde *duplicem* vocat Ausonius l. c. H. *Arlés*. Apud posteriores scriptores vocatur etiam *Septimania*. *Baeterrae*] gr. Βαιτερῆα, et Βαιτεραι, et Βιταρῆα, inde *Baeterrensis*. Strab. IV. p. 126. f. 182. prope Narbonem ponit et *ἑσφαλὴ πέλιον* vocat. H. *Betiars*. *Atacinorum*] incertum est, utrum de adcolis an de urbe intelligendum sit, etsi h. l. urbs indicari videtur, quae per inlaurationem Narbonis Martii suis incolis exhausta prorsus evanuisse videtur. *Narbo*] gr. Ἰ Ναρβῶν, inde *Narβωνίτις*, *Narβωνίτις*. *Narbonensis*. An et *Narbona* di-

his terris auxilium fuit, nunc et nomen et decus est, Martius Narbo. In litoribus aliquot sunt cum aliquibus nominibus loca: ceterum raræ urbes, quia rari portus, et omnis plaga austro atque africo exposita est. Nicaea tangit Alpes, tangit oppidum Deciatum, tangit Antipolis. Deinde est Forum Iulii, Octavanorum colonia: tum post

atur recto casu, dubitari licet; altim seriori tempore hæc forma tribuenda est. Urbis antiquitas inde patet, quod, teste Strab. IV. p. 131. l. 195. Pytheas illam cum Massilia et Corbilone, nobilissimis jam tum Galliae civitatibus, novit. Strabo eam emporium maximum vocat, et Cicero pro Fontejo c. 1. *coloniam civium Romanorum, speculam populi R. et propugnaculum istis ipsis nationibus obpositum et obiectum*, unde explicari possunt Melæ verba: *inde olim auxilium his terris fuit.* Nomen Martius derivant vel a Marte propter feroces incolas vel *legione Martia*, uti dicebatur regio *decima*, quæ ob virtutem hoc nomen tulit, v. Cicero in Philippi. III, 3. IV, 2. sed repugnant rationes historicae. Quare otius *Marcus* scribi debet, quia la colonia M. Porcio et Q. Marcio C. a. u. 636. eo deducta est, et tradit Vellej. I, 15. novamque deductam esse a Iul. Caesare et Tiberium discimus e Suetonio. Iber. c. 4. sumtis a decima legione colonia, unde Decumanorum colonia hic et in Plinio vocatur et hinc fortasse *Martius* ribi coeptum est, quod bellissimi essent incolæ, urbs Martium propugnaculum. H. *Narbonne*. *inde vero Gallia Narbonensis* nomen habet.

§. 3. *austro*] una voce hic duplex ventus ab incolis vocatur *arcus*. *Melamborium* nominatur. IV. p. 126. l. 38. eumque non saevum describit, ut lapides solvat, homines de vehiculis exciati, armisque et vestibus de-

nudet. Saevitiam ejus expertus est Claudius Imp. v. Suetonio in vita c. 17. Melas ab occasu et meridie flat, aliis a solo occasu. *Nicaea*] gr. *Νίκαια*, unde *Νικαίου*, *Nicaeensis*. Cum proprie sita esset in Italia contermina, tamen, quod sub Massiliensibus manserat, Galliae adscribitur Mela aliique, licet prior c. 4. §. 9. Varum Italiae terminum constituat, qui inter eam et Amphipolim fuit. Sita erat in montano et ad munimentum apto loco, nomenque a victoria contra Salyas accepisse fertur. H. *Nizza*. *Deciatum*] praeter Melam solus Stephanus *Δεκιάτων* in Italia commemorat: inde *Δεκιάται* et *Δεκιάται*, lat. *Deceates*. Haud procul a Varo sita in Gallia Narbonensi ponit Ptolem. II, 10. etsi certus situs definiri nequit. Recentiores situm illi dari putant, ubi h. *Villeneuve*. *Antipolis*] gr. *Ἀντίπολις*. Nomen petitur ab opposito Nicaeae situ. Conditores feruntur Massilienses, a quorum tamen jurisdictione urbs liberata fuit et jure Latii donata. Ptolemaeus Deceatibus tribuit et Strabo IV. p. 127. l. 184. Varum inter Antipolim et Nicaeam ponit, ita ut ab una 20., ab altera 60. paene stadiis remotus fluat. Hod. *Antibo*. *Forum Iulii*] gr. *εἰς τὸν ἰουλίον*, hinc *Forojulianus* et *Forojulienis*. Strabo l. c. *νεύραδμον* Caesaris Augusti fuisse tradit et portum ejus praeter Strabonem memorat Tacit. Hist. III, 43. qui hodie a mari recessit arenis obductus. Ut Notker, sic Plin. III, 5. l. 4. Octavanorum coloniam facit, quae



tunc ut pacatis, ita diffimillimis tamen vicina gentibus, nigrum quam facile et tunc sedem alienam ceperit, et ad-  
 uc morem suum teneat. Inter eam et Rhodanum Mari-  
 ma Avaticorum stagno adfidet. Fossa Mariana partem  
 us amnis navigabili alveo effundit. Alioquin litus igno-  
 le est, lapideum, ut vocant; in quo Herculem contra  
 lbiona et Bergion, Neptuni liberos, dimicantem cum  
 la defecissent, ab invocato love adjutum imbrey lapidum  
 runt. Credas pluiffe, adeo multi passim et late jacent.  
 hodanus non longe ab Istri Rhenique fontibus surgit: de-

c] Sic dicitur Valer. Maxim. II, 7. *Massilienses*, inquit, ad c tempus usurpant disciplinae civitatem, prisce moris observant. *Morem* autem Tacit. in Agric. c. 4. optime sic illustrat, in vocat locum *Græca comitate provinciali parsimonia mistum bene compositum*. Literas quoque coluit et Gallos ad earum morem adduxit; multique Romæ studiorum causa huc confluxerunt, ut tradit Strab. IV. p. 181.

4. *Maritima*] a Ptolemaeo dicitur *Μαριτίμα κολώνια* et Plin. III, 4. *oppidum Maritima Avaticorum*, et uterque in situ consentit, quo plerique judicant, h. esse *Arteques*, et si alii quaerunt, hodie est *Berre* et rudera extant; influuntque in stagnum, stramelam olim, fluvii Arc et raucole, qui locus h. vocatur *d'oeil*. [stagno] vocatur *Marmela*, hodie *Etang de Martels*. *Fossa Mariana*] nomen est a Mario, qui bello Cimbrico, cum ostia Rhodani limo repleta periculosum navibus aditus praebarent, detortam maris fluvii partem in sinistra ripa obortunum litus deduxit. h. canalis obstructus est eique dedit nomen *le Bras mort*. *la-um*] hoc *Ἰβριον πείδον* multi meminerunt, ut Strab. IV. p. 126. f.

*πείδον τῆς θαλάσσης δίδχον εἰς τὴν ἐπαύριον — Ἰβριον* μέγιστον γὰρ

*ἰβριον Ἰβριον χειροκλήθον*. et Plin. III, 5. f. 4. *campi lapidei Herculis proaciorum memoria*. In Liguria ponitur. H. *la Crau*, et hic tractus prope Arles (Arelaten) per 7 feruarum iter extenditur. *Herculem*] hoc Herculis iter ex Hispania in Galliam multi narrant et passimque commorationis monumenta recenset Ammian. XV, 10. *Albiona et Bergion*] solus Mela id narrat, nec, unde petierit, constat. Derivantur autem haec nomina e lingua Celtica et ad montes referuntur *Berg*, et *Alp* f. *Alb*, unde Alpes, Gallis omnino montes alti, ut tradit Servius ad Virgil. Georg. III, 474. et Aen. X, 13. *imbrey lapidum*] apte, quia de caelo lapides decidebant, ut ap. Juven. XIII, 67. *sollicitus tanquam lapides effuderit imber*. Quidam, rejectis fabulosis nugis, hujus ostenti causas ex natura petunt. Multa alia exempla ejusmodi lapidum memorantur in Pseudo-Aristotelis libro de Mineralibus, et quae de ejusmodi lapidibus in Franco-Gallia non semel delapsis narrantur, recentia haerent memoria. Quod vero Mela addit: *passim et late jacent*, etiam hodie ita se habere confirmant auctores.

5. *Rhodanus*] sic et graeco. Plin. III, 5. f. 4. nomen ducit a Rhoda urbe, et si alii aliter, v. c. a *ροδανός*, quo verbo ad fluminis rapiditatem exprimendam vitius

inde, Lemanno lacu acceptus, tenet impetum, seque per medium integer agens, quantus venit, egreditur; et inde contra occidentem ablatum, aliquamdiu Gallias dirigit post cursu in meridiem abducto, hac intrat, accessitque aliorum annuum jam grandis, et subinde grandior, in 6 Volcas et Cavares emittitur. Ultra sunt stagna Volcarum Ledum flumen, castellum Latera, Mesua collis, facinorosi mari paene undique, ac, nisi quod angusto aggera contenti adnectitur, insula. Tum ex Cebennis demissis Ara-

Homér. II. XVIII, 576. Plin. I. c. ab Alpibus deducit, quod de *Adula*, h. *St. Gotthard*, intelligitur. Impetum ejus testantur plures, ejusque cursum eo fere modo, quo Mela, describitur Strabo, Plinius et luculenter Ammian. XV, 11. Maximum Europae fluviorum fecit Varro, teste Gellio N. A. X, 7. Graecis passim vocatur *Eridanus*. H. *Rhone*. *integer*] h. e. ut non misceat aquam cum Lemanno lacu. Id plures veterum testantur, sed longe secus esse, hodie docet experientia. In Lemannum enim, cum nivibus aquis maxime conligatur, turbidus influit et deposito molli limbo limpidus exit. Nec magis sub terra labitur, ut quidam tradiderunt. *dirimit*] i. e. dividit, perlabitur. Urbes adluit Lugdunum, Avenionem, et Arlatem. *hac intrat*] *hac*, i. e. ubi ad meridiem flexit, *intrat* sc. Gallias et h. l. nominatim Galliam Narbonensem. *aliorum*] v. c. Araris, Dubis, Isara, Druentia. *emittitur*] tribus ostiis, ut Plin. III, 5. l. 4. narrat, est alii 5, alii 2 memorant, tertiumque *Fossam Marianam* intelligunt. Vocantur illa tria ostia *Hispaniense*, *Metapinum* et *Massalioticum*. Ob mutationes difficile est, hodie singulorum nomina constituere; Büsching quidem hodie tria recenset *le Gras de Saaze*, *St. Anne* et *le grand Gras*, neque tamen inde magis vetera ostia agnoscentur. *Volcas*] va-

riat scriptura: v. c. *Volcas*, *Volgae*, *Volcae* l. *Bolcae* est vox Celtica hodie etiam in usu, et significat *agissant*, *remnant*. In ostiis divisi erant populos, *Arsomus* et *Tectolagos*, quorum illi intelligi debent, ut dicitur etiam Strab. IV. p. 129 l. 25.

§. 6. *stagna Volcarum*] multa, ut ex Plin. III, 5. patet, faciuntque, ut rursus *Volca* patet, praetenduntur *Volca* orae marique mediterraneae et huiusmodi radice ab ora separantur, qua Setius mons erigitur, locorum diversitate vocantur *stangs de Fau*, *Frontignas*, *Maguelons*, *Perols*, *Mangrove*, *dam*] usitate *Ledes*. H. *Ledes* idem est, qui Plin. I. c. *Ledes* *Latera*] ultra Ledum. *Ledes* locorum in Nostro quatuor de Sequiori tempore dicitur *de Latis* et *castrum de Ludo*. Hodie est *le château de Lattes*, *la tour de Lattes* per exitum fluvii *Lez* in *Maguelons* l. *Perols*, *Maguelons* procul a Monte *Pessanus*, *Montpellier*. *Mesua*] *Mesua* res ponunt, ubi h. *Mesua* *ginem stagni de Tour*, *Mesua* esse inter duas valles *Mesua* neque amplius mari imminet *insula*] praetenditur *hac* *Blasionem* insulam. *gr. Acauzis*, *A Vibio* *St. Anne* p. 6. dici videtur *Cyrene* fortasse a Celtis mutata.

is juxta Agatham, secundum Baeterras Orbis fluit. Atax x Pyrenaco monte degressus, qua sui fontis aquis venit, xiguus vadusque est; et jam ingentis alioquin alvei tenens, isi ubi Narbonem adtingit, nusquam navigabilis: sed cum ibernis intumuit imbris, usque eo solitus insurgere, t se ipse non capiat. Lacus accipit eum Rubrefus nomine, spatiosus admodum, sed quā mare admittit, tenuis ditu. Ultra est Leucata, litoris nomen, et Salsulae fons, on dulcibus aquis defluens, sed falsioribus etiam, quam iarinae sunt: juxta campus minuta arundine gracilique erviridis, ceterum stagno subeunte suspensus. Id manifestat media pars ejus, quae abscissa proximis, velut insula atata, pellique se atque adtrahi patitur. Quin et ex iis, aae ad imum perfoffa sunt, subfusum mare ostenditur.

aurim. Medio aevo dictus raur, h. Erant. Agatham] gr. γάθῃ. Quidam a Phocaeis contam ferunt, alii a Massiliensibus, tod facile componi potest, cum iocasi Massiliae conditores fuerunt. Stephanus Διγών τήλιον vocat, ia Ligures haec loca olim teterunt. H. Agde. Orbis] fontem habet in finibus Rutenorum varias urbes, praeterlapsus inter illam novam et Castellum novum (Castelnau) in mare effluit. Orb. Atax] in fontibus conuatiunt et alii, praeter Strabonem, qui ex Commeno i. e. Cenna monte derivat. Perperam, um oritur in montibus de Sault, id ad Pyrenaeos pertinent. Idem arbo dici videtur a Polybio III, 8, et XXXIV, 6, 3. H. Avadusque] i. e. vadus, tam nui aqua, ut transiri possit. voi tenens] iniolentior structu, uti contra I, 9, 2. patiens vigia dixit. Titzius l. c. p. 214. ioc verba glossema censet. Narbonem] idque testantur alii, sed Anville narrat, Atacem supra arbonem duobus alveis currere visum, quorum qui nunc nomen Aude lervet, non esse Narbonensem, qui dicatur Robine Aude. capiat] postice, ut Vir-

gil. VII, 466. tumidus atque alto spumis exuberat amnis. Nec jam se capit unda. Rubrefus] Straboni dicitur λιμὴν τῆς Ναρβοντιδός. Cum Mela consentit Plinius, sed recentt. Viri Docti negant Atacem labum permeare, sed fossae per Narbonem ductae immisum in mare effundi. Contra D'Anville contendit, hunc Atacis alveum evehi in étang de Sigean. Alii intelligunt stagnum de Bayes, quia Atax vel ejus pars Narbonem praerit et prope exit.

§. 7. Leucata] quidam vocem graecam putant, ut in Caria litus Leuca et in Acaunania mons Leucates. Hod. le Cap de la Franqui. Salsulae] sc. aquae, ita ut sit genitivus; quia vero Antoninus Itiner. p. 389. Salsulis habet, ubi a Narbone 30. M. P. abesse dicit, etiam Nominativus esse potest. Serius vocabatur Salsas et hod. Salses. arundine gracilique] Recentioribus haec arundo est Chiendent à feuilles de roseaux, gr. καταμάχουσι vel ἄχουσι, lat. gramen arundinaceum, quod usitate vulgo in Septimania (Languedoc) adpellatur de la Rosette: hod. illis arundinibus margo tantum cingitur. suspensus] i. e. innatans Bagno sine firmo funde.



Unde Graecis nostrisque etiam auctoribus, verine ignorantia, an, prudentibus etiam, mendacii libidine visum est tradere posteris, in ea regione piscem e terra penitus oriri, qui, ubi ex alto hucusque penetravit, per ea foramina, ictu capulantium interfectus, extrahitur. Inde est ora Sordorum, et parva flumina Telis et Thicis, ubi accrevere, persaeva; colonia Rusciño, vicus Illiberri; magnae quondam urbis et magnarum opum tenue vestigium. Tum inter Pyrenaei promontoria Portus Veneris in sinu falso, et

auctoribus] v. e. Strab. IV. p. 126. f. 182. Aristotel. de mirab. auscult. c. 91. Polyb. XXXIV. 10. etiam Liv. XLII, 2, 5: Similia de aliis lacubus narrantur. prudentibus] h. e. ex industriis volentibus. piscens] collective pro pisces. Talea vero pisces vocant ἰσχυροὺς, ἰσχυροὺς, αἳ ἐρύττοντες λαμβάνουσι. Rei ipsius rationem Polybius explicat ex cuniculis subterraneis, quibus ad petendas ibi natas radices pisces adlabantur. Esse vero hodia quoque pisces, qui interdum in sicum exeant, et re vera ex terra effodiantur, multis exemplis probat Beckmann ad Aristot. de mirabil. auscult. c. 75 et 91. Ita vero etiam nunc esse in illo stagno Galliae adfirmat Geographi. capulantium] i. e. capulo, fuscina sive tridente pisces configentium. Strabo enim IV. p. 126. f. 182. in hac piscatura τρυβύρα memorat. Capulum nempe dixere, quidquid aliquid intra se capit, hinc capulare et capulator, qui capulis aliquidprehendit.

§. 8. Sordorum] Sordones neque in Strabone, neque in Ptolemaeo reperiuntur, qui posterior adeo Illiberri et Ruscinonem Tectosagibus assignat. Igitur exiguus fuit populus, quem Plinius in ora et intus habitantem facit. Confunduntur passim cum Sardanibus, populo Hispaniae; Sardones sunt in Gallia Narbonensi, ubi h. le comte de Roussillon. Telis] idem esse

videtur, quem Graeci Ruscinonem vocant. Alii putant esse Vernodubrum Plinii III, 5. f. 4. h. Tot. Thicis] sic scripsimus, ut distingueretur a Tichi Hispaniae fluvio. A Plinio vocatur Locum, h. Toc. Rusciño] gr. Ρουσκίνου f. Ρουκίνου Ρουσκίνου. Urbem hanc, cujus antiquitas e Livio XXI, 24. adparet, et Illiberri omnes ad Galliam referunt. Coloniam vocat Mela. Destructa a. 828. urbe, superest excelsa turris, h. le tour de Roussillon. Ruscinonia vicem supplevit oppidum, h. Perpignan, quod a veteris urbis loco 2. M. P. distat. Illiberri] varie scribitur, Locum tenuem fuisse, indicat vox vicus; ex opulentia decidisse, docet Plin. III, 5. f. 4. et innuit Noster. Hannibal ibi castra posuit, v. Liv. XXI, 24, 3. A Constantino instaurata Helena dicta esse videtur, H. Elne. Portus Veneris] quia ab aliis hic Galliae finibus Αφροδίτης f. Ἰσθμὸς Πυρηναιῶν Αφροδίτης memorat, h. locum correctione tenetur. Sed Mela hic modo portus Veneris attingit, qui prope Pyrenaei latus illud fuit, ubi h. Aphrodisium, unde ipse nominatus esse videtur, h. Port Vendre. In Livio XXXIV, 8. dicitur portus Pyrenaei: in sinu Gallici ponitur inter quos duobus promontoriis minoribus quorum unum est Carvaga Galliam pertinet. sinu falso ob aquas salvas vel quod copio

Cervaria locus, finis Galliae,

C A P. VI.

*Hispaniae ora citerior.*

Pyrenaeus primo hinc in Britannicum procurrit Oceanum; tum in terras fronte conversus, Hispaniam irrum-  
pit, et minore ejus parte ad dextram exclusa, trahit perpetua latera continuus, per omnem donec provinciam lon-

in ora ejus salis fieret concretio. Strabo et Livius eum vocant *finem Gallicam*, quae adpellatio propria fuisse videtur. *Cervaria* fuit sec. Plin. III. 4. f. 5. pars Aphrodisii majoris promontorii, vel latus, quoniam unum ejus latus Hispaniae, alterum Galliae obversum erat; illud h. *Cay de Cervara*, hoc *Cabo de las Portas. locus*] sic strictissima significatio-  
ne c. 3. §. 4. loca urbibus obponit. *finis Galliae*] alii, ut Strab. IV. p. 125. l. 178. finem statuunt, ubi tropaea Pompeji sunt.

C A P. VI.

§. 1. *Hispania*] gr. Ἰσπανία, quod etiam Latinis in usu est, et *Ἰσπανία*, et recentiores *Ἰσπανία*. Potiora nomina fuerunt *Iberia* ab Ibero fl. vel Iberis colonis ex Asia; *Hesperia ultima*, ut ab Italia fecernatur; *Celtiberia*. *Hispaniae* nomen derivant a Phoenicium voce *Saphan*, quae ceniculum significat. Constat autem, Phoenices in Hispaniam migrasse et hanc terram devastatam fuisse cuniculorum veracitate et rapacitate, unde *cuniculosam* Celtiberiam vocat Catull. 35, 11. alii tamen aliunde originem repetunt. Incolae *Ἰσπανοί*, *Ἰσπανοί*, *Hispani*, *Celtiberi*. Antiquissimos populos eo venisse Phocaeenses tradit Herod. I, 165. Alii fabulosa de primis incolis narrent, etiam in Herculis expeditione aliqua veri speciei subesse videtur. Certiora de Celtis, Iberis, Phoenicibus, Carthaginienfibus et Romanis dici

possunt, quibus posterioribus in primis innotuit. cf. Mannert Geogr. T. I. p. 222 sqq. Ipsam Hispaniam eum pelle, quae ab oriente ad occasum extensa sit, comparat Strab. lib. III. in. *Pyrenaeus*] gr. Πυρραῖος Πυρραῖα ὄρη. Nomen deducunt a Pyrene, Berycis regis filia, ab Hercule victa et, cum metu patris aufugisset, in illo monte discerpta, quam fabulam explofit Plinius. Alii a *πύρ*, quia pastores igni subjecto saltus concremassé dicuntur, unde rivuli auri argentique exsudarint et in Hispaniam demanarint, alii a Celtica voce *Byren*, *mons*, derivant. Sec. Diodor. Sic. V, 35. extenditur ab australi pelago ferme ad arcticum Oceanum, porrectus 3000 stadia. Mela progressus a *Cervaria* et *Britannicum Oceanum*, quem I, 3. in. Europae terminum a septentrione fecit, ponit pro Oceano Cantabrico. *fronfe*] longitudinem indicat, quatenus Galliam et Hispaniam dirimit. *lateribus*] latitudinem notat, quatenus pars Pyrenaei, a totius montis cursu deflexa, oblique in Hispaniam immittitur. *minore parte*] h. e. versus Cantabricum mare, omninoque septentrionem; nam Hispania Pyrenaei irruptione et progressione in duas fecatur partes, quarum altera major est vel minor. Hispania igitur a montibus ad Pyrenaeum pertinentibus divisa amplior est ad meridiem, angustior ad septentrionem. *pro-*

go limite immiffus, in ea litora, quae occidenti funt ad-  
 2 verfa, perveniat. Ipfâ Hifpania, nifi qua Gallias tangit,  
 pelago undique incincta eft: ubi illis adhaeret, maxime  
 angufta paulatim fe in Noſtrum et Oceanum mare exten-  
 dit: magisque et magis latior ad occidentem abit, ac fit ibi  
 latiffima: viris, equis, ferro, plumbo, aere, argento au-  
 3 roque etiam abundans, et adeo fertilis, ut, ficubi ob pe-  
 nuriam aquarum effeta et fui diffimilis eft, linum tamen,  
 aut ſpartum alat. Tribus autem eft diſtincta nominibus;

vicinia] eft h. l. tota Hifpania.  
 trahit] bene propter longitudi-  
 nem et extenſionem.

§. 2. Gallias] nempe Nerbo-  
 neulem et Comatan. anguſta] Ptolemaeus a Veneris fano ad  
 Oceanum promontorium circi-  
 ter 250 M. P. computat. Ocea-  
 num mare] prior vox adjectivi  
 locum in Jul. Caefar. B. G. III.  
 7, et alibi tenet. Extrudit tamen  
 mare Titius l. c. p. 215. magis—  
 latior] notandum magis ante com-  
 parativum. Strabo autem lib. III.  
 in. maximam latitudinem facit  
 6000 ſtadiorum h. e. 625 M. P.  
 minimam 3000 ſtadiorum h. e.  
 375. M. P. in quo numero alii  
 differunt. viris] id confirmant  
 alii, v. c. Strab. III. p. 99. f. 144.  
 equis] nam equas circa Ulyſſipo-  
 nem et Tagum Favonio ſtanti ob-  
 verſas animaleſpiritus concipi-  
 pere atque inde fetum emittere  
 narrant: quae fabulae ex pern-  
 cium equorum armentis ibi nu-  
 tritis haud dubie orta eſt. plum-  
 bo] nigrum et candidum adfert  
 Plinius XXXIV. 17. f. 16., quod  
 Baetis adeo devolveſſe dicitur.  
 auroque] Tantam copiam auri  
 argentique in Turdetania memo-  
 rat Strabo III. p. 104. f. 161. ut  
 Turdetani praecipuis argenteis  
 et doliis uterentur. Aurum a  
 Tago advehi narrat ipſe Mela III,  
 1. 6. effeta] ora ſeptentrionalis  
 ob frigus parcius fructus ferre  
 poteſt. penuria aquarum] inpr-  
 mis in promontorio ſacro. Apte

vero ob tantam ceteroquin ferti-  
 litatis laudem addit ſui diſſimili-  
 linum.— ſpartum] in horum pro-  
 ventu largo propria Hifpaniae  
 laus. Plin. XIX. 2. l. 1. ſplendo-  
 rem lini praecipuum et miram eius  
 tenuitatem celebrat. cl. Juſtus  
 XLIV. 2. Spartum inprimis pro-  
 pe Emporios inter Pyrenaeum et  
 Tarracoenam creſcebat, et uſque  
 ad Carthaginem novam perſe-  
 quit illa *χαρὰν εξαργύρεον*. Nam  
 Homer. II. II. 135. hoc ſpartum  
 reſpexerit, dubitatur, quia tunc  
 ejus uſus incognitus ejusque co-  
 pia ex Hifpania demum in Grae-  
 ciam advecta fuerit. Ejus nam  
 ed funes et rudentes texendos ſi-  
 tis conſtat. Hodie Hifpania nec  
 ſatis abunde linum colit, nec  
 opera ſubigit. Spartum vero (*ſ-  
 parto*) in regno Valentiae maxi-  
 me provenit et ſtragulis ſunibae-  
 que texendis inſervit.

§. 3. Tribus] olim in citate-  
 rem dividebatur et ulteriores  
 quae Baetica et Luſitania com-  
 bat. Utraque praeterea ſuae ſub-  
 buit: quod factum eſt Poenis  
 victis, cum antea Iberus *αυρὸς*  
 eſſet terminus. Haec diviſio  
 que manſit, ut adparet ex Taſch.  
 Annual. IV. 15. Melae diſtribu-  
 tionem novit jam Strabo lib.  
 XVII. extr. quamvis nondum  
 vulgata fuiſſe videtur; diſtri-  
 ctam memorat Appian. de reb.  
 Hiſp. c. 8. et 102. locumque  
 ait, ex quo Auguſtus Cantabrigae  
 perdomuerit. Tarracoenſis —

mareque ejus Tarraconensis, pars Baetica, pars Lusitania vocatur. Tarraconensis altero capite Gallias, altero Baeticam Lusitaniamque contingens, mari latera obijcit Nostro, qua meridiem; qua septemtrionem spectat, Oceano. Illas luvius Anas separat, et ideo Baetica maria utraque propicit: ad occidentem, Atlanticum; ad meridiem, Notrum. Lusitania Oceano tantummodo objecta est, sed laere ad septemtriones, fronte ad occasum. Urbium de 4 mediterraneis in Tarraconensi clarissimae fuerunt Palantia et Numantia, nunc est Caesar Augusta: in Lusitania Emerita: in Baetica Astigi, Hispal, Corduba. At si litora le- 5

[Lusitania] Mela latiores singularem fines ponit; adcuratius sic: Tarraconensis prope Castulonem terminabatur et in ora Carthagine nova. Lusitania a Durio incipit et versus Baeticam finitur Ana fluvio. Interius Tarraconensis a Baetica et Lusitania distinguitur Soloxio monte, Orensis jugis et Carpetanis atque Asturum. Nomina habent Tarraconensis ab urbe Tarracone, Baetica a Baeti flumine, Lusitania a Luso Liberi patris aut Lysium eo bacchante, etsi alii variant. Illas] sc. Lusitaniam et Baeticam. Anas] sic et gr. In genit. et dativo Ana, in accusat. Latine Anam. Oritur ex Laminitano agre citerioris Hispaniae in Carpetanis, et, ut Plinius ait, modo se in stagna fundens, modo in angustias resorbens, aut in totum conuiculis condens et saepius nasci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur. Pices alit non tam lapidos, quam magnos, H. Guadiana. Quia autem Anas extra fretum Herouquum fluit, Baeticam utraque maria prospicere dicit Mela. obiecta] i. e. jacet ad Oceanum.

§. 4. mediterraneis] i. e. procul a mari sitis: nam mare mediterraneum, quod dicitur, non sum in usu fuit Melae aetate, sed mare interius. Palantia] gr. Παλάντις, incolae Παλάντιοι, Palan-

tini. In situ variant, nam alii Vaccaeis, alii Arevaeis tribuunt. Virtutis fama inclaruisset eam, adfirmat Appian. de reb. Hisp. c. 55. Numantia] gr. Νουμαντία, Νουμαντινῶν et Numantini. In Arevaeis ponitur; a Caesar Augusta 800 stadia distabat. Πάλιον ἑνεκὸν ἑνέρην, duobus fluviis terraeque faucibus et silvis munitam vocat Appian. l. c. c. 76. Celebratur ejus virtus, cum 4000 Celtiberorum per 14 annos sustinuerit. Inde vero bellum Numantium vulgatum est, de quo Flor. II, 28, ubi urbs a Scipione Afr. expugnata et deleta est. Hodie propter rudera veteris urbis Soria esse putatur. Caesar Augusta]

gr. Καίσαρηνύσιον, inde Caesar Augustanus. Plinius III. 4. l. 3. Caesar Augusta colonia immunis amque libero adfusa, ubi oppidum antea vocabatur Salduba, regionis Edetanicae. Ante Augusti tempora ignobile fuisse videtur oppidum, clarius postea factum colonia deducta. Igitur est apud Melam indicat tantum dignitatis translationem. H. Saragossa. Emerita] pleno nomine Augusta Emerita. gr. Αὐγούστα Ἑμερίται. Nempe Augustus post bellum Cantabricum milites emeritos dimisit et hanc urbem in Lusitania condere permisit, inde insula Emeritensis. H. Merida. Astigi] gr. Ἄστυς, inde Astigitania. Conlocatur ad

gas, a Corvaria proxima est rupes, quae in altum Pyrenaeum extrudit: dein Tichis flumen ad Rhodam, Clodianum ad Emporias: tum mons Iovis, cujus partem occidenti adversam, eminentia cautum, quod inter exigua spatia, ut gradus, subinde confurgunt, Scalas Hannibali

Baetim et *Augusta Firma* cognominata est. H. *Écija*. *Hispalis*] sic quoque in Sil. Ital. III, 392. alibi *Hispalis*, inde *Hispalensis*. Sita fuit ad Baetim, colonia Rom. erat et mercatura insignis. Caesar eam post proelium Mundense recuperavit. H. *Sevilla*, *Corduba*] gr. *Κορδύβη*, inde *Cordubensis*. Strab. III. p. 97. [141. eam non solum Marcelli opus, sed et coloniarum Roma in Hispaniam deductarum antiquissimam dicit, ejusque amplitudinem et fertilitatem praedicat. Marcellum vero eam intelligunt, qui tempore belli civilis inter Caesarem et Pompejum res in Hispania gessit. cf. Manbert in Geogr. T. I. p. 305. Ob dignitatem et principatum dicebatur *Colonia Patricia*. Inclaruit natalibus Senecae et Lucani, et si fides est Appian. de B. C. II, 104. Caesaris pugna contra Pompeji filios, etsi alii ad Mundam commissam esse ferunt. *Mundam* vero in Cordubae vicinia non recte omisit Mela. H. *Corduba*, etiam nunc urbs celebris.

§. 5. *rupes*] haec est Aphrodisium, in mare prominet et inde ab hac parte promontorium Pyrenaei facit, et terminos Galliae et Hispaniae constituit. *Tichis*] dubitatur, utrum idem sit, quem Mela in Gallia c. 6. extr. memoravit. Diversum tamen esse ipsa res evincit, quia intercedit Pyrenaei promontorium. H. *Fluvia* esse conjicitur a Manberto Geogr. T. I. p. 402. *Rhodam*] gr. *Ῥόδω*, unde *Ῥοδάσιος*. A Rhodiis conditam veterum testimonia probant; ad mare sitam fuisse non

procul ab Emporiis, docet Liv. XXXIV, 8. f. *Hod. Rofes*, quare Büsching *Tichin*, ad quem sita fuit urbs, esse putat *Lobregat*, in cujus ripa jacet *Rofes*. *Clodianum*] occurrit in hoc tractu etiam ap. Ptolem. II, 6. Strabo III. p. 210. l. 160. tantummodo fluvium Emporias praeterlabi dicit, qui ex Pyrenaeo oritur, et in ostio Emporitanae porcus loco interviat; suppressit tamen nomen. H. fluvius ibi vocatur *Flovia*. *Emporias*] gr. *Ἐμπορίαι*, unitatis tamen *Ἐμπορίου*, inde *Ἐμποριεύς*. Origo urbis dicitur vel a Rhodiis, vel a Massiliensibus, vel a Phocaeensibus. Iacebat inter Iberum et Rhodam, ab utroque 133 M. P. distans. Strabo *Ἰβηρίας* vocat, quae post in unam coactam civitatem mistam ex barbaris et Graecis instituta, quod indicat Livius XXXIV, 9. Aget sterculis fuit frugum, lini et junci, unde *ἰσχυράκιον πεδίων* adpellantur. Commercium adjuvat portus H. *Ampurias, mons Iovis*] hodie est *Montgrinus* s. *Mongri*, qui ex planitie campi Emporitani statim ad jugum arduum crumpit, caetibus horridis, scalarum *Ἰβηρίας* adsurgentibus in parte occidentali. Hujus alterum cornu s. *Montjod*, continuo latere per 3 M. P. massi obijcitur, restans ad laevam Emporiarum urbis, marum per 2 M. P. in mare proripitur usque ad scopulos *Las Medas*. Gradus illi subinde adsurgentes hodie quoque adsurgunt, qui ex fama *Scalas Hannibali* dicti esse videntur, quia fossae ejus milites in montis jugum

adpellant. Inde ad Tarraconem parva sunt oppida, Blanda, Eluro, Baetulo, Barcino, Subur, Tolobi: parva flumina, Baetulo juxta Iovis montem, Rubricatum in Barcinonis litore, inter Subur et Tolobin Majus. Tarracon urbs est in his oris maritimarum opulentissima: Tulois eam modicus amnis, super ingens Iberus Dertosam attingit. Inde se in terras pelagus insinuat, et primum magno in-

6

onisi fuerint, in quo veteris castrorum rudera etiam nunc visuntur. *Blanda*] gr. *βλάνδα*, etiam *Blandae*, ut patet diversitas est in urbe Lucanorum, v. c. 4. §. 9. H. *Blaues*, in cujus vicinia veteris urbis rudera conspiciuntur. *Eluro*] in Plinio III, 4. l. 3. vocatur oppidum civium Rom. et scribitur *Iluro*: quae non confundenda est cum Ilurone prope *Beneharnum*, h. *Oloron*. Nostra h. *Mataro*, olim diruta a Mauris, deinde eodem in locorestituta. *Baetulo*] Plinius c. l. oppidum Rom. civium adpellat et cum Mela prope Barcinonem ponit. H. *Badalona*. *Barcino*] gr. *βαρκινών*, inde *Barcinonensis*. Vocatur colonia, Originem ejus Carthaginensibus tribuunt, et nomen ipsum ad Hamilcarem Barcinæ gentis referunt. Sita fuit in ora amœna, et, si verè inscriptiones adferunt, templa Minervæ, Veneris, Aesculapii habuit. H. *Barcelona*, satis ampla urbs. *Subur*] gr. *Σούβουρ*. Plinius ponit in Ilgeritum regione, Ptolemaeus Cosetanis vel Laetanis assignat, quae populorum commistio orta est ob vicinos terminos. De hodierno situ et nomine variatur; ponitur in limite oppidi *S. Vandilii* s. *Ban Boy* et *Tolobin* in area urbis *Martorello* conlocant. *Baetulo*] cursus ejus a Mela notatur; h. *Tar*, qui juxta *Torruella* in mare inlabitur. *Rubricatum*] sic retinetur, quam *Rubricatus*. H. *Lobregat*. Nomen a rubore fluctuum habet, quem colorem ab arenis

trahit alias amnis inglorius. *Majus*] fluvius hic a nemine præter Melam memoratur, et h. est *Tamarit*. *Tarracon*] gr. *ταρρακωνών*, *ταρρακωνίσιος* et *ταρρακωνίτης*, Lat. *Tarraconensis*. Ejus origo est obscura. *Colonia* vocat Plinius, quae non ad Scipiones (v. Vellej. I, 15.), sed ad Iulium Caes. referenda est. De ejus situ copiose exposuit Strabo, qui inter Iberi ostia et Pyreneum ponit, eamque *μητρόπολιν οὐ τῆς ἑντὸς Ἰβηρίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἐκτὸς τῆς πελάγης* vocat. Utrum portum habuerit, dubitatur. Laudantur ejus agri vina. Tiberio imperante concessum est, ut ibi Augusto templum frueretur, quod labefactum instauravit Hadrianus, serius Severus. *Tulcis*] ap. Plin. III, 4. l. 3. adpellatur *Sabi*: uter recte retulerit, ignoratur, nisi promiscuum fuerit nomen. H. *Francofi*. *Iberus*] gr. *ἰβηρῆς*. De eo Plin. III, 4. l. 3. *Iberus amnis navigabilis, commercio dives, ortus in Cantabris, haud procul oppido Iuliobrica, per 450 M. P. fluens; navium per 260 M. P. a Varia oppido capax, quem propter universam Hispaniam Graeci adpellant Iberiam*. *Dertosā*] gr. *Δέρτωση* s. *Δερτώνα*. Strabo eam vocat *κατοικίαν*. Cum in numis *Hibera Dertosā* occurrat, quidam *Iberam civitatem* Livii XXI, 28. de Dertosā explicarunt; quod seculum factum esse alii existimant. Videtur autem ita ab Ibero, h. Ebro, dicta esse. H. *Tortosa*. §. 6. *insinuat*] mari se trans-

petu admiffum, mox in duos finus promontorio, quod Ferrariam vocant, finditur. Prior Sucronensis dicitur, majorque ac magno fatis ore pelagus accipiens, et, quo magis penetratur, angustior, Saetabim, et Turiam, et Sucronem, non magna excipit flumina: urbes complexus, et alias quidem, sed notiffimas Valentiam, et Saguntum illam, fide et aerumnis inclutam. Sequens Illicitanus Alo-

Iberi offia in litora infnuante fiunt, finus duo, Sucronensis et Illicitanus, atque utrumque fejungit promontorium *Ferraria*, h. *El Cabo de Martin*. Nomen tulit ob vicina εὐρηστα εὐφωῖ, ut Strabo ait. *Sucronensis*] alibi non memoratur. Nomen nactus a fluvio et urbe, quae Pfinii jam aetate intercederat, v. lib. III, c. 4. f. 3. bello Sertoriano adhuc fctur, quod proelium Sucronense probat. cf. Flor. III, 22, 7. Successit in ejus locum vicus *Cuftera*. *Saetabim*] Flavius et urbe hoc nomine memoratur, quam Strabo III, p. 210. f. 60. post Dertofam et Saguntum ponit. De fitu dubitatur. Fortaffe pro *Saetabim* scribendum est *Sorobim*, qui fluvius hodie est *Morvedro* et Segebrigam adluit; vel *Saetabis* est h. *Milla*, qui prope vicum *Villa real* in mare exit. Laudatur in hoc tractu praestantia lini. *Turias*] Turias, uti rectius scribitur, hod. sine dubio est *Guadalabiar*, qui prope Valentiam in mare effunditur. *Turiense* proelium a Pompejo profpere pugnatum ad Valentiam est notum. *Sucronem*] hic fluvius Contestanise fines fecit et h. *Suvar* f. *Xucar* dicitur, et alias quidem — sed] graecismus Palaephato frequens, v. c. VI, 2. XVI, 3. XXVII, 3. ita αὐτὸν ἄλλοι, ἄλλα — καὶ δὲ — πάλαι ἔχοντι κλισίονα καὶ —. Sic lat. Ovid. Faß. IV, 689. Is mihi multa quidem, sed et haec narrare solebat, ut gr. ἄλλα πάλαι μὲν — ἔτ. καὶ. *Valentiam*] gr. Οὐαλεντία.

Sita fuit juxta Toriam fl. 3 M. P. a mari remota. Origo ejus referenda ad aun. u. 616., quo Iun. Brutus iis, qui sub Viriatho militaverant, agros et oppidum dedit, quod Valentiae nomen accepit. A Pompejo in bello Sertoriano deleta est. Strabo non memoravit: igitur Melae aetate infaurata esse videtur. Plinius *Colonium* vocat: H. *Valencia*, *Saguntum*] etiam *Saguntus*, gr. ζάγυνθος, et ζάγυνθος. Prioris adpellationis causa repetenda a *Zacynthiis* conditoribus: quibus aetaserunt Ardeates, unde *Aufonia* *Saguntus* Silio Ital. I, 332. A mari distabat εὐ τὰς εὐρῆς, ut sit Polyb. III, 17. sed hodie a M. P. vel quod urbe antiqua latius patuit, vel quod mare recessit. Sita fuit in ima parte montis in mare procurrentis, in confinio Iberiae et Celtiberiae. Civitas fuit longe opulentissima, et agrum fertilitate insignis. Fides ejus in Romanos nota. Exerfit inde bellum Punicum 2. Octavo anno post receptam urbem pristinis caltoribus, quos belli vis reliquerat, restituerunt Romani. H. *Morvedro* ab antiquis muris, qui ibi supersunt praeter ingentes ruinas et fragmenta amphitheatri, quae priscam ejus magnitudinem declarant. *fido*] Florus II, 6, 3. vocat *fidei* erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum. *Illicitanus*] ab urbe vicina *Milice*. H. *Golfo d' Alicante*. *Alonon*] gr. Ἀλόννη nomen habet κατὰ τὸν ἀλόν, quia olim, uti nunc, praestantil-

nen habet, et Lucentiam, et, unde ei nomen est, Illicen. Hic jam terrae magis in altum eunt, latioremq; quam fuerat, Hispaniam faciunt. Verum ab his, quae dicta sunt, ad principia Bæticae, praeter Carthaginem, quam dux Poenorum Hasdrubal condidit, nihil referendum est. In illis oris ignobilia sunt oppida, et quorum mentio tantum ad ordinem facit; Urci in sinu, quem Urcitanum vocant: extra Abdera, Suel, Hexi, Maenoba, Malaca, Salduba, Lacippo, Barbesula. Aperit deinde angustissimum

7

8

fimo sale abundabat. Hodie esse oppidum *Guardamar*, situm in paene insula ad os Taderis fluvij, h. *Segura*, putant alij, alij vero nominant *Attea* [ *Villa joyosa*. *Lucentia* ] gr. *Λούκωνρον*. Sita est urbs inter Illicen et Dianium. H. *Alicante*. *Illicen* ] gr. *Ἰλλικίαις*, Plinio *Illici* est. Ptolemaeus in Contestanorum mediterraneis civitatibus ponit: igitur remotior fuit a mari et dignitate sua sinui nomen dedisse videtur. Plinius *Coloniā immunem*, i. e. Italico jure donatam, vocat. H. *Elche*.

§. 7. *Carthaginem* ] sc. *novam*, quae vox in utraque lingua raro adest, gr. *ἡ Καρχηδών νέα* et *ἡ παρὰ τὴν Ἰβηρίαν Καρχηδών*. In conditore consentiunt alij, et In Iustin. XL, 83. tradit, Teucrum huc venisse et loca occupasse. Sita fuit in monte instar paene insulae excurrens ad sinum maris. Strabo III. p. 109. f. 158. laudat munimenta, portus, lacus, metalla, salsamenta et maxime mercaturam. Ob largum [parti proventum *Σπαρταγινὴ* dictam fuisse notat Appian. de reb. Hisp. c. 12. *Coloniā* vocat Plinius. A Gothis subversam e ruinis excitavit Philippus II. Hispaniae rex, ne Afri situs opportunitate adlecti illam occuparent. H. *Cartagena*. *Urci* ] gr. *Ὀῦρκυ*. An eadem dicta olim fuerit *Murgi*, dubitatur. Hodiernum nomen alij aliud proferunt, v. c. *Almeria*, *Murcia*, *Montroy*. *Almasarau*, *Abdera* ] gr. *Ἀβδερὰς*.

inde *Ἀβδηρίτης*. Phoenicum *νίσιμα* habetur. H. *Almeria*, aliis *Adra*. *Suel* ] gr. *Σουέλ*. In eodem tractu Ptolem. II, 4. ponit: omnes post Malacam versus Gades. Hodie ibi *Fuengirola* stare putant, alij *Molina*. *Hexi* ] varie scribitur. Strabo III. p. 108. f. 156. adpellat *Ἐξικωνῶν πόλιν* ejusque salsamenta laudat. H. est *Amunecar*. *Maenoba* ] aliis *Menoba*. Cognominem fluvium novit Plin. III, 3. Hodie putatur *Velez Malaga* et fluvius *Velez Malaca* ] gr. *Μάλακα*, vel *μαλάκω*. De nomine nil nisi conjecturas proferunt. Conditores feruntur Phoenices. Distabat a Calpe 750 stadia. Fuit *urbs sederatorum*, ut Plin. III, 3. f. 1. ait. Post fama crevit et opibus, et municipium adpellatur. H. *Malaga*. *Salduba* ] Ptolemaeus in mediterraneis Turdulorum civitatibus producit. Ad cognominem fluvium sitam fuisse, innuit Plin. III, 3, 1. Hod. ponitur, ubi exstat *las Bavedas*. *Lacippo* ] eadem occurrit ap. Plin. l. c. sed longe discrepat Ptolemaeus III, 4. qui eam procul a Barbesulis recenset: ei tamen adsentitur Carter in d. Reise v. Gibraltar n. Malaga p. 128. Res in ambiguo est, et misere huc disjectae sunt urbes. *Barbesula* ] genere neutro, ut gr. *Βαρβήσουλα*: inde *Barbesulani*. Sita fuit inter Transductam et Cartesiam haud procul a fluvio cognomini, h. *Guadiaro*. Urbs plane intersidit.



pelagus, et proxima inter se Europae atque Africae litora montes efficiunt, ut initio diximus, Columnae Herculis, Abyla et Calpe: uterque quidem, sed Calpe magis, et paene totus in mare prominens. Is mirum in modum concavus, ab ea parte, qua spectat occasum, medium fere latus aperit: atque inde ingressis totus admodum pervius, prope quantum patet, specus. Sinus ultra est, in eoque Carteya, (ut quidam putant, aliquando Tartessos,) et quam transvecti ex Africa Phoenices habitant, atque unde nos fumus, Tingentera. Tum Mellaria, et Belo, et Be-

§. 8. *pelagus*] sc. Herculeum. *Calpe*] gr. κάλυ. Dictam eam esse putant, quia tanquam situla in mare a continenti promineat. H. *Gibal Tarif* a Maurorum duce *Tarif*, qui an. 714. in eo scopulo urbem et castellum condidit. Disputatur vere, utrum in monte Calpe urbs cognominis steterit: quod jure negatur, sed ea haud procul sita fuit, ut diserte Strab. III. p. 96. l. 140. Nam quod Cartejam et Calpen unam eandemque esse urbem quidam putant, id sic contra Strabonem, qui utramque urbem distinguit. Calpe, si de monte sermo est, h. est *Gibraltar*, rupes satis nota. *specus*] Cartor l. c. p. 20. hunc immutatam invenit, quia immensa saxa interioribus partibus et recessus ocludunt et obstruunt. H. vocatur specus *S. Georgii*, cujus aditus angustus, interiora latius patent.

§. 9. *Carteya*] gr. καργία. De situ ejus dubitatur: Livius constanter extra fretum ad Oceanicam oram ponit, sed Noster et alii in ipso fretu ostendunt. Item de hodierno situ agitur quaestio. Qui illa loca *αυτοψία* exploravit Carterus, eam in ruinis jacere existimat: cui repugnat Maunert. in Geogr. T. I. p. 289. eam infra *Algeziras* ponens prope turrim *del Carnero*. Videtur collocanda esse inter *Gibraltar* et *Algeziras*, ubi h. *San Roque*, Carthaginen-

ses eam olim occupasse tradit Justin. XLIV, 5. quibus expulsa Scipione expugnata in coloniam libertinorum redacta est, de q. v. Liv. XLV, 3. *Tartessos*] gr. Ταρτησός, inde *Ταρτησός*, lat. *Tartessus*, *Tartessus*. Disputatur de situ hujus antiquissimae urbis. Quidam inter duo Baetis ostia ponunt, qui fluvius *Tartessus* appellatus esse dicitur. Post dicta fertur *Gadir*: quod ad Gades rectius referas. Alii eam postea *Cartejam* vocatam esse opinantur, et hinc promiscue utuntur utroque nomine, ut Plin. III, 3. l. 1. Dubitanter tamen, ut Noster, loquitur Strabo III. p. 104 l. 151. Variant narrationes et turbatae sunt. *et quam transvecti*] haec urbs a Latinis dicitur *Traducta*, a Poenis *loza*: gr. Ἰουδα Ἰούδα. In Strab. III. p. 96. l. 140. *Ἰουδα Ἰούδα* et narratur, Romanos ex Zelo, Tingi vicina urbe, intus in Hispaniam traduxisse, additisque Italici urbi novae nomina *Julia Iota* imposuisse. Alii putant, primum ejus nomen fuisse *Tingentera*, qui successerit *Julia Cetraria* a Julio, post *Traducta* et traductis civibus Augusti jussu. De hoc situ disputatur. Alii *Algeziras* esse opinantur, alii ponunt, ubi h. *Tariffa*. *Tingentera*] locus perquam corruptus et varie tentatus. E lectione *tingenteratum* cruta est lectio *Tingentera*: Tum etc. Nem, urbis ubi

fippo usque ad Iunonis promontorium oram Freti occupat. Illud jam in occidentem et Oceanum obliquo jugo excurrens, atque ei, quod in Africa *Ἀμπελοσίαν* esse dixeramus, adversum, qua Nostra maria sunt, finit Europen.

## C A P. VII.

*Mediterranei maris insulae.*

Gades insula, quae egressis Fretum obvia est, admo-  
net ante reliquas dicere, quam in Oceani litora Terrarum-

men deesse orationis series docet. Nusquam tamen hujus urbis fit mentio. Geographus Ravennas IV, 42. post Cartejam habet *Transductam*, *Cetrariam*, *Melariam*: quam mediam vocem hic substituit. Nihil igitur certi constitui potest de patria Melae, quam alii ad Mellariam referunt. *Mel-laria*] gr. *Μελλαιρία*, inde *Mellariensis*. Duplex fuit Mellaria, una prope Cordubam, altera juxta Belonem. Nomen a melle ducitur. De situ hod. dissentiunt. Mannert F. I. c. p. 286. h. vocari putat *Tenro de la Penna*. Salsamenta ibi condita praedicat Strab. III. p. 96. l. 140. et *περὶ Σιδὸν* Plutarch. in Sertor. c. 12. ubi Sertorium in pugna navali Cottam vicisse narrat. *Belo*] gr. *Βελόνη*, inde *Belonensis*. *Claudia* cognominatur, fortasse quia Claudius Imp. eam auxit atque ornavit. Occurrit et fluvius *Belon*, a cujus ostiis urbs sec. Strabonem 50 — 70 stadiis distita fuit. Sed in situ, uti in hod. nomine, fluctuant sententiae Virorum Doctorum. *Besippo*] a Belone distabat 12 M. P. Ruinas urbis adpareere putant h. ad *Trafalgar* et ab Hispanis *Agua de Moeca* vocari. *Iunonis promontorium*] nomen a templo Iunonis habet. H. *Cabo de Trafalgar*

## C A P. VII.

§. I. *Gades*] gr. τὰ γάδες vel ἡ γάδες, sc. νήσος. ap. Latinos numero plurali tantum afferri solet. Inde γάδαρος, γάδαρος, γάδαρος et γάδαρος, *Gaditanus*. Nomen ex Punic lingua derivant, ubi τὰ γάδες dicuntur *περὶ Σιδὸν*, septa, loca septa. Cum Tartessus et Erythia, diversae insulae, quoque γάδες vocarentur, saepe cum Gadibus commistae sunt. Originem Gadium adscribit Strabo III. p. 117. l. 169. Tyriis: id factum est *tempore Iliaca*, ut Mela III, 6, 1. ait. Situs ejus vage indicant: quidam intra, plures extra columnas Herculis ponunt: nempe de harum situ item diverse statuebant. Accuratius Strab. III. p. 96. l. 140. et p. 116. l. 169. eas a Calpe 750 stadiis removet, ostiisque Baetis vicinas ponit; a sacro autem promontorio distare minus 2000 stadiis adfirmat. Herculis in urbe templum vix uno stadio a freto distabat. Inter Gades et Erythiam unius stadii fuit intervallum: unde post utraque aggeribus conjuncta est, et in unam coaluit. H. *Leon*, in quo *Cadix* urbs sita est. Haec insula inclaruit opibus et commerciis maritimis et Romanorum amicitia. A Julio Caesare civitatis jus accepit. v. de Bell. C. II, 26 sq. Plura de his

que circuitum, ut initio promissimus, oratio excedat. Paucae sunt in Maeotide, (inde enim videtur commodiffime incipere) neque omnes tamen incoluntur: nam ne pauca quidem large ferunt. Hac re habitantibus caro magnorum piscium sole ficcata, et in pollinem usque confusa, pro farre est. Paucae et in Ponto; Leuce, Borysthenis ostia objecta, parva admodum, et quod ibi Achilles situs est Achillea cognomine: non longe a Colchis Aria, quae Marti consecrata, (ut fabulis traditur) tulit aves cum summa clade advenientium pennas, quasi tela, jaculatas. Sed sunt inter Istri ostia: ex his Peuce notissima et maxima Thynias, Mariandynorum finibus proxima, urbem habet quam, quia Bithyni incolunt, Bithynida adpellant. Contra Thracium Bosporum duae parvae, parvoque distante

insula infra III, 6, 1. Hod. urbs vocatur *Cadiss*. Nati erant ibi Columella et Canius poeta. initio] v. I, cap. 4. f. *paucae*] una est ditissima, olim Venetorum erat et *Alopecia*, gr. *Ἀλωπενία* dicebatur, a Tanai urbe 100 stadiis distans. H. *Tana. pabula*] sc. ob coeli rigorem. *piscium*] Idem narrat Curtius IX, 10, 10. de Indis maritimis: *piscibus solo duratis vescuntur*. cf. infra III, c. 8, 4.

§. 2. *Leuce*] gr. *Λευκή*. Nomen derivant a Igli colore vel a candidis avibus, quibus abundabat. Situs ejus vago indicatur. Cum Mela alii ad vel ante Borysthenem collocant. Sec. Strabon. VII, p. 211. l. 506. a Tyrae ostiis trajectory 500 stadiorum, a Borystheni 600 aberat. Commiscetur cum *Ἰστρίῳ* Ἀχίλλειος. Thetidis praecipibus a Neptuno ex mari excitata esse fertur, ut ab Helena et Achille incoheretur, quem ibi cerni et audiri, scribit Max. Tyr. XV, 7. *Sedem animorum*, *ἡνέον Ἡρώων, ἡνέον Ἰουδαίον* vocant auctores, quia fortasse ob solitudinem et silentium apta deorum et animarum sedes esse videbatur. H. alii *Tidonisi*, alii *Tandra* esse putant. Vocatur etiam *Achillae*, gr. Ἀχίλλαι

*Λεῖα, ἢ Ἀχιλλεύς, ἢ Λευκὸν νῆσος*, quia sacra fuit, et clara tumulo et templo Achillis, quem Iphigeniae amore e Rhoeo huc migrasse edisserit Maximus Tyrius. *Aria*] gr. Ἄρειος νῆσος et Hygino fab. 30. *Martis insula* vocatur et a Phoenacia 50 stadiis distabat. *fabulis*] inpr. Argonautarum. *aves*] Apollon. Rh. II, 1032. tales aves memorat, sed eas v. 1053. in Arcadia ponit. Ex Mela. haussit Plin. VI, 13. l. 12. sic: *in his volucres cum advenis pugnasse dicuntur pernarum ictu, Sex sunt*] multa existant exempla insularum, quae ad magnorum fluminum ostia arenarum et limi aggerationibus enatae sunt. Noster inter Istri ostia 6 ponit: plures omnino fuisse adfirmat Strabo VII, p. 211. l. 505. *Peuce*] gr. Πεύκη. Nomen loci *πλῆθος, ὃν ἔχει, πενήν*. Strabo c. I. eam ab ostio sacro Istri, quod ad Austrum vergit, 120 stadiis removet. Insulae forma est *γυγλάχιν*, uti Apollon. Rh. IV, 310. descripsit. Variis regionibus et populis designatur. Hod. *Gangrphis* est *Barillana*, aliis *Pinna*. *Thynias*] gr. Θυνιάς. Dicta quoque est *Apollonia*, quia Argonautis Apollo ibi adparuit, unde τῶν Ἀπέλλαντος νῆσος vocarunt etque

patio, et aliquando creditae dictaeque concurrere, et Cyneae vocantur et Symplegades. In Propontide tantum Proconnesos habitatur. Extra Hellespontum earum, quae Asiaticis regionibus adjacent, clarissimae sunt, Tenedos, liges adversa litoribus, et, quo dicentur ordine, ad pronontorium Tauri montis expositae, quas quondam dici utavere Μακάρων; sive quod fortunati admodum coeli solique sunt, sive quod eas suo suorumque regno Macar occu-

ram statuerunt, v. Apollon. Rh. l. 674 sqq. Hinc distingui potest ab aliis ejusdem nominis urbibus. Sita fuit ad Mariaudorum fines, et 1000 passibus a continente distabat. H. aliis *Reva*, aliis *Farnasia* est.

§. 3. *Cyaneas*] Strab. VII. p. 21. l. 319. sic eas describit: *αἱ Κυαεὶ πρὸς τῷ σώματι τοῦ Πόντου εἰς δύο εἶδαι, τὸ μὲν τῆ Εὐρώπῃ προσεχέει, τὸ δὲ τῆ Ἀσίας.* Asiatica adiacebat haec adoni, Europaea Byzantio. omen noctuae sunt a κυανός i. e. λαις, a colore, vel strepitu aquam canino latratui simili. *Symplegades* etiam vocantur a συμπλήττω, a collidendo; et saepe ad rante adpellationem additur *πύλαι*. Praeterea et Πλαγκταὶ dicuntur ἀπὸ τοῦ πλῆξαι, ab erundo, unde πλῆξαι πύλαι et rantes *Cyaneas* ap. Valer. Fl. IV, 2. Hoc nomen spectat jactantiam earum mobilitatem et conlinationem, cujus fabulas causam addit Plin. IV, 27. l. 13. quoniam rivo discretas intervallo ex adfisso intrantibus geminae cornentur, paululumque deflexa acio rantium speciem praebent. iugusto intervallo a continenti sunt, et recentiores adfirmant, tras potius esse, quam insulas, as nautae le Pavonars, incolae rantes adpellent. In poetis mane Argonautarum transitus ceoratur, quo facto constiterunt. §. 4. *Proconnesus*] gr. προκόννησος, quasi προκόν, i. e. ἄλφρον, ἠέρος, re et a quibusdam *Elaphonne-*

*us* dicitur, a quibusdam vero utraque distinguitur. Strabo veterem et novam memorat posterioremque incolis frequentatam dicit Scylax. Urbs et occurrit in ea, cibus conditores Milesios ferunt. Inclaruit Aristeia, et impr. marmore μεσομάκων, quo exstructum vel excutum est Manuleum forumque a Constantino in nova urbe exornatum. Civis *Proconnesius*. Hod. plerique putant esse *Marmara*, Turcis *Mermar Adassî*. *Tenedos*] gr. τένεδος, incolae *Tenedii*. Nomen ex fabula habet a *Tene*, quem pater *Cygnus* novercae causa cum arca inclusum in mare projecisset, ad hanc insulam ejectum incolae exceperunt regemque crearent; post mortem Deum coluerunt: igitur quasi τένενου ἕδος. Antiquius nomen fuit *Leucophrys*. Sita fuit circa Troada Sigeo litori adversa, ambitumque 80 stadiorum ei dat Strabo. Habuit urbem, duos portus, templum Apollinis Sminthi. Inclaruit jam Trojana tempestate, v. Homer. Il. I, 38. Post Persae ceperunt, Aeolum colonia eo deducta est, Atheniensibus vectigalis fuit, et denique Romanis paruit. H. *Tenedo*. *Tauri*] igitur ad Lyciam hinc usque, v. ad I, 15. in. coeli] conjungit et II, 2, 4. c. 7, 19. inde judicatur et pendet regionis felicitas, ob quam et aliae insulae Μακάρων diotae sunt. De nostris idem tradit Diodor. Sicul. V, 82. *Macar*] gr. Μάκαρ et Μακαρεύς. cf. Diodorus l. c. qui



oniâ Chios et Samos: in Caria Cos: in Lycia Rhodos; in

γοναίνας τῆς ἰνίας. Chios] gr. ἰός, incolæ χίος, lat. Chius. Prisca origina sunt Aethalia, Macris, Ityusa. Chius dicta est vel a Chione Nympha, vel a nive, vel a Chio, Oceani filio. Ὀκισιάς ejus elassos faciunt alii, alii Lelas. Expofuit de ea re inpr. Pausan. VII, 4. f. Posita est, ut lin. II, 38. l. 31. ait, inter Samum et Lesbum ex adverso maxime Erythrarum. Multi commemorant urbem cognominem cum portu ad montem Pelinasum, h. Spartonda, in quo Iupiter Πελωνίος colebatur. Aliam insulae portum Phanas cum templo Apollinis memorat Strabo, et cognominis promontorium Livius. Laudantur in Chio lapidicinae marmorae; vinum inpr. Ariustum, cujus ambrosios succos laudat Sil. Ital. VII, 210; hodiernum tamen vinum a prisca laude deficit. Insula fuit opulentissima, classem habuit et 100 naves in bello Persico Graecis praebuit. Tulit civem claros Ionem tragoedum, Theopompum historicum et Theocritum sophistam; praeterea civem jactant Homerum et Ananato pagum hodie ostendunt, ubi hatu fuerit, vineamque Homeri in vicinia vocant. H. Scio, Turcis Sakos-Adasi. Samos] gr. Σάμος, inde Samius. Prisca nomina sunt Parthenia, Dryussa, Anthemusa, Melamphyllus, Gypariffia, Parthoanarusa, Stephans. Nomen Sami a Samie, Maecandri fil. filia, deducunt, etsi alii aliter. Insulae cultae et habitatae auctores faciunt Ancaeam, Cydrolaam, Macaris filium, Thymbriorem, Proclum. Insula exiguo freto a continente dirimitur, ita ut loquentium voces ab utraque parte exaudiri possint. Circuitus ejus esse fertur 87 M. P. sed alii discrepant. Promontoria memorant Posidium, h.

Samson, et Ampston, h. Kerki. Urbs occurrit cum portu clauso, eversa a Dario sec. Herod. III, 139. De Samiorum potentia Atheniensibus noxia exp. Thucyd. VIII, 76. Strabo in ea vinum ignorat, recentiores vinum muscatum laudant. Celebrantur porro Samia rafa et Samias placenta. Sacra fuit Iunoni, quae ibi templum et insignia habuit, cuique pavones nutriebantur. Conspiciuntur ibi hodie exigua rudera. Insula hodie Graecis Samos, Turcis Samo adpellatur. Cos] forma haec contracta rectior est quam Coos. Antiqua nomina fuerunt Merope l. Meropis, Coa l. Ceos ex confusione cum cognomine Cycladum una prope Atticam, Nymphaea. Cos, gr. κῶς e contracta voce χίος, dicta est a Co, Meropis filia; hinc κότος vel κῶτος, lat. Coos. Circuitum 100 M. P. ei dat Plinius V, 36. l. 31. cum quo recentiores proxime conveniunt. Habuit urbem cognominem, Eurypyli, regis, senem. v. Homer. II, II, 677. Olim Asiypalaea metropolis fuit: alii quoque portum commemorant; plures laudant ejus fertilitatem et vinum; celebrantur porro Coas veses bombycinae et perlucidae. Tulit homines claros Hippocratem, cujus domum h. incolae ostendunt, Philetam poetam, Aristonem, Aristotelis successorem, et sec. quosdam Apellum. Sacra tuit Aesculapio, qui magnificum templum ibi habuit. Incolae fuerunt Dorientes et varias experti sunt reipublicae mutationes; Strabonis aetate imperium arripuit Nicias. In bello Mithridatico regis partes amplexos abstraxit Lucullus, iisque post immunitatem tribuit Claudius Imp. v. Tacit. Ann. XII, 61. H. Graecis et Italis Sango, Turcis Stanoo. Rho-

illis singulae sunt iisdem nominibus urbes: in Rhodo tres  
 5 quondam erant, Lindos, Camiros, Ialyfos. Quae contra

das] gr. Ῥόδος, unde Rhodii. Olim tulit varia nomina, v. c. *Ophiussa*, *Astheria*, *Aethraea*, *Trinacria*, *Corymbia*, *Macaria* etc. De Rhodi nomine variae profant opiniones: qui mythologica sequuntur, a *Rhodo*, Veneris filia, Solis conjugē ducunt; plures a *rosarum* largo proventu, qui ros etiam in ejus numis conspicitur. Antiquissimos ejus incolae faciunt *Telchinās*, quibus ob diluvium praevium egressis, *Sol* s. *Helius* a conjugē Rhodo nomen insulae imposuit, unde orti *Heliadas* eam occuparunt; hos ejecerunt *Phoenices*, quibus successerunt *Cares* hisque vi expulsis *Dorienses*, qui tres illas urbes condiderunt. Insulae situm Mela ad Lyciam indicat, ejusque circuitus est 125 M. P. dissentientibus aliis. Potens fuit mari et classes peregre misit, et Rhodii urbes condiderunt atque insulas frequentarunt. Strab. XIV. p. 449. l. 652. ait, Rhodum a Romanis adamatam et a regibus, Romanorum Graecorumque studiosis, *αὐτόνομον* praestitam et servatam fuisse. Sed libertas illis mox ademta, mox firmata est a Romanis, prout meruissent. v. Tacit. Ann. XII, 59. Laudantur ejus fertilitas, salubritas, opera et literarum studia, imprimis schola rhetorica, inde ab Aeschini tempore clara. Tulit civēs claros vel aluit receptos *Dionysium* Thracem, *Apollonium*, Argonauticorum auctorem, *Molonem* rhetorem, quem Cicero audivit, aliosque. Memorabilis est *Solis Colossus*, quem descripsit Plin. XXXIV, 18. l. 17., *Charitis* Lindii opus. Everfus est, ut traditur, Flaminio Nepote et Furio Philo Cos. a. n. 531. et, licet erigendi donuo pericula facta essent, jacuit usque ad an. Chr.

655. quo mercator Iudaeus aes redemptum 900 camelis avexit. Insula experta est et nunc experitur palmim graves terrae motus. H. *Rhodis*. tres] hinc Rhodus a Findar. Olymp. VII, 54. Ῥόδος *vāses* vocatur. In Dorianum numero fuisse, refert Herod. I, 144. Nomina traxisse feruntur a Solis nepotibus. quondam] recte, nam bello Peloponnesiaco ex harum incolis una illa Rhodus facta est, ad quam vires et potentiam deferrent, neque tamen illae tres vetustas statim desierunt, sed sensim ad tenuitatem redactae interciderunt. *Lindus*] gr. Λίνδος, unde Λίνδιος. Sita erat urbs in monte versus meridiem, et asperissima insulae parte, quae frugum sterilis, at uvarum et ficum feracissima fuit. Conditores varios commemorant. Celebratur templum Minervae ejusque signum, opus Seyllidis et Dipoeni statuariorum, factum ex lapide smaragdo, 4 cubitos altum, quod olim Cleobulo Lindi tyranno Sesostris miserat. Templi vetustas hinc adparet, quod Amasin duas lapideas statuas Minervae in eo posuisse narrat Herod. II, 182. Ejus rudera hodie conspiciuntur, sicut oppidi, ubi h. parvum castellum *Lindo*. *Camirus*] gr. Κάμιρος et Κάμιρος: unde incolae *Καμιρῆσις*, — *εἰτός* et — *γαῖος*, lat. *Camirensis*. Ob situm in argilloso solo Homer. II, II, 656. *εγγυῖεντα* vocat. Patria fuit Pisandri poetae. Multaethodie superfunt reliquiae. *Ialyfos*] gr. Ἰαλυσοῦς, plerique (simplici scribunt, inde Ἰαλυσιος. Plerique *Ἰαλίον* vocant, Strabo autem *κάμιν*, cui imposita fuerit *ακρόπολις Ὀχρωμα καλομένη*. Inde finitima regio dicta est *Ialyssia*, ubi urbs *Achaëa*, his tribus antiquior, sit

Tauri promontorium importunae navigantibus objacent, Chelidoniae nominantur. In sinu, quem maximum Asia recipit prope media, Cypros, ad ortum occasumque se immittens, recto jugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur; ingens, ut quae aliquando novem regna ceperit, et nunc aliquot urbes ferat, quarum clarissimae Salamis et Paphos,

uisse traditur a Diodor. Sic. V. 17.

§. 5. Tauri] v. ad I, 15, 7. Chelidoniae] gr. χελιδόνια. Plerique insulas vocant, alii πέτρας, κενάλους, uti Lucian. in Navig. 8. ait: ἀπόκρουσις πέτρας καὶ ξάλας, παραθνήσκονται τῷ κλύσματι, et terribilem strepitum ex fluctuum collisione memorat: Mela navigantibus importunas vocat. Mela contra, Strabo juxta Sacrum promontorium ponit, quod Plinio V, 27. Chelidonium est, h. Lago delle Calidonio. Plerique numerum tres, alii duas memorant; quae hodie sint, non constat, etsi situs ex veteribus non obcurus et dubius est. Nomen natae videntur, quia scopuli frequentibus hirundinibus hieme refugium praebent. Cypros] ta et gr. Incola κόπριος. Antiqua nomina fuerunt Acamantis, Ierastis, Aspelis, Amathusia, Maria et alia, Cypri nomen deducunt a Cypro, filia Cinyrae vel bibli et Veneris; alii a flora Cypro, quem optimum odoris suavitate ibi provenire adfirmat Plin. III, 58. l. 24. Cinyram, ab illo amen diversum, Cypri regem facit Homer. II. XI, 20, Agamemnonis aequalem, unde Cinyreia Cyprus ap. Lucan. VIII, 716. Maximis adnumeratur insulis, circuitumque 3420 stadiorum ei dat Strab. XIV, p. 469. l. 681. Longiorem fuisse, quam latiore, docet adspectus. Tota cincta multis promontoriis. Laudatur ejus fertilitas et silvarum abundantia: nec minus hodie ea de causa ce-

lebratur, quamvis segnitie gentis infamis. In claris civibus sibi vindicat Homerum. De aliis infra. H. Cypro, Italis Cypro, Turcis Kibris. immittens] indicat formam insulae longam, quae ab utraque parte montanis et arduis montibus porrigitur. recto jugo] ad promontoria crebra referri potest, licet sinibus incidatur. novem regna] hoc expl. Diodor. Sic. XVI, 42. πόλεις ἦσαν ἀξιόλογοι ἔθνη, ὑπὸ δὲ ταύτας ὑπῆρχε τετραγμῆνα μικρὰ πόλεις, ἐκάστη δὲ τούτων εἶχε βασιλεία τῆς μὲν πόλεως ἔρχοντο. Apud veteres nimirum praecipuae urbes et loca suos habuerunt reges. v. Palaeph. XXXIX, 2. Urbes vero 9 fuerunt haec: Paphos, Salamis, Amathus, Soli, Lapithos, Curium, Citium, Marium, Corynia, aliquot] h. e. satis multas, nam circiter 15 ad 18 urbes commemorant auctores. Salamis] gr. Σαλαμίς, lat. Salamina, etsi recentioris est usus. Ut distinguatur ab insula cognominitum sinu Saronico, addi solet ἡ ἐν Κύπρῳ. Incolae Salaminii. Conditor ejus fuit Teucer, Telamonis filius: v. Strab. XIV, p. 469. l. 682. Sita fuit in orientali insulae parte, habuit portum clausum ad hibernandum aptum, et templum Iovis a Teucro positum, ut notat Tacit. Annal. III, 62. et Veneris Prospicientis, uti est ap. Ovid. Met. XIV, 760. Destructa a Iudaeis seditionis sub Trajano Imp., ex quo vetitum erat Iudaeis in Cyprum venire. Terras motu concussa sub Constantino, sed ab eo-



6 et, quo primum ex mari Venerem egressam accolae adfirmant, Palaepaphos. Arados in Phoenice est parva, et quantum patet, tota oppidum: frequens tamen, quia etiam super aliena tecta sedem ponere licet, Parva et Canopus

dem instaurata, et metropolis insulae facta est. Post a Richardo Angliae rege denuo vastata est, ut hodie nil nisi rudera murorum non procul ab urbe *Famagusta* adpareant. *Paphos*] gr. *πάφος*, unde *Paphi*. Conditor fuit *Cinyras*, atque ex eius filio *Agapenor*, dux Arcadum, coloniam eo deduxit, et Strab. XIV, p. 470. f. 683. ejus *κτίσμα* facit: quod tamen de *nova Papho* capiendum est, cui obponitur *Palaepaphos*. Auctores tamen Paphon sic nominant, ut, utra intelligi possit, non adpareat. Terrae motu adfectae Augustus non solum pecuniam largitus est, sed et permisit, ut mutato nomine *Augusta* vocaretur: quod nomen an postea haeserit, non constat. Aliquoties terrae motibus concussa fuisse, discitur ex Seneca N. Q. VI, 26. Epist. 91. Distabat nova Paphos a vetere sec. Strabonem 60 stadiis, et utraque sita erat in occidua insulae parte. H. vicus est *Bassa* [s. *Basso*. *Venerem*] intellige *Venerem* *ἀναδυομένην*, e mari excurrentem, ut Plinius ait, quam Apelles pinxit: quam picturam ap. Coos in Aesculapii aede adservatam Romam transportavit Augustus et in delubro patris Caesaris dicavit, ut narrat Strabo XIV. p. 452. f. 657. *Ἀφροδίτη* igitur, a spuma maris creata, ad Palaepaphum in terram egressa est, quod e Strabone quoque probatur, qui solemnes pompas per viam a Papho nova, quotannis eo ductas esse narrat. De Deae cultu fuse exponit Tacit. Hist. II, 3. Venus templum ibi habuit et varia inde traxit cognomina. *adcolae*] immo et alii; v. Tacit. l. c.

*Palaepaphos*] gr. *ἡ παλαιὰ πάφος* et *ἡ παλαιὰ Πάφος*. Cum *Mela* sit cit etiam Plin. V, c. 35. f. 51.

[§. 6. *Arados*] gr. *Ἀράδος*, ut de *Aradii*. Tenuit olim *Aradae* Chanaan filius. In situ cum *Mela* consentiunt Plinius et Stephanus. Strabo XVI. p. 518. f. 73 in Syriae descriptione inter *Caranum* et *Marathon*. Constat sibi *Mela*, qui et supra I, 22. *Marathon* in Phoenice commémoraverat. Fuit illa insula, ut Strab. l. c. ait, *πέτρα περιβαλλομένη ὕδατος τὸν κύκλον καθίων*. Potentia valens habuit suos reges (v. Curt. IV 2, 6.), post Alexandrum Syri paruit, cum Antiocho M. foedertatem inlit et sui juris fuisse videtur usque ad Domitianum Sub Constante Imp. urbs *Arada* insula *ἐπίπτος*, expulsis incolis facta est, ad tempora Theophilis. Hodie ibi saxa altissima est et arcem impositam, vocarique Turcis *Ruad* s. *Rou-wadde* in neraria testantur. Fuit alia *Arados* in sinu Persico. *quantum patet*] h. e. quocumque porrigitur et mari existat, upivensa regi occupata est aedificiis; nihil capiti illic relictum est. *super aliena*] intelligendae sunt moles utraque superstructae: nam domus per aditum montis sic cohaeserunt, ut unius parti possessio alterius pars antica superimposita fuerit. Ita firmum fundamentum semper erat in ipso montis solo et difficultas circa lamina plateas et scalas removeretur, series domorum varias fuisse intellexeris. *Canopus*] sic vocatur Latini, Graecis *Κάνωψ*. Insulam cum *Mela* faciunt alii, plerique oppidum, quod tamen

Nili ostio, quod Canopicum vocant, obvia est. Menelai gubernator Canopus, ibi forte moriens, nomen insulae, illa ostio dedit. Pharos nunc Alexandriae ponte conjungitur, olim (ut Homericum carmine proditum est) ab eisdem oris cursu diei totius abducta: et, si ita res fuit, videri potest conjectantibus in tantum mutatae causae Nilum prae-

non in insula cognomini, sed inter Alexandriam et ostium Canopicum erat. Igitur relicta forsasse insula urbs in finitima ora extructa est. Templum ibi fuit Serapidis et Canopi. Habebantur ibi festi conventus, ubi magna hominum copia ἀναίδην et μετὰ τῆς δόξης ἀκολασίας cantabant et tripudiabant, et in diversis luxui et voluptatibus indulgebant. Ejus luxuria in proverbium abiit. H. urbs vocatur Bekior, et insulam putant esse unam eorum castrorum, quae in extremitate hodiernae urbis in mare prominent. Canopus vero ille, a quo insula nomen traxit, hic a vipera morsus, tibia tabefacta, interit et a Menelao et Helena eo loco sepultus est. Pertinet autem haec narratio ad Graecorum figmenta. Pharos] gr. φάρος, inde φάρος. Insulam adpellant post Homer. Odyss. IV, 354. plures utriusque linguae scriptores. Trojana tempestate eam habitavit Proteus, Deus marinus et vates. Nomen a Pharo, Menelai prorota, deducunt, qui in ea insula a serpente morsus et sepultus est. Est autem τοῦτον παράμυκας, προσοχέστατον τῆς ἡπείρου, λιμένας πρὸς αὐτὴν ποιεῖν ἀμφιερμεν. A Caesare eo colonia deducta est, ut refert Plin. V, 34. f. 31. Inclaruit maxime turri eodem nomine, quae nocturnis ignibus navium cursum regeret. Struxit eam ex albo lapide multis fastigiis Sosstratus, Cnidius architectus, auctore Ptolemaeo Philadelpho. De ejus altitudine v. Jul. Caes. de B. C. III, 112. Constitit 800 talentis. Mundi mira-

culis adnumerant. Haec insula porro nobilitatur conventu 72 seniorum, qui Scr. 8. ex hebraico in graecum transtulerunt. Pharus, si de insula dicitur, est feminini generis, sed de turri masculini: [Ibi est h. castrum s. arx Turcorum. ponte] alii vocant χῆμα. Iple pons fornice extructo sustinebatur, quem naves subire poterant: duos autem fuisse pontes, quorum altero conjuncta fuerit illa moles cum Pharo, altero cum oppido, adparet ex Hirtii B. Alex. c. 19. Illud χῆμα ἰστατάδιον faciunt, quo efficiuntur 900 passus. cf. Caes. de B. C. III, 112. Pontis auctorem nonnulli faciunt Cleopatram: sed fuit opus Cleopatra antiquius. Cum vero Caes. in bello Alex. pontem vastarit, de refectione per Cleopatram intelligi potest. carmine] Odyss. IV, 356. cursu diei] in eo alii, v. c. Plinius, Seneca, conveniunt: sed falsa est haec computatio propter ventorum vel operam vel reluctationem. Ceterum cursus, ut δέξιμος, de navigatione dicitur. videri potest] i. e. videtur. Multi vero cum Nostro causas ex Nili congectionibus ducunt, ut Homerum cum rei natura concilient. Sed aut Pharus Homericus Menelai tempore magis remota fuit a continente, ubi post Alexandria condita est, aut poeta situm locorum vel ignoravit vel suo arbitrio commentus est. Nam si id ex adgectionibus Nili repetatur, mirum est, cur illa accessio subliterit, cum urbs illa et hodie litorea sit et tantumdem, quantum olim, a Pharo

- buisset, dum limum subinde, et praecipue cum exundaret litori adnectens, auget terras, spatiumque auferentium in vicina vada promovet. In Africa contra majorem Syrtim Euteletos: contra minoris promontoria, Meninx et Cercina; contra Carthaginis finem, Tarichiae et Aegates, Romanae clade memorabiles. Plures Europae litoribus sunt adpositae: in Aegaeo mari prope Thraciam Thafos, Im-

distet. Quidam tamen Homerum defendere conati sunt. *limum*] totam adeo Aegyptum *ἄγρον τῆς αἰγυπτου* dicit Herod. II, 6. Recentiorum alii talia incrementa in hoc litore agnoscunt, alii negant ob perpetuum ventorum ex septentrione et occidente versus orientem flatum, quo potius ad Syriae litus limus et glareae advehatur.

§. 7. *Syrtim*] major ad Cyrenaicam, minor in ora Africae propriae. *Euteletos*] hanc insulam solus Mela memorat. *promontoria*] alterum, cui Meninx obposita est, *Μενίνα*, alterum *Brachodes* est, unde sinus incipit, qui Syrtis complectitur. Duae autem de his insulis promontoria intelligenda esse, docet Plin. V, 7, l. 4. *Meninx*] gr. *Μένινξ*; inde *Μενίγγος*. In situ conveniunt auctores. A Ptolemaeo IV, 3. *Lothophagitis* vocatur, et, Strabone teste lib. XVII, p. 574. l. 834., quidam Lothophagorum terram in Homer. Odyss. IX, 84. eandem esse putarunt, quia ibi ara Ulyssis sit. Postea dicta est *Girba*, unde h. *Jerba*. Plurima habuit oppida, in eaque nati sunt Imperatores. Vibius Gallus et Volusianus. *Cercina*] gr. *Κέρκινα*, inde *Κερκινίδης*. Africae insulam faciunt multi. Strabo l. c. contra laevum Syrtis minoris promontorium conlocat, qui etiam aequalem magnitudine Meningi facit, in quo repugnat Plin. V, 7, l. 4. qui utrique dat longitudinem 25 M. P. latitudinem Me-

ningi 22 M. P. Cercinae dimidium ejus. Fuit ferax, acantho inprimis, habuit portum, et urbem cognominem memorat Plinius. Huic insulae perparva versus Carthaginem, Carcinitis, ponte jungebatur, et hodie illa *Kerkoni* esse putatur, haec *Gamelara*. *Tarichiae*] gr. *Ταρχίαι*, *Ταρχηταί*, et Straboni *Ταρχηταί*, in Plinio *Tarichea*. Strabo post Hadrumetum prope Thapsum et Leodaeam insulam ponere videtur. *Aegates*] perperam scribitur *Aegades*; gr. *Αἰγῆσαι*. Quaeritur de earum numero. Quidam de uno loqui videntur; tres autem vulgo fuisse putant easque dictas singulatim *Phoebantiam*, *Aegusam* et *Miram*, h. *Levanzo*, *Favognana* et *Maritimo*. Item de situ earum disputatur. Alii inter Lilybaeum Siciliae et Carthaginem, alii inter Siciliam et Sardiniam ponunt. Ex Lilybaeo litore facile animadverti posse, adfirmat et Dorville in Sicul. c. 5. p. 58. *Romana clade*] h. e. clade, quam Romani Carthaginiensibus intulerunt, quod factum est per Lutatium. Ita enim *clades* quandoque dicitur, v. c. Ovid. Met. III, 257. Tacit. Annal. XIII, 37. XV, 72. uti alia verba usurpantur, v. c. *odium*, *ira*, *strages*, *caedes*.

§. 8. *Aegaeo*] Mela observat distinctionem, quam fecit I, 5. 3. *Thafos*] gr. *Θάσος*, perperam duplici s. signant; incolae *Θάσσιοι*. Varia olim gessit nomina, *Aeria* vel *Aethria*, *Odonis*, *Chryse*, *Thasi* nomen tulit a Thaso Pho-

ros, Samothrace, Scandile, Polyægos, Sciathos, Ha-  
onnesos; et, quam aliquando, omnibus, qui mares erant,  
æfis, tantum feminae tenuisse dicuntur, Atho monti Le-

ice, quem Cadmus frater ibi re-  
iquerat. Post a Parisiis fuisse fre-  
mentatam et urbe auctam, docet  
Strab. X. p. 335, f. 487. hinc Πα-  
ρις ἀποικία; causam huius ἀποικίας  
æfert Herod. VI, 48. Circa Thra-  
ciam et alii ponunt; urbem ei  
lant eum a portibus, quam a  
ysandro everfam esse, perum  
æcte ex Diodor. Sic. XIII, 104.  
raditur. Ob fertilitatem dici-  
tur Δημότερος ἀκτὴν et celebrantur  
ijus vinum, metalla, marmor can-  
lidum. Jactatur porro in insula  
Herculis templum et cultus. Cla-  
ri cives sunt Stasimbrotus histori-  
cus et Polygnotus pictor. Liber-  
tatem adeptam a Romanis an.  
558. in pace cum Philippo, v. Po-  
lyb. XVIII, 27. et Liv. XXXIII,  
30. H. Tassa. Imbros] gr. Ἰμ-  
βρος; incolæ Imbrii. Insulam  
Thraciæ alii quoque æpellant et  
cum Lemno ad Melanem sinum  
conlocant. Nomen traxit a Mer-  
curio ibi culto, quem Imbranium  
Cares vocabant. Circuitu pate-  
bat 72 M. P. sec. Plinium, a quo  
tamen recentiores discrepant. In-  
claruit maxime Mercurii et Cabi-  
torum cultu, qui antiqui Pelæ-  
gorum dii fuerunt, qui ea sacra  
invenierunt sec. Herod. II, 51.  
Paruit hæc insula olim Persis,  
Atheniensibus, donec ad Roma-  
nos veniret. H. Italis Embro,  
vel Lembro. Samothrace] gr.  
Σαμοθράκη, Samothracia insula: in-  
colæ Σαμοθράκιες et Σαμοθράκιος. Home-  
rus II. XXIV, 78 et 753. simpl.  
Samon vocat. Olim dicta est  
Leucania, Leucosia, Saoris, Me-  
to, Dardania. Cum Thracæ eo  
pervenissent, Thracia quoque vo-  
cata esse narratur. Adhæsit con-  
stantius Samothracæ nomen; id  
Merique ab colonis Samiis Ioniæ,

adjunctis Thracibus, ducunt, ut  
Diodor. Sic. V, 47. Alii, qui Sa-  
mum olim æpèllatam esse agno-  
scunt, a Thracibus incolis posse  
Samothracem factam esse putant,  
Sami nominis origo varie produ-  
citur. Strabo eos sequitur, qui ab  
antiq. voce Σάμος, i. e. loca excelsa,  
derivant, cum longius inde pro-  
spectari posset, auctore Homer.  
II, XIII, 15. Jacebat ante He-  
brum, habuit urbem et portum;  
circuitu patuit 32 M. P. Plinii æ-  
tate fuit libera; post sub Vespasi-  
ano Romanorum ditioni vide-  
tur accessisse. Inclaruit Cory-  
bantura sacris; prædicatur ejus  
fertilitas. H. Samandrachi. Scan-  
dile] ponitur a Plinio IV, 23. f.  
12. ad sinum Pagæicum; exigua  
est, humilis et ignobilis. H. Scan-  
dole, Polyægos] a Plinio l. c.  
in Sporadibus recensetur, quam  
tamen diversam putant. Quodsi  
tamen eadem est, et Noster situ  
tantum aberravit, a Ptolemæo  
vocatur νῆσος Ἰγνυος et hodie est  
Polegasa. Sciathos] gr. Σκιάθος,  
unde Σκιάθιος. Contra Magnesi-  
am ponit Strab. IX, p. 300. f. 436.  
eamque desertis locis et asperri-  
mis insulis adnumerat Seneca de  
Cons. ad Helv. c. 6. Olim pira-  
tarum perfugium fuisse, patet ex  
Appian. in Mithrid. c. 20. H. Sci-  
atho. Halonesos] gr. Ἀλόνησος,  
unde Ἀλωνίσιος et Ἀλωνήσιος. Pli-  
nius l. c. inter Chersonesum Thra-  
ciæ et Samothracem ponit; per-  
peram, nam fuerunt duæ insu-  
læ Halonesi, quarum una nostra  
in mari Aegæo, altera Ioniæ  
fuit. Nota est contentione Phi-  
lippi et Atheniensium et huc in-  
primis Oratio Demosthenis facit.  
H. aliis est Lene, aliis Pelagnisi  
f. Palagisi. æfis] nimirum Ve-

mnos adversa. Pagasaeus finus Scyron prospicit, Cicyne  
9 thon amplectitur. Euboea ad meridiem promontorium

nus spreta Lemniis feminis foetorem iniecit, effecitque, ut mariti adductis ex Thracia, Lemno vicina, puellis uterentur pro uxoribus. Quod ut ulciscerentur Lemniae uxores, viros interfecerunt praeter Hypsipylem, quae patrem Thoantem servavit. Inde regnum tenuit Hypsipyle. Post Argonautae adpulsi cum feminis congressi sunt et Hypsipyle Euneum et Nebrophonum partu edidit. Inde Lemniae ἀνδροφόνος audiunt. Fabulam e poetis tractarunt Apollon. Rhod. I, 609 sqq. et Valer. Flacc. II, 127 sqq. Lemnos] gr. Λήμνος, inde Lemnii, et fem. gen. Lemnias, Lemniades. Olim vocata est Aethalia et Hypsipylaea. Lemni nomen traxit a Lemno, magna dea, cui etiam virgines immolabant; iuxta Thraciam plures indicant; Mela Atho adversam offendit, a quo 87 M. P. removet Plin. IV, 23. l. 12. huiusque montis umbram in eam jaci tradunt. Circuitu patebat 112500 M. P. et habuit urbes Heph aestiam et Myrinam. Antiquissimi incolae feruntur Sintias (v. Homer. II. I, 594.), Thraciae populus; his successerunt Minyae, inde Euneus, Iasonis filius, insulam tenuit; post Pelasgi, quos expulsi insulamque Atheniensium ditioni subiecit. Miltiades. Inclaruit cultu Vulcani, ut diserte refert Ovid. Fast. III, 82. Celebratur Lemnia rubrica, gr. μίλτος, terra sigillata, ejusque Lemniae terrae vis contra viperis morsus. Tum ex 4 Labyrinthis tertium in Lemno commemorat Plin. XXXVI, 19, l. 13. H. Stalimono l. Stalimini. Pagasaeus finus] v. supr. v. 3. §. 6. Scyron] gr. Σκύρον, incolae Σκύριοι. Nomen traxit διὰ τὸ ἐκλυθὲν καὶ ἐκκερῶδες εἶναι, λέγοντες. Saxosam fuisse insulam

narrant plurimi. Incolerunt olii eam Pelasgi et Caros. His successerunt Chalcidenses, quos secuti sunt Dolopes. Demosthenis aetate Athenienses eam tenuisse, inquit Strab. IX, p. 301. l. 437. quae addit, eam cum vicinis sub Philippo in Macedonum ditionem redactam esse. Reddita est Atheniensibus bello Macedonico Olymp. 147. Achillem ibi latuisse ap. Lycomedem, res est celebrata. Praeter lapidicinas laudantur caprae Scyriae. H. uno tantum vico incolitur et Skyros l. Skyros vocatur. prospicit] sic Ovid. Met. XI, 150. spreta prospiciens Thracias. Cicyneathon] gr. Κικυρῶνας, Plinius IV, 23. l. 12. ante Pagasaeum finum ponit, Seylax et Artemidorus ap. Strab. IX, p. 300. l. 436. in ipso sinu: cum quibus Mela facit, uti verbum amplectens docet. H. Estillon l. Strisfer.

§. 9. Euboea] gr. Εὐβοία, unde εὐβοϊκός, εὐβοϊκός, lat. Euboeensis, Euboicus, Euboicus. Antiquitus vocata est Chalcodentis, Macris, Macra, Chalcis, Abantias, Afopis. Adhaesit Euboeae nomen, quod varie derivant; nam alii ab Euboea heroina, alii a Io, quae in antro Epaphum peperit, deducunt; rectius a pascu bouum fertilibus et lactis: hic in multis numis caput bovinum conspicitur. In antiquissimis insulis narratur praeter Abantios Titanos, Leleges, Pelasgi, Abos, qui cum Cadmo advenere post Dryopes. Paruit deinde Atheniensibus, Macedonibus et deinde Philippo immunem saepe legibus esse declaravit Senatus. T. Quintius Imperator. v. l. XXXIII, 23, 5. Situm insulam quam terrae motu a Boeotia avulsam olim esse tradit Plin. II, l. 88, indicat Mela. Iuncta est

Geraeston et Capharea, ad septemtrionem Cenaeum extrudit, et nusquam lata, dum milium spatium habet, ubi artissima est: ceterum longa, totique Boeotiae adposita, angusto freto distat a litore. Euripon vocant, rapidum mare, et, alterno cursu septies die ac septies nocte fluctibus in vicem versis, adeo inmodice fluens, ut ventos etiam ac

cum Boeotia ponte ab Aulide ad Chalcida ducto, qui exstructus est Alcibiadis tempore in bello Athen. et Spartan. ut docet Diod. Sic. XIII, 47. Ei circuitum 365 M. P. dat Plinius. Magnam et beatam insulam vocat Herod. V, 51. Mela 3, Ptolemaeus III, 15. sex promontoria recenset, sed *Artemisium* omittunt, ad quod Graeci cum Persis navali proelio conflixerunt, quodque versus Sciathum insulam et continentem Magnesium spectabat. Alia deinceps. Nota sunt *talenta Euboica*, quae pendebant 80 libris Romanis, et ex nostra moneta conficiebant fere 1500 thaleros. H. Italis *Negroponte*, Graecis *Euripo*, Turcis *Egripos*, *Geraeston*] gr. Γεραιός; inde *Geraestri*. Alii urbibus adnumerant, alii portum dicunt, ut Liv. XXXI, 45, 9. quod probat Homer. Odyss. III, 177., alii tamen cum Nostro ἀρωτήριον. Nomen deducunt ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ γεραίσεσθαι τῶν ποσειδῶνα: nam inclaudit inprimis templo Neptuni, in cuius honorem celebrati ludii γαίσησθαι. Situm contra Sunium indicat Strabo lib. X. in. H. *Capo Rosso*, *Capharea*] alias etiam *Caphereus*: usitatius *καφαρέις*. Promontorium fuit ob scopulos et perpetuos ventorum flatus navigantibus periculosum: inde celebrantur *καφαρέιδες πέτραι*; *Capharea saxa*. Infames fuerunt hi scopuli clade Graecorum Troja reduentium: idem experta est classis Persica, auctore Herod. VIII, 13. H. *Capo d'oro* s. *Chimi* s. *Figera*. *Cenaeum*] gr. Κηκεῖον. Con-

tra Iolcum situm fuisse adparet ex Homer. H. in Apoll. v. 219. atque in illo Iovis Cenaei aram fuisse discimus e Sophocl. Trach. 341. H. *Capo Litar* s. *Canaias*. *extrudit*] apto de promontoriis. *angusto freto*] Pons, qui etiamnum existat, Euripi pedum 240 longitudinem obtinet eumque γεραιῶν διπλεθρον vocat Strab. IX, p. 278. s. 403. Inter aggeres vero moleaque utrimque in mare jactas interstitium relictum erat, per quod uni navi transitus pateret, quodque ponte ligneo jungi poterat: v. Diod. Sic. XIII, 47. *Euripon*] gr. Εὐρίπος. A vicinia Chalcidis, ubi maximae freti angustiae erant, vocatur *καλιδικὸς περσμός*. Quod ad ipsum fluxum pertinet, auctores variant, et si plerique veterum cum Mela faciunt. Livius XXVIII, 6. causam a ventis repetit, qui utrimque a praecaltis montibus subiti et procellosi se dejiciant. Sed nulla stante aura fieri motus, testantur recentiores, neque fluxum certas leges sequi, sed in uno die variari duodecies ad vicies, narrat Lucas in Voyage dans la Grèce T. I. c. 31. p. 284. Multas molas agit, quae reciprocis fluctuum motibus vertuntur. *Euripi* vocantur etiam freta longiora et tenuiora, v. c. ap. Cicer. pr. Muren. c. 17. H. Turcis *Egripos*, Italis *Strette di Negroponte*. *alterno cursu*] id Graeci exprimunt verbo μεταβῆλλιν, Latini *reciprocare*, et Senec. Herc. Oet. v. 780. *Septam cursus flectit at totidem refert, dum lassa Titan mergat Oceano iuga*.

plena ventis navigia frustretur. Aliquot in ea sunt oppida, Styra, Eretria, Pyrrha, Nefos, Oechalia: verum opulentissimae Carystos et Chalcis. In Atthide Helene est,

*frustretur*] h. e. efficiat, ut plena ventis navigia frustra lucentur contra aquarum vim nec progredi possint. *Aliquot*] non omnia enumerat. Homer. II. II, 538 lqq. habet 7. Plin. IV, 21. l. 12. de sua aetate 6 recenset, et reliqua a Mela memorata in deperditis habet. Mela ultra aetatem suam descendit. *Styra*] gr. *στύρα*. Homerus II, II, 539. neutro genere effert: inde *στυρεύς*, *Styrensis*. Vetustas oppidi patet ex Homero et conditum esse traditur a Dryopibus. Post Atheniensibus paruisse et tributarium fuisse docet Thucyd. VII, 57. et in bello Lamiaco a Phaedro Athen. duce eversum est et Strabonis aetate ab Eretrienibus incolebatur. *Eretria*] gr. *Ἐρετρία*, incolae *Ἐρετριεῖς*, *Eretrioneses*; *Eretrias*, *Eretrias*, *Eretriacus* etiam de cive. Dicta olim est *Μελανήτις*, et *Aretria*. Urbis antiquitas adparet ex Homero, et ante Trojana tempora ab Atheniensibus conditam, post ab Aeolo Athen. colonos eo deductos esse, testatur Strab. X. p. 307. l. 446.: hinc Atheniensibus subditi et tributarii fuerunt. Incolae potentiores fuerunt et plures insulas in ditione habuerunt. Persae sub Dario eam everterunt, sed restauratam in bello Maced. Flaminius expugnavit et diripuit. v. Liv. XXXII, 16. Opulentiam ejus testantur signa, tabulae artis priceae et alia ornamenta. Prope Chalcidem sita fuit. Inclaruit *Menedemo*, quo Eretricorum philosophorum scholam condidit, et nota est *terra* s. *oreta Eretria*, H. *Rocho*. *Pyrrha*] ejus meminit Plin. IV, 21. l. 12. ut *Nefo*, quam h. *Nefo* vocant. *Oechalia*] gr. *Οἰχάλια*, unde *οἰχάλιαι*, *οἰχάλια*, et *οἰχάλιος*. Plures fuerunt

*Oechaliae*, nominatim in Thessalia et Euboea, quae saepe confunduntur. In Homero II. II, 730. est intelligenda Thessalica. Nostram Strab. X. p. 308. l. 448. vocat *κίμυρ τῆς Ἐρετριανῆς*, *λαίψου*, *τῆς ἀνακρεδαίου πόλεως* ὑπὸ *Ἐρακλίου*, et Pausanias IV, 2. narrat, urbem Oechaliam *Eurytion* vicum vocatum esse. *Carystos*] gr. *Κάρυστος*, et hinc *κάρυστος*. Olim dicta *Aegaea* ab Aegaeone. *Carysti* nomen tulit a Carysto, Chironis filio. Conditam tamen a Dryopibus vel incolis frequentatam refert Diod. Sic. IV, 57. Sita fuit sub monte *Oeta*. Innotuit civis ejus *Antigonos*, cujus historiam Mirabilem habemus. Celeberrantur maxime *Latomiae*, et hinc *Carystium marmor* viridis coloris, et notandus porro *lapis Carystius*, ex quo nebantur et texebantur mantilia, torquebantur lucernarum funiculi, qui splendebant, nec tamen cremabant: v. de eo Strab. X. p. 307. l. 446. Ante Platarchi tempora defecerat. H. urbe *Castel-Rosso*. *Chalcis*] gr. *Χαλκίς*, inde *χαλκιδεύς*, lat. *Chalcidensis* et *Chalcidicus*. Olim dicta *Στυμφαλος*, tum *Euboea*, et *Ἀλλυπάρη*. Ejus origo ultra Trojana tempora quaerenda est. Quia plures Chalcides urbes fuerunt, postea dicitur *Chalcis Euboea* s. *Euboica*. *Caretos* olim habitaverunt. Natura et manu ita munita fuit, ut eam Philippus rex, Demetrii filius, in tribus poneret urbibus, quae *αἰδῆς* *Ἑλληνικός* vocabat, teste Polyb. XVII, 11, 5. Olim rexerunt eam *Hippobotas*, lecupletes urbis cives. Opes ejus ex bellis cum Atheniensibus gestis et deductis coloniis intelliguntur. Clari ejus cives erant *Iphaeus* orator et *Lycophron* poeta. H. Italis *Negro-*

nota stupro Helenae, et Salamis, excidio classis Perficæ notior: circa Peloponneson etiam nunc in Aegæo Pityussa, et Aegina, Epidaurico litori proxima, Troezenio Calauria, inter ignobiles alias leto Demosthenis nobilis: in Myr-

ponis, Turcis Egribos s. Egripods.

§. 10. *Holona*] gr. Ἑλίνη, inde Ἑλεναῖος, Ἑλενίτης. Dicta etiam est Μάκρης ob longitudinem: an etiam *Cranæ*, dubitatur. Eandem faciunt quidam, ipso Strabone IX, p. 275. s. 399. non dissentiente, ex Homer. Il. III, 445. ubi Helena dicit: νῆσος ἐν Κρανῶν ἰμῶν φιλότῆτι καὶ εὐγῆ. Sed alii dissentiunt et diversa quoque de Helenæ stupro narrant. Adjacebat Atticæ, proxime Ceo, et fuit τραχέια καὶ ἄρημος, ut Strabo ait. Crescebat in ea *Holonium* ex Helenæ lacrymis natum, ut refert Plin. XXI, 33. l. 10. H. *Maaronisi*. *Salamis*] gr. Σαλαμίς, et Σαλαμῖν, unde in utraque lingua *Salaminius*. Olim alia gessit nomina, in quibus sunt *Κυχρία*, *Σείρας*, *Πιτυούσσαι*, *Coronis*. Nomen *Salamis* accepit a Salamine, Alopei filia. Situm indicat Mela, et circuitu 50 miliaria continet. Inclaruit *Acacidis*, qui eam possederunt, et excidio classis Perficæ. In Atheniensium potestatem venit per Phylæum, Ajacis nepotem, ob acceptum civitatis jus, et his Strabonis ætate paruit. Urbs cum portu memoratur cognominis. Hod. vocatur *Koluri*. *Pityussa*] gr. Πιτυύσσαι s. Πιτυούσσαι, unde Πιτυούσιος. Ita quoque dictæ sunt *Chios*, *Salamis* et duæ in mari Hispanico, quarum tamen nulla huc pertinet. Mela situm aliquatenus indicat: Aegæum enim mare circa Peloponneson Myrtoo terminatur, quod obstat, quo minus c. Plin. IV, 19. l. 12. in sinu Argolico ponatur. Rectius Pausanias II, 34. eam in via mariti-

ma a Scyllæo promontorio ad Hesmionem conlocat, sed Mela saltum facit, dum a Salamine ad Pityussam fertur et hinc ad Aeginam rejicitur. Nomen autem omnes habent ἀπὸ τοῦ πλῆθους τῶν κατ' αὐτοὺς φουμένων πητύων. *Aegina*] gr. Αἴγινα, incola Αἰγινητής, *Aeginetæ*. Antiquius nomen fuit *Oenons*, tum *Oenopia* et *Myrmidonia*. Succellit *Aegina* ab Aegina, Alopei filia. Antiquissimi incolæ fuerunt *Myrmidones*, quos ἀπὸ τῶν μυρμήκων a Iove creatos fabulæ narrant: quos bene Strabo de hominibus explicat, qui aut terram sterilem coluerunt, aut in apris habitaverint. Successerunt deinceps *Argivi*, *Cretenses*, *Epidaurii* et *Doriones*, ut narrat Strab. VIII. p. 259. l. 375. Athenienses colonos eo miserunt, quibus ereptam insulam prisicis incolis reddiderunt Laedaemoniis. Deinde a Cassandro subacta et devicto Philippo a Romanis Attalo data est. Plinii ætate *liberæ* fuit conditionis. Situm indicat Mela, ejusque circuitus fuit 180 stadiorum. A Strabone cognominis urbs datur, ubi h. villis vicus veteris urbis ruinas ostendit. Inclaruit olim *Acæo*, opibus maritimis aliisque rebus. H. dicitur incolis *Egine*, nautis *Engia* s. *Engis*. *Calauria*] gr. Καλαυρεία, etiam variatur: incola *Καλαυρείτης*. Antiquius nomen fuit *Ireno*. *Calaurias* nomen a Calauro, Neptuni filio, petunt. In situ cum Mela convenit. Strabo VIII. p. 255. l. 369. ejusque circuitum facit 30 stadiorum. Sacra olim fuit Latonæ vel Apollini; accepitque post pro Delo Neptunus, cujus templum ibi tam sanctum erat, ut



too Cythera contra Malean, Oenussa et Theganuffa contra Acritan: in Ionio Prote, Aferia, Cephallenia, Neritos,

ne missi quidem ab Antipatro milites Demosthenem inde extrahere conarentur. H. aliis *Sindra*, aliis *Poro* dicitur, *leto*] vox pr. poetica, qua tamen Ne-  
pos, Livius aliique utuntur. Demosthenes, ut ne Antipatro, Macedoniae regi, traderetur, in Calauriam fugit, in templo Neptuni confedit, et ne ab Archia Antipatri duce abstraheretur, veneno hausto, voluntaria morte praeventit. In aede Neptuni conspiciebatur ejus monumentum Paulaniae tempore, ut ipsi refert II, 33, 3. in *Myrtoo*] v. ad c. 3, 3. *Cythera*] gr. τὰ κύθηρα: Ierius feminino genere: inde *κυθήριος*, et lat. *Cytheriacus*, Antiquius nomen fuit *Porphyris*. Nomen *Cytherae* a Cythero, Phoenicia filio, deducunt. Phoenices olim tenuerunt, post Argivorum fuit ditiosis, deinde Lacedaemoniorum, quibus eripuerunt Athenienses, incolis alio translatis. v. Thucyd. IV, 53 sqq. In situ cum Nostro sat multi conveniunt, eique circuitum 60 M. P. quidam dant, etsi alii aliter. Tulit olim urbem cognominem cum portu: locusque, ubi urbis rudera repertiuntur, adpellatur *Pajopolis*. Incolas *φιλαργύρους* et *φιλοπόνους* ipsamque insulam sterilem laudant. Sacra fuit Veneri, quae templum a Phoenicibus conditum ibi habuit, (v. Herod. I, 105. Pausan. III, 23.) ubi h. castrum Venetorum vile cernitur. H. insula *Corigo*. *Oenussa*] gr. Οἰνούσα, unda *οἰνουσαῖος* et *οἰνουσεῖος*. In numero non constant sibi auctores: certe Plin. IV, 19, 12. hoc situ tres memorat. Haec insula, sive unam sive plures partes, fuit sita contra Acritan (de q. v. ad c. 3, 8.) ante Messenen. Nomen a vino habet. *Thega-*

*nussa*] gr. Θηγανούσα, quam etiam Pausan. IV, 34. ante Acritan ponit et desertam insulam vocat. Referenda est ad Messeniacum finem. H. *Isola di Corvi*. *Prote*] gr. Πρωτή, inde *πρωταῖος*. Sita fuit sec. Ptolem. III, 16. non longe a Splaeteria insula et Pylo urbe Messeniae, et Plinius l. c. eam cum Aferide jungit et utramque ante Ithacam ponit: quare *Mela* ordinem turbasse videtur. H. *Prodimio*. *Aferia*] gr. Ἀφεῖρα, inde Ἀφεριάτης. Ab Homer. Odyss. IV, 846. dicta est Ἀφεῖρα, qui eam inter Ithacam et Samon, h. e. urbem Cephalleniae, ponit, eamque περιήρασαν καὶ οὐ μεγάλην dicit εἰς αὐτὸν λιμένας ναυλόχους ἀμφιδόμενος dat. Strabonis aetate ne ancora quidem jaci potuit. *Cephallenia*] gr. κεφαλληνία, etiam simplici l. scribitur: incolae κεφαλλῆνες, ut ap. Homer. II, 11, 631. et alibi, qui tamen insulam ipsam *Samos* vel *Sami* nomine tantum memorat. v. Strab. X. p. 312. l. 453. Post invaluit nomen vulgare *Cephallenia*, quod a *Cephalo*, Dejoni filio, ducunt. Insulae situm contra Acarnaniam et Leucada indicant eique circuitum 44 M. P. dant. Homeri aetate sub ditione Ulyssiae fuit; in bello Peloponni. in potestatem Atheniensem venit: Philippus invastit, Aetolis eripuit M. Fulvius a. u. 563. Montosa fuit, vitibus tamen confita, tulitque plures urbes. H. *Cefalognia*. *Neritos*] gr. Νήριτος, unde *νηριτικός*. Fuit mons hujus nominis in Ithaca, v. Homer. II, 11, 632. Odyss. IX, 22. XIII, 3. 51. hinc de insula dubitatur. Neque *Neritos* substitui potest, urbs litoralis Acarnaniae, quae post dicta est *Leucas*, neque insula Leucadia, quae olim *Neritis* vocata est, ob seqq. intelligi potest. Igitur aut

Same, Zacynthos, Dulichium; et inter non ignobiles; Ulyxis nomine Ithaca maxime illustris: in Epiro Echinades, et olim Plotae, nunc Strophades: contra Ambracium

vera insula fuit, post aquis submersa, aut Mela male insulam habuit, uti statuisse videntur Virgil. Aen. III, 271. Ovid. Met. XIII, 712. Certe alia fuit, atque Ithaca. Same] gr. Σάμη, unde Σαμαῖος, cum ab Ionica Samo ducatur Σαμῖος, est utramque promiscuo nomine dictam esse tradunt; v. Strab. X. p. 312. l. 453. Same fuit vel urbs Cephalleniae, vel pro ipsa Cephallenia ponitur. Insigniter igitur erravit Mela et nullo modo vindicari potest. Zacynthos] gr. Ζάκυνθος utroque genere: v. Homer. Odyss. XXIV, 6. et IX, 24. inde Ζακύνθιοι. Olim adpellata est Hyrie. Zacynthi nomen ab urbe, et haec a Zacyntho, Dardani filio, traxit. In situ variant auctores. Alii magis, quam Cephalleniam, ad occasum Peloponnesi inclinant, alii contra Elidem supra Cephalleniam, a qua 60 stadia distat, et circuitu patet 160 stadiis. Fuit parva insula, Ἰλάδης, sed εὐκλεπτος. Zacynthios ad bellum Troj. duxerat Ulysses, cui paruerunt; post libera in Pelop. bello Athenienses adjuvit; postea Macedonibus cessit: v. Liv. XXXVIII, 31. 32. deinde Achacis, a quibus Romani acceperunt. Urbem habuit Ἐξέλαγον, ἀκρόπολιν et Apollinis templum. H. Zante. Dulichium] gr. Δουλίχιον, unde Δουλιχίδες et Δουλιχιάτης. Nomen petunt a Dolichio, Triptolemi filio. Vocabatur Δολίχη Strabonis aetate, qui lib. X. p. 315. l. 458. eam juxta Oeniadas, Acarnaniae oppidum, ad Acheloi ostium sitam et ab Araxo, Elidis promontorio, 100 stadiis distare dicit: alii in Echinadibus conlocant, a quibus Noster et Plinius distinguunt. Homero Dulichium

est πολύπυρον Odyss. XIV, 335. et ποιήν Odyss. XVI, 396. Ulyssi tribuitur a posterioribus: inde Dulichius δῆος ap. Ovid. de Remed. v. 272. Eysi feruntur olim h. insulam tenuisse. Ithaca] gr. Ἰθάκη, unde Ἰθακήσιος. Nomen traxit ab Ithaco, eamque tenuit Ulysses. A Zacyntho Plin. IV, 19. l. 12. removet 15 M. P. et Strabo ei circuitum dat 80 stadiorum. Tulit urbem cognominem cum portu, quare insula et urbs non ubique distingui possunt in Homero, qui insulam ut parvam, asperam et saxosam describit. Celebratur ibi antrum Nympharum (Homer. Odyss. XIII, 103 et 348.) et mons Neritos (Odyss. IX, 22.). Nobilitata inprimis Ulysse. In hod. insulae situ fluctuant: alii Val di Campare, alii Thiachi, alii Dhaki vocant. Echinades] gr. Ἐχινάδες, ap. Homer. Il. II, 625. Ἐχίνας. Quinque fuisse refert Ovid. Met. VIII, 577. alii tres, sed numerus variat, quia alii alias insulas Echinadibus adnumerarunt, v. c. Dulichium, Taphum. Nymphae olim fuisse feruntur, quas Achelous in insulas converterit, v. Ovid. Met. VIII, 579 sqq. Ab Acheloi limo congestas esse scribit Plin. II, 87. l. 85. alii hoc limo quasdam continentes adjunctas esse narrant. Fiterunt parvae, steriles, nautis inaccessae. Eustathii aetate non inveiebantur: h. esse putantur Carzelari. Strophades] gr. Στροφαδες, unde Στροφαδίδες. Eadem dictae sunt ante Πλωται, ut Noster et alii affirmant, et divesae sunt ab aliis 7 insulis Aetoliae, quae itidem Plotae adpellatae sunt. Strophades vocatae sunt vel διὰ τὸ τοὺς Ἐρείδας αὐτίαν ἐπετρέφειν, vel κατὰ

finum Leucadia, et vicina Hadriatico mari Corcyra. Haec Thracum Graiorumque terris objacent. At interior Melos, Olearos, Aegilia, Cothon, Ios, Thia, Thera, Gya-

ἑπισηφίντας Ἀργοναύτας αὐτοῖσι νῆκας  
σε τῷ Διὶ καταλαβεῖν τὰς Ἀργείας.  
Dnas fuisse cum aliis narrat Strabo VIII. p. 248. l. 359. Minus recte Noster eas in Epiro cum Echinadibus jungit, cum sitae essent ante Zacynthum vel inter Zacynthum et Elida. Harpyiarum sede in fabulis innotuisse, constat ex Virg. Aen. III, 212. H. Stribali. *Leucadia* ] gr. λευκαδία, unde *Leucadii*. Quidam sic insulam vocant, et ab urbe *Leucade* discernunt, alii vero *Leucas* item de insula usurpant. Ab utraque differt promontorium *Leucato*. Antiquius insulae nomen fuit *Nericis*. Olim continenti Acarnaniae adhaesit, unde ἑκτὴ ἠπειροῖσι ap. Homer. Odyss. XXIV, 377. post mare Isthmum perripit et insulam fecit, etsi id a Corinthiis factum esse alii narrant, ut Strab. X. p. 311. l. 452. sed paene insulam redditam fuisse, tradit Plin. IV, 2. l. 1. Thucydidis tempore paene insula fuit, quia III, 94. Isthmi meminit. Igitur aut paulo post Plinium paene insula facta est, aut Melam, id accidisse, latuit. Urbem *Leucada*, olim *Nericum*, quam memorant in ipsa Acarnania, ad fretum ἑντὸς τοῦ Ἰεθμοῦ ponendam esse, recte censent. Insula sine dubio nomen ab urbe vicina traxit. H. S. *Mauera*. *Corcyra* ] gr. Κέρκυρα s. Κέρκυρα, incolae *Corcyraei*. Olim varia gessit nomina, v. c. ἀρπυγία, *Schoria*, *Phaeacia*, φαίακων γῆ, ab incolis Phaeacibus, qui olim eam tenuerunt. *Corcyra* dicta est ab Alope fluvii filia, quam in Corcyram transtulit Neptunus. Cum autem Diod. Sic. IV, 72. Phaeacem, a quo Phaeaces dicti sunt, *Corcyrae* et Neptuni filium faciat,

*Corcyra* nomen insulae antiquum fuit, quod cum Homero congruit, qui *Corcyram* ignorat. Corinthios, Eretrioses et Lucanos eam tenuisse tradunt auctores, etsi in tempore dissentiant. Post varias fortunae vicissitudines Hieronymo se dedit, eorumque praedidio a Romanis oppresso a. u. 526. sub eorum imperio mansit. Olim mari potens fuit, laudatur ejus fertilitas, notique sunt horti *Atcinoi* (v. Odyss. VII, 114 sqq.). habuit urbem cognominem et tres portus. Circuitum ei dant recentiores 60 mill. Fr. Gallia. H. *Corfu*.

§. 11. interior] h. e. in ipso medio mari. *Melos* ] gr. Μήλος, unde *Melios*, *Μηλιεύς*, *Μυλλωνία*. Olim dicta est *Byblis*, *Zephyria*, *Minallis*, etc. Nomen *Melos* a Melo quodam, alii a pomis (μήλον) ob rotunditatem, etsi h. arcus formam magis refert. Iuxta Cretam locant, circuitum 36 miliarium faciunt; urbem cognominem in ea notant, ejusque fertilitatem laudant. Memorantur *Melinum*, terra alba ad pingendum optima, *sulphur nobilissimum*, *thermas sulphureas*, *alumen*, *fontes calidi*, *pumices*, *lapides moleres*. Conditores ferunt Phoenices; post incoluerunt Lacedaemonii; in bello Pelop. ab Atheniensibus ipsula expugnata et devastata est; desolatam frequentarunt Athenienses. Ipsi Mellii colonos dederunt Cryssam, urbem Carina. Ex civibus inuotuit *Diagoras*, Cycladibus adnumerat Stephanus. H. *Milo*. *Olearos* ] gr. Ὀλίαντες et Ὀλιάρες. Stephanus a Paro remotus 58 stadiis, si numerus certus est. Recentiores putant, h. esse *Antiparon*: saltem utriusque

ros, Hippuris, Dionysia, Cythnos, Chalcia, Icaria, Ci-

nsulae vicinia probatur e Virgil. Aen. III, 126. Statii Achill. II, 3. *Aegilia*] gr. Αἰγίλια, est h. l. lectio admodum variatur. Inter Cretam et Peloponnesum debet quaeri; nam Αἰγίλια Herodot. VI, 107. esse non potest. Nostram Plin. III, 19. l. 12. a Cythera 15 M. P. et a Phalafarna, Cretae oppido, 25 M. P. removet. H. esse videtur *Cerigotto*. *Cothon*] gr. Κόθων, inde Κωθόνιος. Insulam non procul a Cytheris refert Stephanus et Plinius l. c. in sinu Laconico ponit; tum fortasse sit h. *Servi*. Quomodo autem Mela hic deflectere potuerit, non liquet. *Ios*] gr. Ἴος, unde Ἴστῆς. Antea adpellata est *Phoenice* a palmarum copia. *Ios* dicta est ab Ionibus. Cycladibus adnumerant Stephanus aliique, eique ambitus 30 M. P. datur. Habuit portum. Invenit Homero, cujus mater Clymene ibi nata ferebatur. Poetae quoque sepulcrum monstrasse neolas Pausan. X, 24. tradit. *H. Nio, Thia*] Plin. II, 89. l. 87. 100 aeo, Silano et Balbo Cist. a. n. 772. v. p. Chr. n. 19. juxta Hieronem vel Automatem natam esse refert, eamque Sporadibus adscribit. Omnino in illo maris tractu diverso tempore diversas insulas invenisse scribunt auctores. Quae et hodie nostra, pro certo dici sequit. *Thora*] gr. Θώρα, unde Θωρακίς et Θωρακίς, prius dicta est Καλλίς; post *Thora* a conditore. Illam eam *Phoenices* habitaverunt, Membliaro duce, quem ibi Cadmus reliquit. v. Herod. IV, 147. Juxta Diam insulam amplectitur 200 stadia sec. Strab. X, p. 534. l. 484. Sporadibus cum Mela addeunt alii, Cycladibus Thuryd. II, 9. Vocatur κισσηρώδης, ποσειδάωνος καὶ πολύκαρπος. Olim sacra fuit Apollini. *H. Santorin* f. *Sunt-Erin*. *Gyaros*] gr. Γύαρως, etiam

τὴν Γύαρως, *Gyara* et *Gyari*, *Carysso* et *Andro* vicina fuit et parvum circuitu 12 M. P. Alii Sporadibus, alii Cycladibus adscribunt. Ejus paupertatem et recitatem testantur veteres et recentiores, hinc Romani in eam exsules relegabant. Mures ex ea fugasse incolae narrat Plin. VIII, 43. l. 29. et in ea crescebat ἄγχιδον, [spinæ genus letale. *H. Iournai Hippuris*] gr. Ἰππευρίς, quo nomine eam memorat Apollon. Rh. IV, 1712. et Plin. IV, 23. l. 12. et Apollonius prope Anaphen ponit, cum qua etiam et *Alypalaea* conjungit Plinius. *H. fortasse Eudoulo*. *Dionysia*] variat hujus vocis lectio, et num sic, an *Donyssa* l. *Dounssa* sit legendum; quaeritur: fortasse promiscue dicebatur. Nomen ducitur a *Dionysio* h. e. Baccho, qui Ariadnen huc ex Naxo deportavit, et *Dionysiam* vocavit. Occurrit ap. Virgil. Aen. III, 125. et Ciris v. 476. et ap. Plin. IV, 23. l. 12. et si hi et Mela ordinem tenuerunt, sita fuit prope Cythnum, *Othiaron* Paron et *Patmon*. *Cythnos*] gr. Κύθνος, unde Κωθόνιος. Dicta est olim *Ophiussa* et *Dryopis*, post a conditore Cythno nomen sortita est. Cycladibus adnumerant alii. In situ itidem variatur. Urbem illi dat Scylax. Celebrant in primis τὸν Κύθνιον, cujus boni saporis causa e cytho repetitur. Inclaruit *Cydia* pictore. *H. Thermia* esse creditur ob aquas calidas. *Chalcia*] gr. χαλκία vel χαλκία. Secund. Strab. X, p. 337. l. 488. a Telo stadia 80, a Carpatho 400, ab *Alypalaea* bis tantum aberat, habuit urbem cognominem, portum, et templum Apollinis. Strabo et Plinius ponunt in Sporadibus, quarum ordinem Nostrae valde disjicit. *H. Calchi* f. *Caravi*. *Icaria*] gr. Ἰκαρία f. Ἰκαρπος, inde

nara, Nisyros, Lebinthos, Calymnia, Syme. Haec, quia dispersae sunt, Sporades. Ab eis Sicinos, Siphnos, Seri-

*Indeque.* Ante vocata est *Dolicho*, *Macris* et *Ichthyoessa*. *Icariae* nomen accepit ab Icaro, Daedali filio: Quidam ab insula *Icarium mare* vocatum esse existimant, et contra alii statuunt et haud dubie rectius ob Icarum intestinum in illo mari. Circuitum habuit 300 stadiorum et a Delo 50 M. P. a Samo 95 M. P. aberat. Binas in ea urbes notant. Sicca fuit montana et templum Dianae, quod Tadropolium dictum sit, memorat Strabo. H. *Nicaria*. *Cinara*] ita quoque a Plinio IV, 23. l. 12. gr. *Κίναρος*. Nomen a *cynara* vel *cinara* traxit. Plinius eam cum Iero et Sicino jungit. Insula erat *εὐκλειά*, *ἀναρπος* καὶ *φωσφόρος* καὶ *καύσι*. *Cactus*, Romanis *carduus*, hic crecebat, inter edulia numeratus. H. *Artichaut*. *Nisyros*] gr. *Νίσυρος*, unde *Νισύριος*. Olim dicta est *Porphyrus*. Nomen *Nisyros* a *νίσ*, *νί*, i. e. *νίχμα*, et *είρη*. Sita fuit prope Cnidum et circuitu patebat 80 stadia. Erat tres, cella et saxosa, et magna inprimis lapidum molarium copia abundabat. Memoratur in ea urbs cognominis, portus et templum Neptuni. Saepius incolae mutati sunt. Alii eam Cycladibus, alii Sporadibus ad censent. H. *Nizaria* s. *Nisara*. *Lebinthus*] gr. *Λεβινθος*. Sita fuit prope Icariam ultraque Aetypalaeam, Hod. esse videtur *Louta* s. *Lavita*. *Calymnia*] gr. *Καλυμνία*: usitatior est *Calymna*, gr. *Κάλυμνα*, unde *καλύμνιος*. Omnino admodum fluctuat scriptura, inpr. inter *Calydna* et *Calymna*. Discrepant porro in numero, cum *Calydnae* vel *Calymnae* dicatur. Alii quoque unam, alii duas insulas Calydnae statuerunt. Unam tamen existimasse Diodor. Sic. V, 64. inde adparet, quod, quam

Homerus II. II, 677. *Calydnae* vocat, ille singulari numero affert. Idem in situ incerti sunt: Cum Mela Sporadibus accensetur Strabo et Plinius, qui posterior eam 25 M. P. a Carpatho recenset. De incolis exposuit Diodorus L. c. Memoratur quoque in ea urbes. Laudatur ejus mel. Adfertur *Colmons*. *Syme*] gr. *Σύμη*, unde *Συμῆτος*. Antea dicta est *Metapontis* et *Aegle*. *Syme* a *Symeolyfi* filia: cf. Diod. Sic. V, 55. Licum ei assignat Plin. V, 36. l. gr. medium inter Rhodium et Cnidum, eique circuitum dat 25 M. P., notatque 8 portus. Sporilis fuit et saxosa. Post primos colonos cum Triope eo profectus rex fuit *Nireus* ex Homer. II. II, 671. notus. Post Cares occuparunt, deinde Lacedaemonia, Argivi, Cnidii et Rhodii. H. velle nominatur, *Simio*, *Sumberchi*. *Sporades*] gr. *Σποράδες* dicuntur, *εἰ γὰρ κατ' αὐτὰς ἀριστέων ἔχουσι κίβητες, ἀλλ' οἷον διασπαρμέναι εἰς πώλλους*. Sunt autem cae insulae, quae per Aegaeum mare inter Cretam, Peloponnesum, Graeciam, Euboeam et hinc versus Asia in mari Icario, Myrtoo et Rhodiaco dispersae jacent, ita quidem ut propius abunt a mari: nam quae in medio mari sitae sunt, Cyclades appellari solent. Utrarumque terminos indicat Plin. IV, 29. l. 12. In earum numero non conveniunt Auctores. *Sicinos*] gr. *Σίκινος* vel *Σίκινος*, quod verius est, unde *σικίτικος*. Olim dicta est *Oenoe*, gr. *Οἴναι*, διὰ τὸ εἶναι αὐτὴν ἀμπελοποιήσασα. Posterior nomen traxit a Sicino, Thoantis et Neidos filio. Sporadibus adnumerat Plinius. Versus orientem prope Ion ponit Strabo, et si potius Cretae admovenda est. H. *Sicino*. *Siphnos*] gr. *Σίφνος*, inde *Σίφνιος*. Dicta est

**Pos, Rhenea, Paros, Myconos, Syros, Tenos, Naxos,**

ntea *Meropia et Acis*. Siphni ormen fumiſt a Siphno, Sunii ſi- o. Ptolemaeus ſubjicit Paro ci- ne Plinius dat circuitum 28 M. eſtſ recentiores 40 numerant. abuit urbem, quae h. in ruinis eſt. Siphni ſuerunt *Iones*; me- morantur ab Herod. III, 57. au- ſodinae, quae hodie ignoran- tur. H. *Sifanto* ſ. *Sifang*. *Seri- phus*] gr. *Σερίφος*, unde *Seriphus*. poradibus adſcribit Stephanus, Plin. XII, 22. ſ. 12. illi circui- tum 12 M. P. dat, quod ſecus abere recentiores adhirant et 5 M. P. et amplius notant. Pri- mum a Polydecte et Dictyo fre- quentata eſt. Ionas incolas *Seri- phi* adpellat Herod. VIII, 48. in- ſulam ſaxoſam et aſperam cum iis deſcribit. Quo factum eſt, t etiam in hanc Romani exſu- ſ mitterent. Mutas ibi ranas ſe, quidam memorant, addunt- us, Perſea id impetraſſe a Iove, s dormientem interpellarent: quaces tamen hodie ibi eſſe, arrant recentiores. Hinc tamen roverbium *βέρταχος Σερίφιος*. Ha- nit urbem cum portu paruitque igibus, poſt ſubdita fuit Athe- ienſibus. H. *Serpho* ſ. *Serfanto*. *henea*] gr. varie efferitur, v. c. *Ἰννη*, *Ἰννίς* et *Ἰνναία*, frequentius *Ἰνεια*, inde *Ἰνναϊός* et *Ἰννίος* et *Ἰννατός*. Dicta quoque eſt *Cela- uſſa*, *Artamis*, *Ortygia*. Vici- a fuit Delo, et utramque inſu- m ponte junxit et Apollini cho- im pompamque traduxit Nicias. uare ipſa et Delos h. adpellan- tur *Dili*, et rupes ſunt deſerta, raedonum latebrae. Olim Po- crates, Sami tyrannus, eam pollini conſecravit et catena ad delum adligavit, ut reſert Thuc. , 13. III, 104. *Paros*] gr. *πάρος*, incolae *Πάριοι*, et lat. *Paria- us*. Dicta eſt olim *Παυρία*, *Μι- νω*, *Demetrias*, *Zacynthus*, etc.

Manſit *Paros*, quod a *Paro*, Pa- rafi ſilio, Arcade, ducitur. Pri- mum tenuerunt *Cretenſes*, *Arca- des* ſueceſſerunt. Abſuit a Delo 57 M. P. a Naxo 7500 M. P. in di- midioque minor, quam Naxos, quae 75 M. P. circuitu patebat. Urbem memorant, quae h. exci- tata *Parichia* eſſe putatur, duos- que portus. Inclavit inpr. *mar- more albo*, quod in monte *Mar- peſo* eſſodiebatur. Hodie lapide- dinae obrutae ſunt. Natus ibi eſt *Archilochus*, poeta ſambograpus. Celebratur h. *Chronicon* ſ. *Mur- mor Parium*, in quo primae li- neae hitoriae Gr. a Cecrope us- que ad an. 3. Olymp. 106. ductae ſunt. H. *Paris*. *Myconos*] gr. *Μύκονος*, inde *Myconus*. Nomen habet a Mycono quodam. A Delo diſtat 500 ſtadiis, et circuituna recentiores faciunt 25 — 30 M. P. Centauri ex fabulari narratio- ne ab Hercule proſtrati inſulae ſuppoſiti jacent, de q. v. Strab. X. p. 335. ſ. 487. Inſularorum naturale vitium erat *calvitio*, et tenacitatis et avaritiae nomina traducuntur. Laudatur ejus vi- num. Hodie *Micoli*, *Michono* ſ. *Michono* vocatur, et deſerta eſt. *Syros*] gr. *Σύρος*, et ap. Homer. *Συρίν*, unde *Σύριος*. Homer. Odyſſ. XV, 402. ſupra Ortygiam, h. e. Delum, ponit, et veteres ejus cir- cuitum 20 M. P. produnt. Ur- bem cognominem habuit, duas, ſuppreſſo nomine, memorat Ho- merus l. c. eamque *εργάζην*, *εἴθε- τον*, *εἰμηλον*, *εἰνεπληθῆ*, *πολύπερον* vocant. Olim Phoenices eam te- nuerunt. Inluſtrata eſt natalibus *Pherecydis*, philoſophi. H. Italis *Syro*. *Tenos*] gr. *τῆνος*, unde *τῆνοίς*. Dicta olim eſt *Hydruſſa* et *Ophiuſſa*. *Tenos* dicta eſt a conditore Teno. Ab Andro di- ſtabat paſſus mille, a Delo 15 M. P. in circuitu variant. Oppidum

Delos, Andros, quia in orbem jacent, Cyclades dictae

in ea memoratur, in cuius ruinis h. vicus S. *Nicola*. Clarissimum habuit Neptuni templum (v. Tacit. Annal. III, 65.), in quo Neptunus tanquam medicus colebatur. Olim serpentibus fecebat, quos Neptunus ciconiarum ope sustulisse dicitur. Vino praestabat insula: fuit sub ditione Atheniensium, quibus crepta in servitutem redacta est ab Alexandro, postea ad Romanos pervenit. Nata sibi est Erinna, poetria. H. dicitur *Italis Tino*, Franco-Gallis *Teno*. *Naxos* gr. *Νάξος*, unde *Νάξιος* et *Ναξιακός*. Diota olim est varie, v. c. *Strongyle*, *Dia*, inpr. ap. poetas in narrationibus de Baccho, *Dionysias*, *Callipolis* etc. Nomen *Naxos* varie derivant: alii a *Naxo*, insulae rege, alii a *νάξαι*, i. e. *δύσαι*, διὰ τὰς δύσας ἔκαστος τινὰς ἐστὶ γυναικῶν. A Paro aberat 7500 M. P. a Delo 18 M. P. et circuitu patebat 75 M. P. quem tamen recentiores ampliorum faciunt, nempe 26000 miliarium: est enim maxima Cycladum. Urbem memorat Plinius, et tres amplas multosque pagos hodie ibi esse narrat Itineraria. Praedicatur inpr. fertilitas vini dulcissimi: inde *Bacchica Naxos* ap. Stat. Achill. II, 4. Antiquitus insulam habitabant *Thracas*, post *Caros* sub rege *Naxo*. Subiecerat sibi Andrum et Paron. A Persis expugnata et urbs devastata est. In bello Pelop. cum ab Atheniensibus defecisset, in servitutem redacta. Tenuerunt postea Romani. Notantur eorum naues *νάυαροι*. Praeter portam templi Bacchici pauca antiquitatis vestigia supersunt. H. *Nicfia* et *Nixia*. *Delos* gr. *Δῶλος*, unde *Δωλιος*, *Δωλιός*, *Δωλιανός*. Dicta est olim *Cynthia*, *Otygia*, *Astoria*, *Lagia*, etc. *Delos* adpellata est vel a genitura, vel a vaticiniis, vel

quod post diluvium *Ogygiam*, cum tenebris alia laterent, ipsa prima adpareret sole conlustrata. Circuitum 5 M. P. ei dat Plinius II, 89. l. 87. mediamque *Cykladum* vocat. Sitae ad Rhemam fuit. Inclaruit natalibus *Apollinis* et *Dianae*. Splendido *Apollinis* templo, in quo artificiosa ara et ornibus compacta inter 7 saecula miracula referebatur. *Apollo* colebatur, missis in Delum legationibus (*εμπερα* et *εμπερα*), *Ιαθι* (*Δάλια*), quos quinto quoque anno agebant: hinc erat quae *νικον* Ἑλλήνων ἑμπεριον, ut vocat Pausan. III, 23. Esti arida. arx et saxosa, tamen commodius portus et sinus mercatum adievit. Habuit plures urbes, nam *καλλιμαχίαν* vocat *Callimachiam* in Del. v. 266. Hodie antiqui *Thedoris* multa reperiantur vestigia et tot tantique marmoris scanni, ut novae urbi temploque sufficere videantur. Notandus porro mons *Cynthus*, h. *Castro*. Anius, ejus rex, Trojani belli tempore memoratur a Virgil. Aen. III, 80. Olim *Cares* tenuerunt, post Atheniensibus, A Persis incolae benevole tractati sunt: in bello Pelopon. ab Atheniensibus subacti *Adramytteum* in Asia concesserunt, paullo post tamen redacti. A Romanis, qui insulam *Mithridati* eripuerunt, a. u. 588. Atheniensibus tradita est: quo facti insulani in Achaeam commigraverunt. H. cum Rhenea vocat *Dili*. *Andros* gr. *Ἄνδρος*, unde *Ἄνδριος*. Dicta olim est *Caryos*. *Antandron*, *Lasia*, *Nemphris*, *Hydrussa* etc. *Andri* nomen accepit ab Andro quodam, quem *Apolliniam* nepotem habuit. Circuitu patet 96 M. P. et a Geracsto Euboeae aberat 11 M. P. Habuit urbem cognomenem, portum cum castello. Est

Super eas jam in medio mari, ingens et centum quondam 12 urbibus habitata Crete, ad orientem promontorium Samo-

shus in ea colebatur. Andrii Per-  
sarum partes secuti in Athenien-  
sium potestatem venerunt, quo-  
rum fecit in bello Pelop. exant.  
Cum ab iis defecissent, Alcibia-  
des denuo subegit. Postea eos  
subegit Alexander, rursus Phi-  
lippus Macedoniae, deinde cessit  
Antalo, a quo ad Romanos per-  
venit. H. Andro. *Cyclades*] gr.  
*Κυκλάδες*. Nominis antiquum usum  
Herod. V, 30. indicat, et causam  
ejus adponit Metz; distinctius  
Plin. IV, 22. l. 12. *Cyclades cir-  
ca Delum in orbem sitas, unde et  
nomen traxere*, et Dionys. Perieg.  
v. 556. *ἐν ἀμφὶ ἰούσαι Δῆλον ἐκυκλά-  
σαντο, καὶ τούτομα Κυκλάδες εἰσι* In  
earum numero singulariumque no-  
minibus discrepant auctores. Ab  
initio numerabantur 12, quibus  
post aliae accesserunt, ut diserte  
scribit Strab. X. p. 334. l. 485.  
Iam earum spatium extendunt.  
Inter primos harum insularum  
incolas in universum referendi  
sunt *Phoenices* et *Cares*: post  
*Graeci* plerasque occuparunt, et  
in his primum *Athenienses*, de-  
inde *Lacedaemonii*: reliqua in  
singularum insularum historia ex-  
posita sunt.

§. 12. *Super*] indicat progres-  
sionem in ulteriora loca. *medio  
mari*] ita Homer. Odyss. XIX,  
272. *Κρήνη τις γαί' ἐστὶ, μέγαν ἐνὶ θύρασι  
πένητα*, quem expressit Virg. Aen.  
III, 104. Nil aliud esse videtur,  
quam *alto mari*, etsi alii sic de  
Creta intelligunt, quia tot mari-  
bus adiuatur, nempe Aegaeo,  
Cretico, Libyeo, quod conti-  
guum est Aegyptio. *ingens*] cir-  
cuita patet 1520 miliarium. *cen-  
tum urbibus*] sp. Graecos *ἑκατόμ-  
ηλις*, et similiter ap. Latinos poe-  
tas: ubi numerum, centum pro  
incerto positum putant. Homer.  
Il. II, 649. centum, at in Odyss.

XIX, 174. urbes nonaginta Cre-  
tae tribuit, quod Strab. X. p.  
330. l. 480. ita expedit, ut Uly-  
sem in Odyssaea de suo tempore  
post bellum Trojanum loqui, Ho-  
merum ipsum de suo in Iliade dicat.  
Haec fama ad posteriores  
propagata est: etsi alii in numero  
variant. Terrae motibus agitata  
est: sub Claudio, quibus gravior  
succesit sub Valentiniano. Hinc  
Servius ad Virg. Aen. III, 106.,  
cum 100 antea fuerint, post ad  
24 redigit. *Creto*] gr. *Κρήνη*,  
unde *Κρηίς*, *Κρηίσις*, *Κρηταίς*; et  
alia; lat. *Cres*, *Cressias*, *Cretaeus*,  
*Cretensis*. Antiquiora nomina  
fuerunt *Aeria*, *Curotis*, *Μακίον*  
*νήσος*, *Ιδαία*, *Χθονία*, *Ἀστέρια*.  
*Cretas* nomen derivant varie, v.  
c. alii a Crete nymphe, alii a  
Crete, rege indigeno, vel a Cu-  
retibus. Etsi montosa fuit et syl-  
vestris, tamen fertilis erat et om-  
nis generis plantis, herbis et  
arboribus abundabat; hodie mi-  
nus culta est. Praedicantur caues  
ob agilitatem et sagacitatem: et  
ipsi incolas venandi et jaculandi  
arte excellunt; sed in moribus  
male audiebant ob mendacia: hinc  
*κρητίζειν*, fallere. Ipsi Creten-  
ses, teste Diodor. Sic. V, 64. an-  
tiquissimos incolas vocant *Ἐταοὶ*  
*Cρητῆσες*, *νυτίζοντες*, quibus *Cy-  
donas* adduntur. Advenae sunt  
*Achivi*, *Dorienteses*, *Pelagii*. Inter  
primos incolas memorantur quo-  
que *Idaei Dactyli*, quibus succes-  
serunt *Caretos*, Iovis nutritores;  
quorum historia obscura est. Post  
Trojana tempora colonia ex My-  
cenis eo deducta est. Graecorum  
varii populi habitaverunt, et multo-  
rum reges producuntur, in  
quibus Minos et Rhadamanthus.  
Post reges lenatores constituti sunt,  
v. Strab. X, p. 331. l. 480. *Pescen-  
tes* erant Cretenses mari, sed dif-



niūm; ad occidentem *Κεῖν μύρων* immittit; nisi major esset, Cypri similis: multis famigerata fabulis, adventu Europae, Pasiphaës et Ariadnae amoribus, Minotauri feritate fatoque, Daedali operibus et fuga, Tali statione atque morte; maxime tamen eo, quod ibi sepulti, Iovis paenae clarum vestigium, sepulcrum, cui nomen ejus insculptum esse accolae ostendunt. Urbium notissimae, Gnosos, Ger-

fidiis in pejus ruebant, ita ut Philippum ad res suas constituendas advocarent. Tandem a Metello misere vastata et Romanis subjecta est. Augustus in ordinandis provinciis cum Cyrene conjunxit. In hominibus claris, quos tulit, fuerunt *Minos*, *Epimenides*, *Thales*. H. *Candia*. *Samonium*] gr. *Σαμόνιον ἄστυ*, quod Strabo *ἴστρον* quoque adpellat. Mod. *Capo Salamon*. *Κεῖν μύρων* vocatur a Strabone. *τὸ νῆστον*. Nominis causam a forma ducit Dionys. Per. v. 90. H. *Capo-Crio*. Memorantur et alia Cretae promontoria, in quorum nominibus tamen et situ sibi non constant auctores. *major*] circuitu patet 5000 stadia et paulo amplius, i. e. 625 M. P. *famigerata*] minus frequens est hoc verbum in bonis auctoribus. *Europae*] quam Iupiter, assumpta tauri forma, raptam e Phoenicia eo vexit, unde nati sunt Minos, Rhadamanthus, Serpedon. *Pasiphaës*] ex congressu ejus foedo cum tauro progenitus est Minotaurus, qui post in labyrintho inelusus a Theseo interfectus est. cf. Ovid. Met. VIII, 152 sqq. *Ariadnae*] filias Minois et Pasiphaës, quae Thesea adjuvit ejus amore capta, dato filo, ut intererent Minotauro ex labyrintho redire posset. cf. Ovid. Met. VIII, 172 sqq. *feritate*] quia illud monstrum, corpore humano et capite taurino instructum, quotannis 7 pueros totidemque puellas Athenis tributis nomine missas devoravit. *fato*] pertinet ad

mortem a Theseo inlatam. Heyne ad Apollod. p. 538. hanc narrationem ex opere antiquo symbolico repetit. *Daedali*] ejus ingenii follertia, excellens architecturae et artis statuariae finitiam jam ex Homer. II. XVIII, 499 constat, ita ut *δαίδαλος* et *δαίδαλος* omnino de rebus artificiosis dicitur. Ex ejus operibus hic percipitur Labyrinthus, quem dicitur Virg. Aen. V, 588 sq. et Ovid. Metam. VIII, 159 sqq. Quis h. ibi ostenditur, a veteri diversus est. v. Tournefort Voyage T. I. p. 76 sqq. *Tali*] gr. *τάλη*. Diversus est a Talo, Daedali con sanguineo et discipulo: nosse est Cretensis, Minois filius vel *ἠγαυρογενής*, qui describitur *gigantos forma* et *aeneus* fuisse, ita tamen ut una vena per corpus descenderet, quae tenui obducta eras articula vel olavum impactum habebat, quo extracto Medea sanguine exhaustum intererant. v. Apollon. Rh. Arg. IV, 1638. Apollod. I, 9, 26. ibiq. Heyne p. 220 sqq. *sepulti Iovis*] sepulcrum Iovis Cretenfes non solum iactant, sed et ostendisse, tradit Cicero de N. D. III, 21. Eversum dicitur terrae motu a. u. 360, superstitum tamen fide incolarum testantur recentiores. Ferunt quoque hujus sepulcri inscriptionem. Ceterum Iovem in Creta genitum, nutritum et educatum esse multi narant, etsi in loco variant; in Ida monte indicat Callimachus in Iov. v. 6. ibiq. Intpp. *Gnosos*] gr. *Κνωσὶς* et *Κνωσῆς*, utrumque

tyna, Lyctos, Lycastus, Holopyxos, Therapnae, Cydonia, Marathusa, Dictynna. Inter colles, quod ibi nutritum Iovem accepimus, fama Idaei montis excellit. Iuxta 13

etiam per r, unde κώρυκος. Dicta olim *Caeratus*. Sita erat ad boream in planitie et a mari Cretico 25 stadia aberat, patebatque circuitu 30 stadia. Conditores ejus feruntur *Curotes* et *Minos*, cujus regia fuit (v. Hom. Odyll. XIX, 178.) et toti insulae dominabatur. Inclaruit Iovis sepulcro, labyrintho et Dianae cultu. Post depressa est ejus dignitas et Strabonis aetate colonia eo deducta est. H. pauca rudera supersunt in campo *Candake*. *Gortyna*] gr. varie effertur, v. c. Γόρτυν, Γόρτυνος, Γόρτυν, lat. *Gortyne*, *Gortyna*: inde *Gortynias*. Dicta olim est *Larissa*, *Hellotis*, *Cremnia*. *Gortynae* nomen sortita a Gortye heroe, vel Gortye, Rhadamanthi filio, Taurum, Europae raptorem, faciunt conditorem. Sita fuit in planitie et mare Libycum spectabat, et, quamquam mediterranea fuit, duos tamen habuit portus, Leborem 90 stadiis et Metallum 130 stad. ab urbe distantes. v. Strab. X. p. 329. f. 478. Circuitu complectebatur 90 stad. Perfluebat *Lethaeus* fl. Incolae coluerunt Apollinem et Dianam Britomartin. Innotuit urbs Hannibalis fuga, de q. Nepos c. 9. Dignitate secundum post Cnossium tenuit locum. H. in ruina jacet, ubi h. *Ajousdeka* est. *Lyctos*] gr. Λύκτος, unde Λύκτιος: in numis quoque *Lyttus*. Adpellata quoque est *Καρνεόπελις*. In mediterraneis quidem ponitur, sed habuit navale *Cherronefum*. Fuit urbs Cretae antiquissima, quae, etsi depressa Cnosso ad magnam evecta esset dignitatem, a Cnossis tamen diruta est a. u. 534. Cives omnium Cretensium optimos fuisse adfirmat Polyb. IV, 54, 6. H.

pagnus ibi esse dicitur, alii vero fitam fuisse putant, ubi locus est *Tq:aida*. *Lycastus*] gr. Λύκαστος, incolae *Lycastius*. Nomen traxit a Lycasto indigena vel Minois filio. In mediterraneis ponitur. Strabonis aetate in ruina jacebat. *Holopyxos*, *Therapnae*] utramque urbem praeter Nostrum solus Plin. IV, 20. l. 12. habet. *Cydonia*] varie effertur, v. c. Κύδων, et Κόδωνία, *Cydonia*, inde Κύδωνες, Κούδωνιοι, Κούδωνάδοι. Antea dicta est *Apollonia*. *Cydonias* nomen derivatur a Cydone, Apollinis filio. A Minoe ipso conditam refert Diodor. Sic. V, 78. Sita erat ad mare et spectabat Laconicam, habuitque portum elausum. De variis ejus diffidiis cum aliis civitatibus v. Liv. XXXVII, 60. Opulenta fuit et inclaruerunt incolae solertia in aptandis arcebus: hinc *Cydonia spicula*, arando. Nota sunt quoque mala *cydonia*. H. putatur *Canea*. *Marathusa*] obscura urbs. *Dictynna*] urbem hujus nominis omnes ignorant. Fuit Dictynna nymphe, Dianae comes ita vocata, quia Minois vim effugiens in retia piscatorum insiluerat. *Idaei montis*] eadem forma supra I, 8, 5. de Troadis monte: lat. *Ida*, gr. Ἴδα. Nomen traxit ab Ida, Iovis nutrice. Proprie de Cretae et Troadis montibus dicitur, sed translatae hoc nomen et ad alios montes. Fuit insulae mons altissimus, 600 stadiis ambitu complectens: in media insula situs fuit. A veteribus vocatur *πολύδενδρον ἕρος*, at contrarium adfirmant recentiores Mons celebritatem traxit a Iove ibi nutrito, in quo tamen valde variatur: hinc *Jupiter Idaeus*. H. vocatur *Ida* vel ab hoc. Graecis

est Astypalaea, Naumachos, Zephyre, Chryse, Caudos, et quas *Μουσικήρον* numero tres, uno tamen vocabulo appellant; atque, unde Carpathio mari cognomen est, Carpathos. In Hadria Apforos, Dyscelados, Abfyrtris, Issa, Pityia, Hydria, Electrides, nigra Corcyra, Tragurium,

*Pfloritis*. Praeter hunc montem fuerunt in Creta Dicta, Cadistus, Corycus, Styracion, Beroecynthus et inpr. montes albi, hinc Cretam *ἄνθρον ἄστύρων* vocat Strab. X. p. 327. l. 475.

§. 13. *Astypalaea*] gr. Ἀστυπάλαια et Ἀστυπέλαια: inde Ἀστυπαλαίων; et — ἄστυ. *Astypalaensis*. Dicta eadem est *Pyrrha*, *Pylaea*. Nomen *Astypalaea* traxit ab Astypalaea, Ancaei matre. A Strabone cum reliquis Sporadibus inter *Co. Rhodam* et *Cretam* ponitur: quare iuxta ap. Nostrum est supra Cretam, versus septentrionem. Circuitu habebat 88 M. P. et urbem. Olim tenuerunt Caris. Incolas Achillem sanctissime coluisse, discimus e Cicer. N. D. III, 19. Tanta ibi erat leporum multitudo, ut incolas propterea oraculum consuluerint. H. *Stampalia*. *Naumachos*] obscura insula, quae Plin. IV, 20. l. 12. *Naubochos* est et ante Samonium Cretae promontorium ponitur. *Caudos*] gr. Καυδὸς et καύδων vocat Lucas c. 27, 36. et prope Cretam locatur. Diversa ab ea est *Gaudos* s. *Gaulos*, quam inter Siciliam et Africae Cercinam ponit Diod. V, 12. *Μουσικήρον*] insulae ignotae, quas solus Plin. l. c. cum Nostro memorat et juxta *Κεῖναι μύτικον* conlocat. *Carpathos*] gr. Κάραθος, unde *Καρηάτιος*: Plinio *Carpathum*. Olim dicta *Περφύσις*. Strabo lib. X. extr. vocat *Πύλλαν*, eique circuitum dat 200 stadiorum. Prope Cretam ponitur. Habuit olim 4 urbes, ibique regnavit *Protens*. *Minos* post classiaris eam tenuit. *Iplcus* Argivus coloniam eo dedit. Vastantur eam olim le-

Sequitur Galliae latus alterum, cujus ora primo nihil 1  
progressa in altum, mox tantumdem paene in pelagus ex-  
cedens, quantum retro Hispania abicefferat, Cantabricis  
sit adversa terris, et grandi circuitu amflexa, ad occiden-  
tem litus advertit. Tunc ad septentriones conversa, ite- 2  
rum longo ractoque tractu ad ripas Rheni amnis expandi-  
tur. Terra est frumenti praecipue ac pabuli ferax, et  
amoena lucis immanibus. Quicquid ex satis frigoris impa- 3  
liens est, aegre, nec ubique alit; salubris, et noxio gene-  
re animalium minime frequens. Gentes superbae, supersti-  
tiosae, aliquando etiam immanes adeo, ut hominem optimam  
et gratissimam Diis victimam caederent. Manent vestigia  
feritatis jam abolitae, atque ut ab ultimis caedibus tempe-

lomaens hic s. *Amnis*, et urbem  
Tritium memorat: ex eodem et  
Tebericum scribi debet. Durium  
semo novit. Aturia autem, si  
est Atur, Atyr (v. Lucan. I, 420.),  
graviter offendaris, cum hic in  
Aquitania ab omnibus ponatur.  
Ocasbonem] Ptolem. II, 6. *οὐκ  
εἶναι* et *ἄραρον Πυρηνός* in Vaseoni-  
bus. Quaeritur autem, an Pto-  
lemaei Menasens sit Melae Ma-  
grada: sed uterque diversus esse  
videtur. Non sine veri specie h.  
Deaso esse putatur S. Sebastiani et  
Ruvius Magrada h. *Urnosa*.

## C. A. P. II.

§. 1. *Galliae*] v. ad II. c. 5.  
*progressa*] i. e. eadem linea, in  
qua Hispaniam excipit, se porri-  
gens. *amflexa*] insolentior vox,  
1 Vossio e Codd. restituta, non  
bene exprimat, *advertit*] i. e. il-  
luc diligit.

§. 2. *amoena*] olim non fuit,  
ut Varro et Cicero de prov. con-

sal. c. 12. testatur *immanibus*]  
pertinet ad asperitatem vel ad ho-  
minum sacrificia. *frigoris*] id  
confirmat Jul. Caes. d. B. G. I.  
c. 1. *Nam propter frigora non  
modo frumenta — matura non  
erant, sed ne pabula quidem satis  
magna capere solent.*

§. 3. *superbia*] sic quidem ju-  
dicat Mela Hispanas de Gallia  
*immanes*] ita et Cicero pr. Fon-  
teij. c. 14 et 15. pertinet imprimis  
ad *ἀνθρώπων*; de qua Strab. IV.  
p. 136. l. 198. eorum morem no-  
tans, quo alii sagittis confodie-  
bantur, vel citius adfiebantur,  
alii cremabantur, et Jul. Caes. de  
B. G. VI, 16. *pro victimis homi-  
nes immolant*, et post simulacra  
esse addit, quorum contexta vi-  
minibus membra vivis homini-  
bus compleantur, homines vero  
iis succensis flamma circumventi  
exanimentur. *abolitae*] quod  
jam alii, v. c. Tiberius, tentave-  
rant, effecit Claudius, v. Sueton.  
c. 25. sed ad illum inhumanum

rant, ita nihilominus, ubi devotos altaribus admovere, delibant. Habent tamen et facundiam suam, magistrosque sapientiae Druidas. Hi Terrae Mundique magnitudinem et formam, motus coeli ac siderum, et, quid Dii velint, scire profitentur. Docent multa nobilissimos gentis clam et diu, vicenis annis, aut in specu, aut in abditis saltibus. Unum ex his, quae praecipunt, in vulgus effluxit, videlicet, ut forent ad bella meliores, aeternas esse animas, vitamque alteram ad mares. Itaque cum mortuis cremant ac defodiunt apta viventibus. Olim negotiorum ratio et exactio crediti deferebatur ad inferos: erantque, qui se in rogos suorum, velut una victuri, liberiter immitterent. Regio, quam incolunt, omnis Comata Gallia. Populorum tria summa nomina sunt, terminanturque fluvius ingentibus. Nam a Pyrenaeo ad Gartannam,

ritum saepe redierunt. *caedibus*] sic passim numero plur. occurrit *ultimis*] i. e. de quibus modo dixi, nempe humana. *altaribus admovere*] propr. hac in re de victimis, ut docuit Drakenb. ad Lev. XLV, 27, 9. *delibant*] i. e. cutem leviter secant et sanguinem degustant. Sic in Americae regionibus quibusdam infantes delibant, quos antea immolarant, et agnos substitunt. *Druidas*] nominis origo varia fertur. Romani usitate a gr. *δρῦς, quercus*. Alii rectius ad Celticam vocem *Dora*, i. e. quercus, referunt. Qui ex Graecis derivant, auctorem habent Iul. Caes. de B. G. VI, 14, ubi tradit, Druidas Graecia literis usos esse, et Graecarum litterarum amorem de Gallis trahatur Strab. IV. p. 125. f. 18a. Plinius eos vocat *Magos*, et Diodor. Sic. V, 31. *theologos, philosophos et vatos*. De eorum moribus, vita, praeceptis aliisque consulendus Iul. Caes. de B. G. VI, 15 sqq. *Alconis*] consentit Iulius Caesar J. B. G. VI, 14. Quare Bothe in Comment. Soc. Phil. Lips. Vol. III. P. I. p. 53. haec verba perpetuam glossema habuit, ut recte monuit Titius l. c. p. 215. *sal-*

*tibus*] (sc. Iul. Caesarum) templa habuisse videntur. *efficit*] nil libris mandant, (sed omnia arcana sermonibus tradiderunt. *meliores*] i. e. fortiores, ut gr. *ἀγαθός*. Hinc vero Horat. III, od. 14, 19. *non pavens furera Gallia dicitur. aeternas*] hanc opinionem repetunt a Pythagora, s. Zalmoxi, ejus discipulo, quem Druidas Pythagorae philosophiam docuisse tradunt. Itidem opinionem de metempsychrosi apud eos invaluisse tradit Diodor. V, 28. cl. Iul. Caes. l. c. *apta*] etiam dilecta. v. Iul. Caes. de B. G. VI, 19. *negotiorum ratio*] h. e. syngraphae, in quibus rationes accepti et expensi relatae erant. Rem ipsam adfirmat Valer. Max. II, 6. *Gallus memoria proditum est pecunias mutuas, quas his ap. inferos redderantur, dare solitos, quia persuasum habuerunt, animas hominum immortales esse. una victuri*] v. ad II, 2. §. 4.

§. 4. *Comata*] variae Gallia dividitur. v. II, c. 5, 2. Hic scoutus est divisionem a Iulio Caesare factam, v. de B. G. I, 1. Nominis causa a comarum distributione repetenda est. *ut*] sic fere Elin. IV, 31. f. 17. *Gallia omnis*

Aquitani; ab eo ad Sequanam, Celtæ; inde ad Rhenum pertinent Belgæ. Aquitanorum clarissimi sunt Aufci; Celtarum, Aedui; Belgarum, Treveri: urbesque opulentissimæ, in Treveris Augusta, in Aeduis Augustodunum, in Aufcis Eliberrum. Garumna ex Pyrenæo 5

*Comata uno nomine, adpellata in tria populorum genera dividitur. Continebat singulorum genus multos alios, ita ut Appian. de B. Civ. II, 150. quadringentas gentes a Cæsare subactas dicere possit. Aquitani] gr. Ἀκυτόωνες et Ἀκυτόωνες, et nomen accepisse feruntur ab aquis salubribus vel ab aquis Tarbellicis, quas attingebat regio. Gentis originem diversè repetunt, v. c. ab Hercule, qui illos populos duxerit in Hispaniam et inde in Galliam. Mela in finibus eorum Cæsaris temporæ respicit. Populi hujus Galliae partis et urbes cognoscuntur a Iul. Cæs. d. B. G. III, 27. quibus ab Augusto 14 additi erant inter Garumnæ et Ligerim. Sequanani] gr. ὁ Σηκουάνης. Perperam ejus fontes in Alpibus ponit Strabo IV, p. 133. l. 19a. cum in planitie aperta reperiantur; retius de flexibus et ostio ejus contra Britanniam exponit. H. Saina. Celtæ] gr. Κέλται [Κελτοί. Sensu letiori de omnibus Gallis dicuntur, ut ap. Strab. l. c. p. 131. l. 199. angustiori ap. Melam h. l. Varie nomen derivant. In eorum finibus a Garumna ad Sequanam consentit Plin. IV, 31. l. 17. Ab Augusto, nova divisione facta, Lugdunensis eorum regio dicta est. Ceteri hujus tractus populi et urbes recensentur a Strabone et Plinio ll. cc. Belgæ] gr. Βέλγαι. De etymo nominis multa dabit Cluver. Germ. Antiq. II, 3. p. 342. In finibus aliquantum discrepant. Mela ad Rhenum extendit, Plinius ad Scaldin, quæ parum discrepant. Ex Iul. Cæs. de B. G. I, 1. intelligitur, etiam Helvetiam esse complexam, quam postea ab*

ea separavit. Populos hujus tractus 15. memorat Strab. IV, p. 135. l. 196. quibus postea plures adcesserunt. Aufci] sic et a Iul. Cæsare, et gr. Ἀυκίοι, et Auscenses. Aedui] gr. Αἰδούσιοι, Ἐδούσιοι, et Αἰδούσιοι, quod præstat. Cum Mela consentit Iul. Cæs. de B. G. VI, 12. qui summam eorum auctoritatem fuisse addit. Ante Cæsaris expeditionem cum Romanis ita juncti erant, ut eos fratres adpellarent. v. Cicer. ad Attic. I, 7. ad Divers. VII, 11. Treveri] Germanicam originem ipsi ambitiose affectabant, ut tradit Tacit. d. Germ. c. 28. Ac coluerunt Rhenum, et si de finibus eorum disputatur. Augusta] præcipua Trevirorum urbs, cui Ptolemæus cognomen Τρεβιρῶν addit. Post simpliciter dicta est Treviri. Barbarorum irruptionibus aliquoties vexata et eversa est; in antiquissimis Germaniæ urbibus ponenda est. H. Trier. Augustodunum] eam Aeduis quoque tribuit Ptolem. II, 8. et Iul. Cæs. de B. G. I, 23. Bibracte oppidum eorum vocat longe maximum et copiosissimum, et VII, 55. opp. maximæ auctoritatis. Quæritur igitur, an eadem urbs sit? alii negant, alii adfirmant (at gravibus ducti rationibus. Ab Augusto novum nomen sortita esse videtur. H. putatur Beauvray. Eliberrum] varis scribitur. Nomen ex Celtica lingua derivatur et significat nova urbs. Ptolem. II, 7. Aufcorum urbem unam adfert Augustiam, quæ eadem esse videtur, mutato postea nomine.

§. 5. Garumna] scriptura variat, v. c. gr. Γαρουνίς et Γαρουνα.



monte delapsus, nisi cum hiberno imbore, aut solutis nivibus intumuit, diu vadofus et vix navigabilis fertur. At ubi obvius Oceani exaestuantis accessibus aductus est, iisdemque retro remeantibus, suas illiusque aquas agit; aliquantum plenior, et quanto magis procedit, eo latior fit, ad postremum magni freti similis; nec majora tantum naviga tolerat, verum etiam, more pelagi saevientis, exurgens, jactat navigantes atrociter, utique si alio ventus, alio unda praecipitat. In eo est insula, Antros nomine, quam pendere et adtolli aquis incrementibus ideo incolae existimant, quia, cum videantur editiora, quis objaect, ubi se fluctus implevit, illa operit, haec, ut prius, tantum ambitur: et quod ea, quibus ante ripae collesque, ne cerperentur, obstiterant, tunc velut ex loco superiore perspicua sunt. A Garumnæ exitu latus illud incipit terrae, procurrentis in pelagus, et ora Cantabricis adversa litorebus, aliis populis media ejus habitantibus, ab Santonis ad Ofismios usque deflexa. Ab illis enim iterum ad septentriones frons litorum respicit, pertinetque ad ultimos Gal-

Mascul. genere produunt Strabo et Tibullus, alii feminino. Mela ponit fontes in Pyrenaeo; oritur autem in confinio *Melae* in montis latere dexero, ubi est *vallis Arana*, h. ad Hispaniam pertinens. *retro remeantibus*.] sic alibi *retro redire* et similia notavit Drakenb. ad Liv. XXVII, c. 28, 6. In eandem vero rem Claudian. lib. II. in Ruf. v. 113. *perniciosa unda Garumnæ, Oceani pleno quovis impollitur aestu. atique*] i. e. maxime. *si alio etc.*] hinc elegantem comparationem sumit Senec. in Thyeste v. 439. et Medea v. 937.

§. 6. *Antros*] praeter Melam nemo ejus mentionem facit. Disputant de situ; sed in Garumna eam quærendam esse, docent verba Melae. Alii hoc insulam *lata* esse judicant, alii fluctibus submersam esse vel arena obrutam existimant, Melae autem sententia haec est; Cum, quæ obiecta sunt insulae *lata*, excessiva vi-

deantur, accessu maris illa opprimentur aquis, insula, ut antea, tantum ambitur, hæc tamen mutatione, ut tunc ultra ripas *lata* minis ex insula tanquam est editiori prospectare liceat. Quod cum unico sic explere liceat, si insula nataret, obiecta *lata* forma starent sede, incolae insulam natare putarunt.

§. 7. *procurrentis*] *insulæ*. Lucan. I, 427. *procurrit in aquora Lanna. alii*] v. o. *Piceni* nibus, *Sarnnitis*, *Venetis*. *Santonis*] dicti sunt *Santonis* et *Santonis*, gr. *Σαντων*; et *Σαντων* diversa penultima; unde *Santonicus*. Ad ostia Garumnæ eodem locat Strabo IV. p. 233. f. 190. et Ptolemaeus; versus meridiem procedens, ostendit recentibus *Bitonem*, *Santonem*, *Bituriges*. *Ofismios*] gr. *Ὀψιμιος*, variis tantum scriptura. Tenuerunt totam *lata*. *lata* liras, ubi hoc, *diocessum* *Quimper* et *Labastan*, eorumque oppidum *Vergandium*.

licarum gentium Morinos, nec portu, quem Geforiacum vocant, quidquam notius habet. Rhenus, ab Alpibus decidens, prope a capite duos lacus efficit, Venetum et Acronium. Mox diu solidus, et certo alveo lapsus, haud procul a mari huc et illuc dispergitur, sed ad sinistram annis etiam tum, et donec effluat, Rhenus; ad dextram primo angustus et sui similis, post ripis longe ac late recedentibus, jam non annis, sed ingens lacus, ubi campos implevit; Flevo dicitur, ejusdemque nominis insulam amplexus, fit iterum artior, iterumque flavius emittitur.

quod Ptolamaeus II, 8. memorat, putatur esse *Carhaix*. *Morinos*] dicti a Celtica voce *Mor* i. e. mare, vel a *Moeren*, quia eorum regio paludosa fuit. Habitarunt in extrema Gallia, ubi h. *Flandria*, ad mare contra Britanniam, in quam inde brevissimus transitus erat. Iul. Caes. d. B. G. IV, 22. pagos eorum memorat, eosque ut seditiones passim describit, quos tandem sub Augusto C. Carinas domuit. *Geforiacum*] celebratur ob trajectum in Britanniam, quae 56 M. P. l. 50 M. P. distita fuit. Idem dictus est *portus Itius*, ex quo Iul. Caes. solvebat, v. de B. G. V, 5. Pharum ibi extruxit Caligula (ec. Sueton. e. 46. Constantini aetate nomen *Bononiae* accepit. H. non *Calais*, sed *Boulogne*.

§. 8. *Rhenus*] gr. *ῥήνος*. Nomen derivant a *ῥήν*, alii a *rinnen* s. *ronnen*, ob velocem cursum, alii a *roin*, ab aquis limpidissimis. Originem ejus Iul. Caes. de B. G. IV, 10. ex Lepontis, qui in Cottis Alpibus habitaverunt, deducit, et propius Ptolamaeus fontes juxta urbes Taxgaetium et Brigantiam monstrat. *duos lacus*] horum nomina *Venetus* et *Acronius* unde sumserit Noster,

ignoratur. Si ordinem spectas, sequitur is, qui nunc vocatur *Bordensee*, et Mela haud dubie utroque lacu unius ejusdemque duplicem divisionem intellexit. *haud procul*] falso Plinius 100 M. P. removet. *huc et illuc*] i. e. in duos alveos dispescitur. Consensit Tacit. Annal. II, 6. eumque *bicrnem* vocat Virgil. VIII, 727. Mela igitur, ut quibusdam placet, ab una parte intellexit fossam Drusianam, quam Drusus (v. Tacit. Annal. XIII, 53.) inter Rhenum et Mosam egessit, ut per hunc fluvium Rheni partem in Oceanum emitteret; ab altera medium Rheni alveum: *Vahlem* autem in Mosam effluentem ignorasse videtur. At neque hoc satis certum est. De hod. Rheni cursu et divortis cf. *Volkmann Reisen durch d. verein. Niederlande* p. 26 *sui similis*] unq. alveo, quo inciperat, pergens. *ingens lacus*] est hod. *der Zuyder-See*. *Flevo*] nomen remansit in *Vloe-Stroom* in introitu *lacus Flovi* s. *Zuyder-See*, qui ex submersa illa Frisiae parte natus est. *insulam*] intellige de ea, quae h. dicitur *Flieland*. Ceterum in hac insula castellum *Flevo* ponere videtur Tacit. Annal. IV, 72.

## C A P. III.

## G E R M A N I A.

1 Germania hinc ripis ejus usque ad Alpes, a meridie  
 2 ipsis Alpibus, ab oriente Sarmaticarum confinio gentium,  
 qua septemtrionem spectat, Oceano litore obducta est. Quae  
 habitant, immanes sunt animis atque corporibus, et ad in-  
 fitam feritatem vaste utraque exercent, bellando animos,  
 corpora ad consuetudinem laborum, maxime frigoris.  
 Nudi agunt, antequam puberes sint; et longissima apud  
 eos pueritia est: viri sagis velantur, aut libris arborum,  
 quamvis faeva hieme. Nandi non patientia tantum illis,  
 studium etiam est. Bella cum finitimis gerunt: causas eo-  
 rum ex libidine arcessunt; neque imperitandi prolatandi-

## C A P. III.

§. 1. *Germania*] Nomen varie derivatur, v. c. a *gerro* i. e. bellum; alii ab *Hermionibus*, quod commune Suevorum, Hermaundurosum, Chattorum fuerit nomen, idemque, quod Germani, significarit: esse igitur quasi *Hermänner*, *Wehrmänner* et Romanos inde fluxisse Germanos, quasi fratres. Quod posterius melius convenit, cum teste Tacito in Germ. 2. a victoribus ob metum sic nominati fuerint. Termini Germaniae diverso tempore fuerunt diversi. Noster secutus esse videtur Agrippam, qui Raetiam et Noricum Germaniae adjecit, teste Plin. IV, 28. c. 14. et latitudinem 148 M. P. et longitudinem ejus 696 M. P. indicavit; alias Danubius putatur terminus. In Vistula consentiunt Plinius et Ptolemaeus, idemque in Oceano. *Sarmaticarum*] quid sibi his Mela velit, c. 4. Vistula amne declarat. *obducta*] i. e. inclusa, circumdata, nempe Oceano septentrionali, mari Germanico, Suevico.

§. 2. *immanes*] Vellej. II, 106. *gens germana feritate ferocior*, et Strab. lib. VII. in. iis *πλεονακτέον ἀγριότερες καὶ τοῦ μεγάλου*, et Caesar

d. B. G. I, 39. *ingenti magnitudine corpora tribuit. vaste*] i. e. sine lege et disciplina, ferociter more. *bellando*] adde ex Caesare l. c. IV, 1. VI, 21. *venando*, ut Caesar ait, *ab parvulis laetari et duritiae student. nudi*] p. de pueris intellige, quibus h. l. *pueritia*] spectat ad ἀναφοδείαν et Jul. Caesar l. c. diserte addit: *ante annum vero 20. feminas nudas habuisse, in turpissimis habitibus. sagis*] cf. Tacit. d. Germ. c. 17. *tegumen omnibus sagis, fibula, aut, si desit, spina contextum. Sagum originis Galliae omnes Celtae gestabant, frons vestis brevis et ex crassioribus villis et pellibus contexta, quae hodie est Hungarorum. [Sagis] Basti. Inde vero antiquitus vestis confectas esse, tradit Plin. XII. in. *saeva hieme] hiemis feritatem* (Tacit. Hist. I, 79:) in Germania multi notant. *nandi*] v. Jul. Caes. d. B. G. IV, 1. VI, 21. et Herodian. VII, 2, 11. *νῆχιστοι γερμανοί, ἄτε μόνον τῶν τοῖς ποταμοῖς χρέμενοι. Beller]* Tacit. d. Germ. 15. *oderant bella*] hinc gr. ἀπειμανεῖς vocantur. *libidine*] simil. Cicero. d. Offic. I, 12. *Cum Celtiberis et Cimbris* Jul.*

que, quae possident, (nam ne illa quidem enixe colunt) sed ut circa ipsos, quae jacent, vasta sint. Jus in viciis habent, adeo ut ne latrocinii quidem pudeat, tantum hospitibus boni, mitesque supplicibus. Victu ita asperi incultique, ut cruda etiam carne vescantur, aut recenti, aut cum rigentem in ipsis pecudum ferarumque coriis, manibus pedibusque subigendo, renovant. Terra ipsa multis impedita fluminibus, multis montibus aspera, et magna ex parte silvis ac paludibus invia. Paludum, Suevia, Estia et Melfiagum, maximae: silvarum, Hercynia et aliquot sunt, quae nomen habent; sed illa dierum sexaginta iter occupans, ut major aliis, ita et notior. Montium altissimi Taunus et Rhetico; nisi quorum nomina vix est eloqui ore

lum — gerobatur, uter esset, non uter imperaret. colunt] causas explicat Caesar d. B. G. VI, 22. vasta] hinc Caesar l. c. IV, c. 3. publice maximam putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacans agros. cl. VI, 23. jus] sales vocat Hesiodus *χρησίδιμος*; idemque hodie de aliis populis, v. c. Mingrelis et Georgis, valet. latrocinii] v. Iul. Caes. de B. G. VI, 23. latrocinia nullam habent infamiam, — atque ea juventutis exercendas ac desidia minuendas causa fieri praedicant. Franci et Saxones, ad mare habitantes, piraticam exercuisse notantur. hospitibus] id adfirmat Caesar l. c. et Tacitus l. c. 21. convictibus et hospitibus non alia gens magis indulget. Quae laus et aliis alienigenis tribuitur. victu] de carne cruda alii negant, sed huc Taciti c. 23. recens fera bene adcommo- dari potest, qui et eorum intemperantem potus usum notat. renovant] i. e. mollierunt.

§ 3. Terra ipsa] Mela nullas in h. capite urbes memorat, quia, ut Tacitus c. 16. ait, nullas habitant. Quae enim Suevorum oppida Caesar d. B. G. IV, 19. recenset, vici villaeque potius fuisse videntur. invia] observata singularum verborum delectum;

sic fere Tacitus c. 5. terra — silvis horrida, paludibus foeda. Paludum] nihil certi de iis constat. Hercynia] etiam Hercynius saltus, gr. *Ἐρμύνης δρυμῆς*. Nomen derivant alii ab Harz i. e. bitumine, alii ab Hart i. e. loco montoso, silvis obfito. Maxima et vastissima fuit. De finibus ejus et ambitu Caesar d. B. G. VI, 25; alii, quae eos sic extendunt, ut hodie der Schwarz-, Anspacher-, Steiger-, Odenwald, Speshart, Harz, Thüringer-, Boehmischer Wald ejus reliquiae habendae sint: ol. Marnert Geogr. d. Gr. u. Röm. T. III. p. 510 sqq. aliquot] v. c. Gabrita, Semana, silva Caesia h. Hese-wald in Ducatu Cluvensi. nomen] i. e. famam, celebritatem. Taunus] ejus situs aliquo modo cognoscitur e Tacit. Ann. I, 56. XII, 28. qui eum in Cattis ad Adranam fl. h. Eder ponit. Hinc alii iisque plurimis hodie est der Heyr. h. et die Höhe, alii der Dey-borg prope Giesam. In eo fuit Drusi castellum. Rhetico] Cluverio h. est das Siebengebirge, sed parum certo indicio. Nil certi nisi hoc statui potest, ultra Rhenum quaerendum esse. nomina] Ptolemaeus adfert *Μυλίσθρον ἕρως* prope silvam Semanam, quam in Thuringia ponunt: Cluverio est

Romano. Amnium in alias gentes exeuntium, Danubius et Rhodanus; in Rhenum, Moenis et Lupia; in Oceanum, 4 Amisius, Visurgis et Albis clarissimi. Super Albim Codanus, ingens sinus, magnis parvisque insulis referendus est. Hac re mare, quod gremio litorum accipitur, nusquam late patet, nec usquam mari simile; verum aquis passim interfluentibus ac saepe transgressis, vagum atque diffusum, facie amnium, spargitur: qua litora adtingit, ripas contentum insularum non longe distantibus, et ubique paene tantumdem, it angustum et par freto; curvasque se subinde, longo supercilio inflexum est. In eo sunt

h. *Blocksberg*, Mannerto d. *Harz*. idem etiam *Sudetos* juxta Bohemiam, Moraviam et Silesiam memorat. *est eloqui*] graeca constructio: v. *Vechner*. in *Hellenol.* p. 364. *ore*] sic *Plin.* lib. V. in de *Mauretania: populorum — nomina — sunt ineffabilia. gentes*] ut saepe pro regionibus. *Danubius*] v. H. 1, 8. *Rhodanus*] non est Galliae fluvius, sed *Radanaus* prope *Dantiscum*, h. *Rudanus*, unde electrum petebatur, alias *Eridanus* dictus, etiam *Padanus* habitus, ut patet ex *Plin.* XXXVII, 11. f. 2. Ita vero *Mela* ab utroque Germaniae limite fluvios adposuit, ab hoc *Danubium*, ab ille *Rhodanum*. Non est igitur, quod *Melam* erroris arguamus vel *Rhenus* substituiamus. *Moenis*] aliis *Moenis*. *Primus* ejus meminit *Mela*, *Serius* dicebatur *Mogonus* s. *Moganus*. H. *Mayn.* *Lupia*] primum occurrit ap. *Vellej.* II, 105. gr. *Λούπια*. *Strabo* eum 60 stadiis distantia dicit ibique *Bructeros* *ἄνθ' ἡλκέρωνος* ponit. H. *Lippa*. *Amisius*] in *Nostro* dubis est vocis terminatio; in *Tacito* est *Amisus* et in *Strabone* *Ἀμισίας*. H. *Ems*. *Visurgis*] gr. *Ἰσούργιος* vel *Ὀϊσούργιος*. *Amnem* *Rom.* clade nobilem vocat *Vellej.* II, 105. H. *Weser*. *Albis*] gr. *Ἀλβίς*; *serius* *Alba* et *Albin*. H. *Elbe*.

§. 4. *Codanus*] quis sit, et quam late pateat, disceptatur. *Mela* eum prope *Norwegiam* ponere videtur, quia dicit *super Albim*; interiorum tamen cogitationem ejus 'nondum habuisse', deest descriptio. Non enim ubique angustum est illud mare et par freto, sed late inter *Suediam* et *Borussiam* patet. *Super Albim* est h. l. trans. Est igitur hic sinus pars maris *Baltici* prope *Finniam* et *Scelandiam*. *nusquam late*] sc. in eo tractu, quem *Mela* adtingit. *transgressis*] *Sensus*: mare versus *sinum Codanum*, quem mare *Germanicum* facit, in eo ipso sinu propter insularum distantias est divulsum et ubique angustum est freto insularum amnium. *facie*] h. e. inflexis litora — *ripiis*] *Mela* litora et oris maritimas, ripas insularum hoc sibi vult: qua terram adtingit, ubi sunt proprie litora, quae primis coartatur ob vicinas insulas, quae ob altitudinem insularum suis illud mare continent, ut expandi queat. *supercilio*] sc. de gr. *ἰσπεδὸς* de verticibus et altitudinibus, ut ap. *Apollon.* *Rh.* II, 178. *ἰσπεδὸς αἰγισλάου*. Ita h. l. intellige eminentiam litoris insularum, quam bene *supercilio* exprimit. In eo] sc. *supercilio*. Omnes vero in illa *Charisii* *Cimbres* ponunt, quae inde post

Sambri et Teutoni: ultra, ultimi Germaniae Hermiones.

## C A P. IV.

## S A R M A T I A.

Sarmatia intus, quam ad mare, latior, ab his, quae sequuntur, Vistula amne discreta, qua retro abit, usque ad Istrum flumen immittitur. Gens habitu armisque Particae proxima, verum ut caeli asperioris, ita ingenii.

Cimbri] dicta est. Cimbri] r. κίμβροι. Priscam horum sedem in hac Chersoneso, quam Iovem II, 11. primus Cimbriam vocat, fuisse, testatur Strab. II. p. 203. l. 293. Quod Melse percilium sinus Codani est, id docet Plin. IV, 27. l. 13. proontorium Cimbrorum, quod lenis in mare procurrens paene in istam efficit, quae Cartris adpellatur. Quiseritur, an hi Cimbri iverfi sunt ab iis, quos Marius egavit? Sunt, qui id statuunt. ortasse hoc sic intelligi potest, ios ex hac Chersoneso migrasse osque esse a Mario, alios sedes as tenuisse. De origine horum imbrorum, quos etiam Cimerios vocatos esse tradunt, vase disputatur, uti de eorum irptionibus in Galliam et Italiam. utoni] etiam Teutones. Nomen ducunt a Germanorum Deo haisoo s. Teut; plerique a Theut, hiod i. e. Volk. Cimbrorum mites fuerunt irruptionis in illiam et calamitatis ad Aquas bias participes. Sedes prope mbros habuerunt, sed latius r insulas vicinas dispersos fuif- infra c. 6, 4. docet Mela. ] cum ultra supercilium si- Codani Mela progredi non it, litora versus orientem in- genda sunt, et Hermiones tur in Pomerania ponere vide- Hermiones] nomen deriva- ab Her s. Hort i. e. terra, qua- ni mediterranea Germaniae in-

coluerint. Sedes vero eorum ex antecedentibus intelligitur.

## C A P. IV.

§. 1. Sarmatia] Sic et graeco. Inde Sarmatas dicti utraque lingua, et Sarmaticus. Frequentius tamen Graeci Sauromatas eos adpellant, et hinc, quae Herod. IV, 117. de Sauromatis narrat, Mela I, 19, 19. Sarmatis tribuit. Sunt Scythicae originis: nam Scythas ad Tanaim collocat Diodor. Sic. II, 43., cum quibus Amazones coaluisse et magnam Europae partem occupasse refert. Quapropter Mela, quae alias Sauromatis et Amazonibus tribuuntur, de Sarmatarum semine narrat. Sarmatis fuit duplex, Asiatice inter Tanaim et Rha, Europaea inter Pontum Euxinum et Tanaim ad Vistulam: utramque descripsit Ptolemaeus III, 5. et V, 5. Mela fines breviter indicat, et, si cum Ptolemaeo contenditur, vel male divisit Sarmatiam, vel partem eam, quae paludem et Pontum adtingit, a Sarmatia distinxit, ita ut interiora, praeterquam a Vistula ad Danubium, definitis non sustinerit. intus] i. e. versus orientem, ubi juxta Tanaim et Ixamatas latior est. Vistula] et Vistala, gr. οὐρὶσσιλας. Veteres Eridanum putarunt. Pontem ignoravit Ptolemaeus. R. Vistula] ritus Parthorum delineavit Justin. XLI, 2, 3. quorum quidem pauci tantum has

- 2 Non se urbibus tenent, et ne statis quidem sedibus. U invitavere pabula, ut cedens et sequens hostis exigit, ita res opesque secum trahens, semper castra habitant; bellatrix, libera, indormita, et usque eo immanis atque atrox ut feminae etiam cum viris bella ineant; atque ut habile sint, natis statim dextra aduritur mamma: inde expeditur in ictus manus, quae exseritur, virile fit pectus. Arom tendere, equitare, venari, puellaria pensa sunt: feris hostem, adultarum stipendium est; adeo ut non percussisse pro flagitio habeatur, sitque eis poenae virginitas.
- 3

## C A P. V.

## S C Y T H I A.

- 1 Inde Asiae confinia, nisi ubi perpetuae hiebes sedent

referri possunt. *urbibus*] in silvis egisse declarat Avienus v. 858. *Longas exorcat Sarmata sylvas.* Circumvagari solebant, ut invitavere pabula. *tenent*] refer ad *gens*, vocem collectivam: cuius *συνέλιπον* usus frequens est. Et cum *tenent*, ut infra *habitant*, auctoritate librorum nitatur, non est, quod cum Titio l. c. p. 216. singularem reponamus. Simile exemplum praebet *gens* supr. I, 16. 1.

§. 2. *cum viris*] i. e. simul cum viris, aequae ac viri, ut gr. *ἄμα*. Ita Liv. XXXVIII, 48. *negaretis hoc mihi cum diis immortalibus* i. e. mihi seque ac diis. *adurit*] idem de Amazonibus Diod. Sic II, 45. *τῶν ἑλλοτριῶν τῶν δεξιῶν μαστῶν ἐκμαίαν, ἵνα μὴ κατὰ τὰς μάχας τῶν ἐπιμάτων ἐκαιρέμενος ἐνεχθῆ.* *inde expedita esse*] variè hic locus ab editoribus jactatus est. Nuperimus Melae editor, Titius l. c. p. 216. eum sic correxit: *unde, expedita in ictus manus, quae exseritur, virile fiat pectus*, ita ut Melae mens sit, hoc ipso maxime fieri pectus virile, si, impedimento mammae remoto, expedita in ictus manus reddatur. Non male quidem, neque tamen

opus, ut a recepta lectione sensum damus. Vis narrationis pendet a verbis *dextra aduritur mamma* *inde h. e.* ob aduictam mammam dextram *expedita ad ictus* fit *dextra, quae exseritur* sc. ad feriendum et ob eandem causam etiam *pectus dextrum fit virile*. Recepta lectio bene convenit Nostri suctoribus vitati. Verba *quae exseritur*, *omittere* potuisset, ubi *h. e.* ferviant explicationi. *Nam exseritur* i. q. profertur, *unde* ut conspici et libere jactari potest fit. Hic gestus inpr. de bellis Scythibus et ad pugnam se componendum notatur. *Pectus virile* vocat, quatenus virorum pectus simile fit, neque mammae impediret.

§. 3. *puellaria pensa*] apud Sarmatas haec de puellis loco, quo ap. Gr. et Rom. *stipendium*] i. e. *stipendium* quod tenentur patriae *percussisse*] ut supra *feris* ipsam Melae haustit ex Herod. II, 17. qui de Sauromatarum confiniis idem refert.

## C A P. V.

§. 1. *Inde*] ex Sarmatis ad Scythas adtingit: Melae enim

et intolerabilis rigor. Scythici populi incolunt, fere omnes etiam in unum Belgae adpellati. In Asiatico litore primi Hyperborei, super Aquilonem Rhipaeosque montes, sub polo siderum cardine jacent: ubi sol non quotidie, ut nobis, sed primum verno aequinoctio exortus, auctumnali semum occidit: et ideo sex mensibus dies, et totidem aliis nox usque continua est. Terra augusta, aprica, per se fertilis. Cultores justissimi, et diutius, quam ulli mortarium, et beatius vivunt. Quippe festo semper otio laeti non bella noverere, non jurgia; sacris operati, maxime Apollinis, quorum primitias Delon misisse, initio per vir-

ra Tanaim in Asiam septentrionalem progressus et inde in Eoam mare conversus ea, quae lib. I. c. 19. et lib. I. c. 1. reliquit, emittitur, perulstratis iis, quae interjacent, ut ab hac parte Asiae descriptionem conficiat. *Sedent*] *Sedere* et *haerere* de rebus, quae firmiter suo loco adhaerent et manent; auget h. *perpetuae. rigor*] sic Plinius injuriam fideris rigentis in hac flaga memorat. *Scythici*] hoc nomine Graeci omnes septentrionales gentes designarunt. *Belgae*] quis praeter Melam commoveraverit, ignoratur. Mela hic urbavit Asiae et Europae loca. *Hyperborei*] gr. ὑπερβόρειοι. Notum derivant inde, quasi sint ἄνω τῶν ἀνθρώπων βόρειαν εὐνοῦραν. Inertiae feruntur eorum sedes, quae illi in Europa, alii in Asia designant. Plerumque Thraciae ribuantur. Esse talem populum omnino negat Herodot. IV, 72. quem refutat Eratosthenes ap. Strab. I. p. 42. l. 61. Recentiorum variae sunt sententiae: alii, apud Strabonem omnino gentes septentrionales intelligunt, alii, communione omnium gentium Graecarum ignotarum et in septentrionem remotissimarum nomen esse, probabiliter statuunt. *Rhipaeos*] I, 19. extr. *cardine*] ita Plinius IV, 26. l. 12. *ibi creduntur*

*esse cardines mundi, extremisque siderum ambitus. jacent*] de gentibus, ut Corn. Nep. XIV, 4. in *verno*] qui hodie ibi navigarunt, testantur, se amisisse solem pridie Nonas Novembr., nec recepisse, nisi Februario.

§. 2. *augusta*] i. e. sancta, venerabilis ob seqq. *aprica*] Nostram temperiem ignorant: nam, etsi soli exposita est, tamen solis radii non nisi leviter eam perfringere nec terrae vapores et nebulas dissipare possunt. *per se*] i. e. naturae dono, sine hominum industria proveniunt omnia. Inde vero Hyperboreorum nomen felices indicare videtur, ut ap. Aeschyl. Choeph. v. 371. ubi τὴν ὑπερβόρειον μέλιον legitur. *diutius*] mille annos vivunt, teste Strab. XV. p. 469. l. 711. *festo otio*] prius notionem laetitiae solemnioris et augustae infert. *jurgia* — *sacris*] haec confirmat et Plin. IV, 26. l. 12. *Apollinis*] Nempe Latonam ibi natam ferunt, unde Apollinis cultum arcessit Diodor. Sec. II, 47. qui et ejus lucum, templum, urbem commemorat. In vicinis ejus memorantur asini, hinc ἄνω ἐκτρέφεται, et ἐνοσφυσίαι *operati*] sollemnis de sacrificiis vox, ut gr. ἑρδεν, ἕρδεν. *primitias*] sc. sacrorum, de quibus Pausan. I, 31. ἀπαρχὰς κεκρέθηται ἐν κλήμαρ κερῶν, γινώσκουσθαι δὲ ἐπ' ὕδα-



- gines suas; deinde per populos, subinde tradentes ulterio-  
ribus, moremque eum diu, et donec vitie gentium teme-  
ratus est, servasse referuntur. Habitant lucos silvasque,  
et ubi eos vivendi satietas magis, quam taedium, cepit,  
hilares, redimiti fertis, semet ipsi in pelagus ex certa rupe  
3 praecipites dant. Id eis funus eximium est. Mare Cas-  
pium, ut angusto, ita longo etiam freto, primum terras,  
quasi fluvius, irrumpit: atque ubi recto alveo influxit, in  
tres sinus diffunditur; contra os ipsum in Hyrcanum, ad  
sinistram in Scythicum, ad dextram in eam, quem pro-  
priae et totius nomine Caspium adpellant: omne atrox, sae-  
vum, sine portibus, procellis undique expositum; ac bel-  
luis magis, quam cetera, refertum, et ideo minus naviga-  
4 bile. Ad introeuntium dextram Scythae Nomades, freti  
litoribus, insident. Intus sunt ad Caspium sinum Caspii et

ἰόν, eaque sacra vocat Callimach. in Del. 283. *ἰερά θράγματα ἀετρώων*, ubi v. Spanhem. *virgines*] ab Herod. IV, 53, quae memorantur, adjunctis quinque juvenibus viae comitibus. *per populos*] ab Hyperboreis ad Scythas et inde ad finitimos. *temeratus*] propria vox de sacris violatis. Illos juvenes vero non rediisse, refert etiam Callim. in Del. v. 294. *habitant] domus ius nemora lusique*, ait Plin. IV, 26, l. 12. *satietas*] adfentit Plinius l. c. et ita Geos, senectute confectos, eiecutam bibere narrat Aelian. V. H. III, 37. *fertis*] quasi in re laeta, solemnibus et sacris, ubi coronarum usus valuit.

§. 3. *Mare Caspium*] gr. *καενία θάλασσα*, vel simpl. *καενία*; inde *καετικῆς*, *Caspicus*, *Caspianus*. Latini etiam *mare Hyrcanum*, *Hyrcanum* et *Scythicum*. Formam ejus et ambitum varie notant veteres; aliis vocatur *εφαιδόνη θάλασσα*, *μηνοειδής*, *περμύνης*. Dimensionem ex cursu navis computat Herod. I, 203, ita ut longitudo sit dierum 15, latitudo 8. Hodie testis *αυτόπτης* Adam Olearius in Moscovit. u. Persisch. Reisob. T. IV. p. 405 sqq. adfir-

mat, longum esse a septentrione (*Astrakan*) ad meridiem (*Ferboch*) 120, latum ab oriente (*Churesim*) ad occidentem (*montes Circassos*) 90 miliaria. Quasitum est, utrum separatum sit mare, an eum alia junctum. Prius credebant Herodotus, Apolloteles, Diodorus; ceteri haec omnes ex Oceano septentrionali derivabant ejusque sinum inciebant; alii, utrumque mare inter terraneis meatibus cohaerere putabant. Nec magis recentiores conveniunt, quorum quidam comineatum ejus cum Ponto Euxino statuunt. H. Persis *Κασπία*, Russis *Chwalinskoi Mora*. *irrumpit*] bene de maribus, quae in Oceano terris infunduntur, id confirmant quoque recentiores *beluis*] inprimis memorat *Nacke*, adeo validum, ut quavis navigium exvertere possit.

§. 4. *Scythas*] de his magis expositae Strab. XI, p. 349, l. 5. Situs eorum non tamen ad sinistram maris partem, sed ad ostium vel ostium ejus referendus est. *freti*] i. e. invitati et insulati litorum ampenitate. *Caspium* gr. *καενία*. Ab his mare dicitur. In *Xerxis* exercitu milia

Amazones, sed quas Sauromatidas adpellant: ad Hyrcanum Albani, et Moschi, et Hyrcani: in Scythico Amardi, et Paeficae, et jam ad fretum Derbices. Multi in eo sunt magni parvique amnes fluunt: sed qui famam habent, ex Ceraunibus montibus uno alveo descendit, duobus exit in Caspium Casius. Araxes Tauri latere demissus, quoad

5

vant, teste Herod. VII, 67. et 17. at Strabonis aetate erant Ἰνδοί φωνεῖ. Sauromatidas] ita eas dilinguit ab iis, quas ad Thermodontem in Ponto I, 9. descripsit. Ita vero dictae sunt ex congressu cum Sauromatis, idque relicta circa Thermodontis sede, factum esse, tradit Herod. IV, 110 99. Albani] gr. Ἀβανοί, regio Ἀλβανία. Gentis originem ab Iacone repetunt. v. Iustin. XLII, 5. Eosdem postea dictos esse Alanas, quidam putant, sed utrumque populum diversum fuisse, pronuntiant auctores. Strabo XI. p. 345. 501. eorum fines adcuratius describit, eos indigenas, pecoribus lendis deditos, vagos vocat, regionis fertilitatem laudat. H. Tandahar ibi est. Moschi] regio Μοσχική. Eorum nomen varie derivant. Moschica dividebatur in partes, quarum primam Colchi, alteram Iberes, tertiam Armeni tenebant, unde patet ejus nes et vicinia. Mela, dum Moschos ad Hyrcanum mare ponit, beras et Armenios, certe partem eorum in ora maritima collecti videtur. Hyrcani] Ἰρκανοί, unde Ἰρκανίος, Ἰρκανία et Ἰρκανίος. habitabant olim ad mare, et ab casu contermini erant Mediae, meridie Parthiae, ab oriente Sargianae. Olim Hyrcani suis, post subacti ab Assyriis ad Syrum defecerunt; post eos subacti Alexander M. Ierius Seleucus et Strabonis aetate Parthis subditi sunt. Memorantur eorum urbes, regionisque fertilitas. H. Tabarestan. Amardi] iidem sunt Μαρδί. Eorum situs variatur;

ponuntur enim in Media a plerisque, a Nostro aliisque in Margiana, ab aliis in Perside, Armenia, Colchide. Strabo vocat gentem Ἰνδοίτην et Suidas Ἰνδοί πολυάνθρωπον. τραχηλῶν γῆν ἐπιεικύντας, ἀνίπτευσ. πίνκτας. Paeficae] cum Amardis quoque conjungit Plin. VI, 19. l. 17. et inter Tauris et Okum ponit etiam Polyb. X, 48. ubi plura de iis exposita leguntur. Derbices] vario efferuntur, v. c. Δέρβικες, Δερβικῆσαι, Δερβίσιος. Hyrcanis vicinis facit cum aliis Strabo, qui et lib. XI. p. 358. l. 520. de eorum moribus disserit, in iisque mactatos narrat, qui annum 70. excessissent, carnes reliquas a cognatis fuisse absumtas: Reges olim habuerunt, post a Cyro subacti sunt. Casius] commemoratur a Ptolemaeo et Plinio VI, 15. l. 15. qui eum per Albaniam ducit.

§. 5. Araxes] gr. Ἀράξης. Nomen varie deducitur: v. c. ab Araxe, Armeniorum rege, qui se in eum praecipitavit. Oritur ex eodem monte, quo Euphrates. Initio deflectit versus orientem ad fines Mediae Atropatanae, hanc et Armeniam determinat, deinde per Armeniam fluit et per Ἀραξηνὴν ποδίον in mare Caspium effunditur. cf. Plin. VI, 10. Ita plerique, et etiam Mela: alii tamen cum in Cyrum influere et cum eo conjunctum evolvi scripserunt. Hodie quoque, ut certo constat, in Cyrum (Κῦρ) influit et cum eo prope lavat in mare Caspium emittitur. Hod. Araxiow l. Aras. Cum autem Araxis no-



deserta Scythiae ex Sogdianorum regionibus in Scythicum exeunt; ille suo fonte grandis, hic incurfu aliorum grandior, et aliquamdiu ad occasum ab oriente excurrentes, juxta Dahas primum inflectitur: cursuque ad septentrionem converso, inter Amardos et Paeficas os aperit. Silvae alia quoque dira animalia, verum et tigres ferunt, utique Hyrcaniae; saevum ferarum genus, et usque eo pernix, ut illis longe quoque progressum equitem consequi nec tantum semel, sed aliquotiens etiam cursu, unde coeperit, subinde repetito, solitum et facile sit. Causa ex eo est, quod, ubi ille interceptos earum catulos citus coepit avehere, et, rabiem appropinquantium astu frustraturus,

cas et Sogdianos, et hos atque Scythas Nomadas. Excursit, ut plures tradunt, in mare Caspium, ejusque ostia ab ostiis Oxi Iso. Strabonem 80 parasangis distabant. Scythae eum vocarunt Sillin, eumque Alexander ejusque milites putaverunt Tanain. H. *Sir* vel *Sir-Darja*. *Ocus*] gr. *ὄκτος*. Fontes in Indicis montibus veteres collocant et recentiores memorant montes *Belur-Tagler* primumque ejus nomen adferunt *Harrat*. In cursu dirimit Baetrianam et Sogdianam, Derbicum-medios fines secat, et juxta Hyrcaniam in mare Caspium influat. Multos alios recipit fluvios, in quibus *Ochus*, *Zaria* sp. Hino 6—7 stadia latus, rapidus, profundus, turbidus fertur et insalubris pota. v. Curt. VII, 10, 13. H. Arabibus *Gishon*, Persis *Amu-Daria*. Apud veteres haud raro cum *Araxe* miscetur. *Sogdianorum*] varie gr. efferuntur; *Σογδοί*, *Σογδιαι*, *Σογδιανῶν*. regio *Σογδιανῶν*. Eorum situm describit Diodor. XVIII, 5, qui fuit inter Iaxartem et Oxum, eorumque urbes recenset Ptolem. VI, 12. in quibus fuit Alexandria ab Alexandro M. in finibus condita. Desertam majorem regionis partem fuisse tradit Curt. VII, 10. Olim paruit Persis, tum Alexan-

dro M., quo mortuo cessit Philippo cum Baetria: utramque Antipater Stasanori dedit: unde sibi vindicavit Selencus. H. est *Vash* et *Gill*, aliis *Bucharsia* septentrionalis. Arabibus *Mauren-nahr*. *Dahas*] gr. *δάσος* f. *δάσι*. In Scytharum populis recensentur; at in situ discrepant, ut sit in vagis populis, et conjunguntur cum Chorasmiis; *Sacis*, *Massagetis*. A Caspio mari eorum sedes incipit Strabo et ulterius versus orientem ponit *Massagetas* et *Dahas*. Mela in ea parte, qua h. *Charesm*, eos collocat. Innotuerunt Alexandri expeditione, a quo subacti sunt. Fuerunt *innocentissimi*, et binos ab equis in proeliis victos esse, scribit Curt. VII, 7. *os aperit*] i. e. ostio effluit.

§. 7. *alia — vorum et*] v. II, 6, 6. *tigres*] notantur a veteribus hae ferae, quibus omnino scatuat Hyrcania, et totus ille terrarum tractus ad mare Caspium: idque testantur quoque recentiores. *saevum*] pr. de tigris, v. Baffon Naturg. d. vierf. Thiere T. VI. p. 167. *pernix*] hinc *συνίσταται* ap. Oppian. Cyneg. III, 98. et 363. *interceptos*] nondum adultos satis rapere: at hinc rabies saevior existit, unde *orba tigris* *pejor* ap. Iuven. VI, 270. *astu*] eandem rem

unum de pluribus omisit, hae projectum excipiunt, et ad cubilia sua referunt, rursusque et saepius remeant, atque idem efficiunt, donec ad frequentiora, quam adire audeant, profugus raptor evadat. Ultra Caspium finem quidnam esset, ambiguum aliquamdiu fuit; idemne Oceanus, an Tellus infesta frigoribus, sine ambita ac sine fine projecta. Sed praeter Physicos Homerumque, qui universam Orbem mari circumfusum esse dixerunt, Corgelius Nepos, ut recentior, ita auctoritate certior; testimonium autem rei Q. Metellum Celerem adjicit, eumque ita retulisse commemorat: Cum Galliae pro consule praefectus, Indos quosdam a rege Bojorum dono sibi datos; unde in eas terras devenissent, requirendo cognosse, vi tempestatum ex Indicis aequoribus abreptos, emensosque, quae intererant, tandem in Germaniae litora exiisse. Restat ergo pelagus; sed reliqua lateris ejusdem adsiduo gelu durantur, et ideo deserta sunt.

narrat Plin. VIII, 25 l. 18. De arte tigres capiendi exposuit et Ammian. XXIII, 6.

§. 8. *ambiguum*] similiter infr. c. 9, 3. *idemne*] aut omnino Oceanus, totum terrarum orbem ambiens, aut mare Scythicam, unde c. VII. ad Eoum mare pergit et septentrionale ad laevam, qua in Germaniam navigatur, de cujus situ Plin. IV, 27. l. 15. H. *mare glaciale* s. *Oceanus septentrionalis*. Hunc autem jam olim navigatum fuisse majore ex parte, Augusto auspice, uti Germaniam ad Cimbrorum promontorium, assermat Plin. II, 67. Inde non verisimile censet, illic maria deficere, ubi humoris vis superet. *infesta*] i. e. infestata. *projecta*] i. e. porrecta. *circumfusum*] v. ad I, 1, 2. *Metellum Celerem*] fuit Praetor, Cicerone Consule, et ex praetura obtinuit Galliam a. n. 692, atque ad hanc annum referri debent, quae Mela nar-

rat. *pro consule*] ita eum vocat, licet nondum Consul fuisset, et more solito, quae etiam ii Praeconsules dicebantur, qui ex praetura in provinciam profecti essent, ut docet Menut. ad Ciceron. Epist. I. *ad Nost. I.* Nost. hoc sensu Praeconsules dici, adparet e Ciceron. ep. ad Div. V, 1, 2. *Indos*] de his disputatur, Quidam Indos mercatores intelligunt, qui dum mercatores causa in Indico mari navigantes, tempestatibus actos versus septentrionem ad Germaniae litora adpulsi fuisse, *rege*] Ariovistum esse putant; sed haec incertae et obscurae fidei *exiisse*] *ocire* pro de navi descendere occurrit et ap. Ciceron. Mela igitur, qui disputat, an ultra Caspium finem Oceanus continuetur atque ab India per caput boreale ad Germaniam pateat, hoc exemplo evictum esse ostendit et hinc subjungit: *restat ergo pelagus*.

## C A P. VI.

*Hispaniae exterioris et septentrionalis Oceani insulae.*

His oris, quas angulo Baeticae adhuc usque perstrinximus, multae ignobiles insulae, et sine nominibus etiam, adjacent: sed earum, quas praeterire non libeat, Gades freum attingit; eaque angusto spatio, et, veluti flumine, a continenti abscissa, qua terris propior est, paene rectam ripam agit: qua Oceanum spectat, duobus promontoriis vecta in altum, medium litus abducit, et fert in altero ornu ejusdem nominis urbem opulentam, in altero templum Aegyptii Herculis, conditoribus, religione, vetustate, opibus illustre. Tyrii constituere: cur sanctum sit, ista ejus ibi sita efficiunt: annorum, quis manet numerus, h. Iliaca tempestate principia sunt: opes tempus aluit. In Lusitania Erythia est, quam Geryonae habitata accepit-

## C A P. VI.

§. 1. *His oris*] respicit libri II. ubi ad Baeticae angulum progressus in insulis Colubria et Gades] v. II. *rectam*] i. e. quae neque in altum prominet, neque oblique recedat. *in altero*] urbs sc. Strab. III. p. 217. f. 189. sita est in τῶν ἀνατολίων τῆς νήσου κερδῶν ἑπιπέδῳ] a multis celebrantur ius opes et ornamenta (ἀνδραγαθία), sc. a Jul. Caes. d. b. G. II, 18. et 28. nae ipse cum pecuniis inde rapuit, sed post reddidit. Miras a Herculis cultu caerimonias descripsit Sil. Ital. III, 14 lqq. et in tanta fuit veneratione, ut inlustres deo Romani id adirent, vota vel uncupatari, vel soluturi; de Iulo Caesare id tradit Sueton. c. 7. *herculis*] quaeritur, num Hercules Thebanus, an Tyrius, an Aegyptius intelligendus sit. Mela egyptium discrete memorat. ed tum ob aliorum testimonia, tum ob conditores Tyrios, idetur Mela Phoenicium cum egyptio confudisse aut unum tandemque habuisse, licet feceratur ab auctoribus, v. Cicero. de N. D. III, 16. in-

*lastro*] arguet celebritatis sensum substantivorum cumlatio. *quis*] i. e. quibus. *numerus*] h. e. annorum principia, quae numeris adferri possunt et notari, ab Trojanis bello ducuntur; h. e. templum est Trojanis bello antiquissimum.

§. 2. *Erythia*] gr. Ἐρυθρία, inde Ἐρυθρὸς, Ἐρυθρῶν. Nomen deducunt ab Erythea, Geryonis filia. Dicta esse fertur etiam *Aphrodisias*, quod nomen tamen ad Gades pertinet: utramque enim insulam commiscunt, et communi Gadium nomine adpellant. Ex auctororum, nominatim Herodoti et Strabonis testimoniis efficitur, Gades h. esse *Leon* et *Erythiam* fere quaerendam esse, ubi h. *Cadice*. Ab hoc tamen situ Mela recedit, qui aliam situ Erythiam intellexit, uti et discrete notat Plin. IV, 56. l. 22. Alii quoque ejus situm vage notant. Laudant insulae *sigilar* et *re ciberis*. *Geryonae*] vel a *Geryon* vel *Geryones*, et hinc genitivus *Geryonae*. in gr. triplex forma Ἐρυθρία, Ἐρυθρῶν, et Ἐρυθρῶν. Tergeminum I. triplex naturae lingunt, cujus

3 mus, aliaeque sine certis nominibus; adeo agri fertiles, ut, cum semel sata frumenta sint, subinde recidivis seminibus segetem novantibus, septem minimum, interdum plures etiam messes ferant. In Celticis aliquot sunt, quas quia plumbo abundant, uno omnes nomine Cassiteridas appellant. Sena in Britannico mari, Ofismicis adversa littoribus, Gallici numinis oraculo insignis est: cujus antistes, perpetua virginitate sanctae, numero novem esse traduntur: Gallicenas vocant, putantque ingeniis singularibus praeditas, maria ac ventos concitare carminibus, sequae, in quae velint animalia, vertere, sanare, quae apud alios insanabilia sunt, scire ventura et praedicare: sed non nisi deditas navigantibus, et in id tantum, ut se consulerent,

pulcherrimas boves, intersecto domino, Hercules abegit. Plerique eum insulae prope Hispaniam regem fuisse scribunt, quam multi Erythiam vocant. *frumentata*] ita et alibi in plurali. *recidivis*] quae excidunt, sed renascuntur et plantam suam instaurant. Idem vero et de aliis terris notant auctores, v. c. de Maeslyliorum regione Strab. XVII, c. 578. l. 831. de Albanis lib. XI. p. 346. l. 502. *septem*] sensus: leptis una satio continua fruge messem praebet. *minimum*] sic boni scriptores pro *ad minimum*.

§. 3. *plumbo*] pretiosissimum fuit candidum, gr. *κασιτερον*, unde insulae nomen. *Cassiterides*] gr. *Κασσιτεριδες*. Nomen a fertilitate plumbi (*κασιτερον*) deducunt, quod inde in Graeciam advectum esse scribit Herodotus, quale intelligi debeat stannum, ex Plinio XXXIV, 47. l. 16. adparet. Numero decem fuisse, tradunt Strabo et Ptolemaeus. Sed quaeritur de situ. Mela eas in Celticis ponit, et hos in Hispania septentrionali. Et plerique eas prope Hispaniam collocant, sed, in qua ejus plaga, non liquet. Ferret hac in re disputatio. Cluverius Germ. Ant. I. p. 19. putat, antiquissimos Graecos intellexisse

Britannicas insulas easque per errorem prope Hispaniam posuisse. Posteriores, intellecto errore, interpretati sunt eas, quae Trileuco prom. (*Cabo de Ortigas*) adjacent; haec autem jacent, ut Mela ait, in Celticis, Plerique tamen putant, esse eas Britannicas insulas minores, quas h. *Sourirges* vocant et *Silley*: v. *Mannet Geogr. T. I. p. 409* sqq. etiam et de his dubitationes moveri possunt. Stannum vero in Brit. insulae majori proventu repertum esse, indicat quoque Polyb. III, 52. *na*] hodie putatur esse *Sain*, ostio Ligeris objecta. *Gallici numinis*] varie explicant. Quidam *Nohalenniam*, l. e. *Leodeam* intelligant, cujus insulae in Seelandia repertae sunt. *Notasse fuit Iphis*, quae navium symbolum, teste Lactantio l. 1. 21. et in Gallia culta fuit. *Gallicenas*] vox, nisi corrupta, tamen obscura. Quidam vocant *Galli Senas* l. e. *Sennas* quas de Druidibus intellexerunt alii *Galli Lenas*, quia in *Leodeam* lingua *Lean*, *Leodeam* monacha, vestigia hujus, prae se ferre videtur. Insuper quidem emendatio, sed *Leodeam* Difficile est, veram Melae locum stabilire. *sanare*] n. e.

profectis, Britannia qualis sit, qualesque progeneret, mox certiora et magis explorata dicentur. Quippe tamdiu clau-  
tam aperit ecce Principum maximus, nec indomitarum modo ante se, verum ignotarum quoque gentium victor, propriarum rerum fidem ut bello adfectavit, ita triumpho declaraturus portat. Ceterum, ut adhuc habuimus, inter septentrionem occidentemque projecta, grandi angulo Rheni ostia prospicit; deinde obliqua retro latera abstrahit, altero Galliam, altero Germaniam spectans: tum rursus perpetuo margine directi litoris ab tergore obducta, ite-

vel verbis magicis, quale vatum medicorumque genera in Gallia fuisse scribit Plin. XXX, 4. l. 1.

[S. 4. Britannia] sic usitate; in monumentis quoque Britannia, gr. Βρεττανική et Βρεττανία, incolae Βρεττανοί, lat. etiam Britones. Dicitur etiam Num. Plur. Britanniae ob adjacentes insulas. Olim dicta est Albion, gr. Ἀλβίων v. Ἀλβίων, et complectitur h. Angliam et Scotiam. Nominis caula incerta est. Nomen Britanniae deducunt a Brit i. e. coloratum, et tania i. e. regio, quasi pictorum, fucatorum hominum regio. In circuitu ejus discrepant. Strab. II. p. 71, l. 104. habet 40,000 stadia i. e. 5000 M. P. et Iul. Caes. de B. G. V, 13. vicies centum M. P. Quod ad incolas pertinet, Iulius Caesar l. c. c. 12. interiorem partem ab iis incolis dicit, quos in ipsa insula natos (αὐτόχθονας) memoriae proditum sit; maritimam ab iis, qui praedae causa ex Belgis transierunt. Ita Britannos et Gallos ejusdem originis esse putant. Terra ante Iul. Caesarem incognita fuit; insulam tamen esse, cognovit. Phoenices eam adiisse ob stanni commercium nonnulli existimant. aperit] resp. τῆς clausam; ita et reserae provinciam de eo dicitur, qui primus eam domandi gratia ingreditur. Igitur proprie hoc ad Iulium Caesarem spectat, qui bis eam cum exer-

citu ingressus est; sed Mela id de Claudio dicit, qui, ut disertus Suetonius c. 17. testatur, id, quod ab Augusto post Iul. Caesarem tentatum fuit, vere perfecit, Britanniae gentes domuit, reges cepit, partem ejus subegit et in provinciae formam redegit. cf. Tacit. in Agric. c. 13. 14. adfectavit] i. e. res ita gerere adfectavit, ut fides ipsi haberetur, vel optavit, ut bello posset declarare, veram esse historiam, quam privatus publicaverat: v. Sueton. c. 21 et 41. triumpho] egit eum a. u. 797. p. Chr. n. 44. maximo adparatu, teste Suet. c. 17. declaraturus] recte, si Tacitum in Agr. c. 13. audias, de Iulio Caesare: potest videri ostendisse posteris, non tradidisse. portat] refer ad triumphalis pompae pegmata et fercula, quibus oppidorum captorum aliarumque rerum imagines portabantur. Ex hoc loco intelligitur, quo tempore Mela librum suum scripserit: nam Claudius a. u. 797. post sextum, quo profectus erat, mensum Romam rediit. projecta] de h. voce v. Intpp. ad Virg. Aen. II, 699. angulo] non acuto, sed cujus inflexio lente procedit. Titzius l. c. p. 216. c. Pintiano scripsit ab angulo. perpetuo margine] orae exterioris in Orcales versae, et est margo, qui nec lco- pulis adtolitur, nec prominat,



rum se in diversos angulos cuneat trinquetra, et Siciliae maxime similis, plana, ingens, fecunda, verum his, quae pecora, quam homines, benignius alant. Fert nemora, lacus ac praegrandia flumina, alternis motibus modo in pelagus, modo retro fluentia, et quaedam gemmas margaritasque generantia. Fert populos regesque populorum: sed sunt inculti omnes, atque ut longius a continenti absunt, ita magis aliarum opum ignari, tantum pecore ac finibus dites, incertum ob decorem, an quid aliud, vitro corpora infecti. Causas tamen bellorum et bella contrahunt, ac se frequenter invicem infestant, maxime imperitandi cupidine, studioque ea prolatandi, quae possident. Dimicant non equitatu modo, aut pedite, verum et bigis et curribus, Gallice armati: oevinnos vocant, quorum falcatis

nec adducitur, sic ut trianguli partem faciat aequalem. *triquetra*] *τρίγωνος* *ἢ* *τῶ* *ἐπιπέδου*. ap. Strabonem, atque sic eam vocat Iul. Caes. de B. G. V, 13. ab triangula specie, uti de Sicilia expl. Plin. III. 14. l. 8. cum qua Norer comparat. *plana*] prout auctor eam cognovit. *ingens*] inde in maximis insulis censetur. *fecunda*] id quoque testantur Strab. IV. p. 138. l. 199. et Tacit. in Agric. c. 12.

§ 5. *nemora*] in his saltus Caledonius in Scotia, ad quam non Caesar, sed primus Agrippa a. u. 832. penetravit et Severus eam expugnavit. Hic igitur nemora ad latus Galliae imprimis cogitari debent. *flumina*] e quibus a Caesare *Tamefis* h. *Thames*, *Thomse*, memoratur; addit Tacitus in expeditione Claudii Antonam, h. *Avon*, et Sabrinam, h. *Savorn*. *alternis*] id luculenter testatur Tacit. Agr. c. 10. *gemmas*] eas et alia memorant, sed Plin. IX. 57. l. 35. eas parvas ac depolores vocat, et inde thoraesem, Veneri Genetrici in templo a Iul. Caesare dicatum, factum esse adfirmat. Caesarem margaritarum spe Britanniam adiisse, expresse docet Sueton. c. 47. *gene-*

*rantia*] pr. de bestis, ut *gignere*, sed de Nilo Mela I, 9. 3. *populos*] quos nosse potuit e Iul. Caesare d. B. G. V, 21. plures addit Tacit. Ann. XII, 32 seqq. *reges*] singulorum nomina habes ap. Caesar. l. c. c. 32. Tacit. Annal. l. c. 23. *a continenti*] i. e. a litore Galliae et Germaniae. *vitro*] est herba, gr. *ῥαρις*, et serius *γλακόν*, nobis *Waid*. Hic vero mos vitro se inficiendi valuit ap. Britannos. v. Iul. Caes. V, de B. G. c. 14. hinc gr. dicantur *αἰολόωντος* et *viridos Britannii* ap. Ovid. Amor. II, 16, 35. Ornamento in Celticis populis hic mos valuit. Causa ap. Britannos fuisse videtur vanitatis ornatusque sedium. Hodie vocatur *ταύτωνων* et in multis Americae insulis usum obtinet. *infestant*] haec bella domestica memorat et Caesar l. c. VI, 11. *pedite*] ob oppositam fuisse concinnius *peditatu*, sed sic et Liv. XXVI, 6, 6. *bigis*] caepe multitudinis sensu, nam veteres *bigas* unitatis numero dixerunt, nec singularis, nisi sequiori aetate, occurrit. *oevinnos*] sic rectius, quam *ovinnos*. *Covinnus* fuit currus Belgarum, a quibus receperunt Britanni, Belgarum progenies. Nomen hodie

ribus utuntur. Super Britanniam Iverna est, paene par-  
 patio, sed utrimque aequali tractu litorum oblonga: caeli  
 id maturanda femina iniqui, verum adeo luxuriosa herbis,  
 non laetis modo, sed etiam dulcibus, ut se exigua parte  
 lei pecora impleant, et nisi pabulo prohibeantur, diutius  
 pasta dissiliant. Cultores ejus inconditi sunt, et omnium  
 virtutum ignari magis, quam aliae gentes; pietatis admo-  
 lum expertes. Triginta sunt Orcades, angustis inter se  
 liductae spatiis: septem Haemodae, contra Germaniam  
 rectae. In illo sinu, quem Codanum diximus, ex insulis  
 Scandinavia, quam adhuc Teutoni tenent, ut fecunditate

manit in Angl. voce *Kovain*,  
 inde *covinnarii*. Inter hunc et *of-*  
*odam* nullum aut leve tantum dis-  
 crimen fuisse videtur: nam Cae-  
 sar semper de Britannis *esseda-*  
*rum* meminit earumque usum in  
 iurgna describit de B. G. IV. 59  
 99. *falcatis*] quos currus Graeci  
 sicut *ἑρπυνηφίρα ἄρματα*, quo-  
 rum diligens descriptio est ap.  
 [V. XXXVII, 41. eorumque au-  
 ctorem Cyrum facit Xenophon  
 Cyrop. VI, 1, 29.

§. 6. *Iverna*] varia est in utra-  
 que lingua hujus vocis scriptura,  
 I. C. Ἰβερνᾶ, *Iouernia*, *Iuverna*, *Iver-*  
*nia*. Primum Graecis innotuisse  
 videtur per Phoenices. Strabe IV.  
 p. 139. l. 201. quid certi de ea re-  
 erat, nihil habere, ingenue fa-  
 ctur, versus septentrionem tan-  
 non juxta Britanniam porrectam  
 acere, et latiore, quam longio-  
 rem, esse addit; contrarium indi-  
 cat Mela. Adortus eam primo est  
 Agrippa, v. Tacit. in vit. c. 24.  
 Quae Mela de incolis relert, ex  
 Caesare d. B. G. V. 13. haust.  
*uxuriosa*] vox usitata Romanis  
 in agricultura. *dissiliant*] simili-  
 tu *rumpere*, idemque de Hispa-  
 niari] Britannis saeviores esse  
 radit Strab. IV. p. 139. l. 201.

§. 7. *Orcades*] gr. *Ορκαδες*. In  
 numero et situ veteres differunt.  
 Joster habet 30, Plinius 40, hodie

numerantur 28. Mela, ab occasu  
 ad ortum ab Iverna progressus,  
 eas inter hanc et Germaniam po-  
 nit, alii inter Thulen et Britan-  
 niam latiori sensu, uti Ptole-  
 maeus, qui et in hac Britanniae  
 parte promontorium *Orcada* me-  
 morat. Romanis, si Tacito in Agr.  
 c. 10. fides est, per Agricolum in-  
 notuerunt: sed cum Mela Claudii  
 aetate scripserit, hoc tempore non  
 incognitae esse potuerunt, uti et  
 probat Eutrop. VII, 13. l. 8.  
*Haemodae*] nonnullis eadem  
 sunt, quae Hebudes: sed hae ul-  
 tra Hiberniam, illae circa Ger-  
 maniam citra sinum Codanum  
 quaerendae sunt in insulis ad du-  
 catum Schleswicensem sitis. Quae  
 autem vere sint, nemo dixerit.  
*vactae*] Titius l. c. p. 216. c. Ve-  
 dianus legit *projectae*. *Scandi-*  
*novia*] etiam *Scandinavia*, *Scand-*  
*dia*. Fervet disputatio, quae sit  
 hodie illa insula. Quidam hoc  
 nomine Suediam, Norwegiam,  
 Laponiam, Finnmarkiam com-  
 prehendant; sed Mela aperte in-  
 sulam in sinu Codano intellectam  
 vult, quae haud dubie est *Sialan-*  
*dia*, maxima ibi insula; et sic  
 diserte Agathemer. II, 4. *μεγάλη*  
*Σκανδία, ἢ καλεῖται ὑπὸ τῶν Κιμβρῶν ἢ*  
*Χελόνων*. Nam in Suedia, Nor-  
 wegia et sqq. contra Sarmaticas  
 oras sunt Melae Hippopodes,  
 Oaones, Panoti. *Teutoni*] hos  
 et supra c. 5. extr. in sinu Coda-

- 8 alias, ita magnitudine antestat. Quae Sarmatis adversa sunt, ob alternos accessus recurſusque pelagi, et quod spatia, quis distant, modo operiuntur undis, modo nuda sunt, alias insulae videntur, alias una et continens terra. In his esse Oaeonas, qui ovis avium palustrum et avenis tantum alantur: esse equinis pedibus Hippopodas, et Panotos, quibus magnae aures, et ad ambiendum corpus omne patulae, nudis alioquin pro veste sunt, praeterquam quod fabulis traditur, auctores etiam, quos sequi non pigeat, invento.
- 9 Thule Bergarum litori obposita est, Graeis et nostris cele-

no posuerat. *alias*] usitate est dativus.

§. 8. *Sarmatis*] ultra Vistulam in mari Baltico. Quia tractus hic, cui adversa fuit Sarmatia, non insularis, sed continens terra est; Sarmatia pro hod. rerum facie non in mare septentrionale (Ost-See) prominet, sed ad oram Prusficam eunoi instar terminata est, *Oaeonas*] disceptatur de scriptura. Possis, si ad gr. originem revocare velis, scribere *Ooneas* ab *ἄνεως*, et hoc ab *ἄν*, ovum; sed melius ex lingua Cimbrica repetitur, in qua *ἄν* est insula et *voner* incolae: et tum legi posset *Oeonas*. Disputant et de harum situ; sed haud dubie hodie sunt *Gothland* et *Oland*. *Hippopodes*] eosdem in hoc tractu habet Plin. IV, 27. f. 13. Habet quoque ad Borythenem Hippopodes Dionys. Perieg. v. 310. *Panoti*] incerta lectio, cum variantes alio ducant; in *Satmalos*, uti in multis legitur, latet haud dubie vox barbarae originis. Ipsum populum plerique repetunt ex India, ubi pandae et promissae; Malabarorum aures memorantur. Eos in India conlocat Strab. XV. p. 489. f. 711.

§. 9. *Thule*] gr. *εὐλά*. In origine nominis variant auctores, sed magis etiam in insulae situ. Sequuntur autem fere antiq. Graeci et Romani auctoritatem Pythae Maffiliensis, hominis men-

dacissimi, qui se eam adiisse, eamque 6 dierum navigatione in septentrionem a Britannia distare et congelato mari vicinam esse scripto tradiderat, cuius fidem scriber impugnat Strab. I. p. 43. f. 63. Hinc tamen alii varie rypus septentrionem ponunt et ultimam insularum faciunt, ut Virg. G. I, 30. Plin. IV, 30. *Ingenus* quoque est recentiorum disceptus, quatenam hodie sit intelligenda? Alii enim putant esse h. *Schetlandiam*, at repugnat de laeis diurnae diurnitate narratio; alii ad *Irlandiam*, aliique ad *Ebudes* insulas vel *Orcades* referunt; alii Norvegiam intelligunt, quod etiam nunc tractus terrae ibi appellatur *Thule* s. *Thulemark*. Plerique tamen de *Islandia* eam interpretantur: v. Mannert Geogr. T. I. p. 78 lqq. — Plinius IV, 30. f. 16. eam a Scandia, alibi Berigo, Nerigo distinguit, et a Nerigo i. e. Norvegia in Thulem navigari assermat. Ita vero adjuvat Melae, si pro *Belgarum*, ut vulgata est, *Bergarum* rescribamus. Melae enim Thule ultra Sarmatas quaerenda est. Ex qua ut ex instituto cursu ad Caspium mare pervenire posset, omnia ultra Codanum sinum mari repleta putavit in eo tractu, ubi h. imperium Russicum. Caspium autem mare cum Oceano septentrionali (v. c. 5.) conjungit et Beriga (v. ad c. 5.) in Seythia et Abas

parata carminibus. In ea, quod ibi sol longe occafurus exurgit, breves utique noctes sunt: sed per hiemem, sicut aliubi, obscurae; aestate lucidae, quod per id tempus jam le altius evehens, quanquam ipse non cernatur, vicino tamen splendore proxima illustrat: per solstitium vero nulla, quod tunc jam manifestior non fulgorem modo, sed sui quoque partem maximam ostendat. Talge in Caspio mari, sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: sed vicini populi, quae gignuntur, adtingere nefas et pro sacrilegio habent, Diis parata existimantes, Diisque servanda. Aliquot et illis Oris, quas desertas diximus, aequae desertae adjacent, quas sine propriis nominibus Scythicas vocant.

## C A P. VII.

*Oceanus Eous et India.*

Ab his in Eoum mare cursus inflectitur, inque oram terrae, spectantis orientem. Pertinet haec a Scythico promontorio ad Colida; primumque omnis est in via; deinde ob immanitatem habitantium inculta. Scythiae sunt Androphagi et Sacae, distincti regione, quia feris scetat, in-

confinio ponit. Dextram igitur oram persequitur et apte a Sarmatis ad Bergas venit, iisque obiectas insulas recenset. Inde vero efficitur, insulam Thulen saltem prope Norwegiam esse quaerendam. *longe occafurus*] i. e. longe, diu post ortum occidit ideoque breves noctes efficit. *lucidae*] ita et Plin. II, 77. I. 75. IV, 30. f. 16. contra bruma nullum fere diem esse adfirmat; sed hoc demum propius polum accidit. Sed in hoc variatur, prouti Thale ponitur. *solstitium*] intellige aestivum: hoc accidit, quando Sol est in signo Cancri.

§. 10. *Talge*] Si situm a Ptolem. VI, 9. indicatum spectamus; prope orientem Caspii maris jacebat. Plures insulas sine nomine cognoverat Strab. XI. p. 350. f. 509. *fruge et fructibus*] distinguit recte atque ex usu, illud de agrorum, hoc de arborum

proventu. Ita Cicero de Off. III, 2. *tota philosophia frugifera et fructuosa. diximus*] v. I, 2, 5. et III, 5. extr.

## C A P. VII.

§. 1. *Ab his*] sc. oris Scythicis, quas proxime ante notaverat. Nempe Mela connexum putabat mare Caspium cum Oceano Scythico, ut Plin. VI, 15. f. 13. atque, quia mare Scythicum pertinebat ad Eoum, inde cursus ad orientem patebat. Ceterum hoc Asiae latus, ubi mari Eoo adluitur, populosque Noster primus accuratius descripsit. *in via*] ob nives. *Androphagi*] ita et Plin. VI, 20. f. 17. et multi populi in America ideo notantur *humanis corporibus vescentes. Sacae*] gr. Σακαι. Ita omnino Scythiae dicti esse videntur. Sedes vagi hujus populi vage constituitur: de qua exposuit Ptolem. VI, 13. Quia

habitabili. Vasta deinde iterum loca belluae infestant, usque ad montem mari imminentem, nomine Tabira. Longe ab eo Taurus adtollitur. Seres interfunt; genus plenum iustitiae, et commercio, quod rebus in solitudine relictis absens peragit, notissimum. India non Eoo tantum adposita pelago, sed et ei, quod ad meridiem spectans Indicum diximus, et hinc Tauri jugis, ab occidente Indo finita, tantum spatium litoris occupat, quantum per quadraginta dies noctesque velificantibus cursus est; ita multum a nostris abducta regionibus, ut in aliqua parte ejus neuter septemtrio adpareat, aliterque, quam in aliis oris, umbras rerum ad meridiem jaceant. Ceterum fertilis, et vario genere hominum aliorumque animalium scatet. Alit formicas non minus maximas canibus; quas more Grypho-

Scythias deserta sunt, per quas ex Sogdianorum regionibus in Scythicum mare exeunt Iaxartes et Oxus. Mela Sacas ultra Oxum ponere videtur, ubi h. Tenkior in Tartaria libera. Vasta] quidam desertum Kobi l. Chamo intelligunt. Tabir] Mela a Scythico promontorio progreditur ad mare, ubi Taurus in Tamo prom. adtollitur (v. §. 6.), a quo Eoum mare incipit. Tabis igitur, a quo ad Tamum Seres interjacent, Scythicum. non Eoum mare spectare potest. Seres] a singul. Ser; gr. Σῆρες. Strab. XV, p. 483. l. 702. eos ultra Hypanin l. Hypanin ponit, qui in Acolinem excurrit et post cum Indo jungitur. Nosser eos distinguit a Scythis et Indis hic progressionis cursu et diserte 1, 2, 3. Regio eorum dicitur Serica et describitur a sole Ptolemaeo VI, 16. a quo et Σῆρα μετρίως, memoratur, quae had. Lantscheu esse putatur. Ab his nomen habet Sericus Oceanus. gens] i. e. gens. ex commercio] Plin. VI, 20. l. 17. Seres mitos quidem, sed et ipsi seris perfimiles costam reliquorum mortalium fugiunt. commercia expectant.

Hinc eos ἀνθρώπων ἀρπαγῶν γίνεσθαι vocat Stephanus. Dicuntur etiam μακροβιότατοι. v. Strab. XV. p. 483. l. 702.

§. 2. India] sic et Graeci. incolis Hindostan l. Hindustan, nobis Indian, a fluvio Indo, incolis Sindh. Ambitum notat Plin. VI, 21. l. 17. et de eo pluribus exposuit Strab. XV. p. 474. l. 689. Multa de hac incognita terra feruntur incerta. Melam in ejus descriptione falsa saepe narrasse docet Heeren in Commentt. Gatt. Vol. X. p. 153 sqq. Eoo] sic et alii auctores. hinc Tauri jugis] i. e. a septentrione extremis Tauri partibus. velificantibus] veteres passim hanc rationem insursuram tenuerunt, etsi ob verborum varietatem incerta est. abducta] i. e. ultra linquantur, sub qua terrae nostrae extremitates jacent, tantum procedens versus meridiem. noviter] sc. Bras major et minor. Quare legimus inde Romam profectos admodum esse tradit Plin. VI, 24. l. 22. septentriones Vergiliasque in. h. maneo, veluti novo coelo. putat autem de h. opinione Strab. II, p. 53. l. 77. formicas] 177

rum aurum penitus egestum cum summa perniciæ adtingentium custodire commemorant: immanes et serpentes, aliqui ut elephantis morfu atque ambitu corporis adficiant. Tam pinguis alicubi et tam feracis folii, ut in eo mella frondibus defluant, lanas silvæ ferant, arundinum fissa internodia, veluti navia, binos, et quedam ternos etiam vehant. Cultorum habitus moresque disimiles. Lino alii vestiuntur, aut lanis, quas diximus; alii avium ferarumque pellibus: pars nudi agunt; pars tantum obscœna vestiti: alii humiles parvique; alii ita proceri et corpore ingentes, ut elephantis etiam, et ibi maximis, sicut nos quis, facile atque habiliter utantur. Quidam nullum animal occidere, nulla carne vesci optimum existimant: quos-

lesor. Strab. XV. p. 485. l. 705. antheris similes vel magnitudine ulpibus, et Plin. XI. 36. l. 31. colorem felium et magnitudinem aporum Aegypti iis tribuit. Lino de auri custodia consentiunt, atque ideo *χρυσωρύχους*: *μύρμηκας* vocat Strabo aurum vero illud *μυρμηκίαν* adpellant. Recentiores, qui de auro custodia scripserunt, de his ebus tacent. *canibus*] in India multo animalia aliquantum majora fuerunt, quam alibi, notant Herod. III, 106. Verba non minus *maximas canibus* sic explenda sunt, ut sit sensus: alit fortissimas atque maximas, ac canes, citius tamen l. c. p. 217. pronus est ad amplectendam lectionem: *πῶν* minores *maximis canibus*, quæ bene se habet et rei miraculum regit. *serpentes*] idem narrat elian. V. H. VI, 21. draconum India cum elephantis esse maximum discordiam; a Strabone *μεγίστην ἀποφάντων* vocantur: *immanes*] bene ob morfu et ambitu, adficiant] i. e. ita vulnerent, ut re interimant, uti occ. ap. Iul. sol. de B. C. III, 95. *lanas*] id erique Serum regionis adscribit, Herod. III, 106. tamen ad idiam refert. Potest autem cotari vel de bysso, quam alii *serico* contundunt, aut de serico,

quod bombyx, quæ foliis mori alitur, subministrat: sed rectius h. l. posterius, inde *ἀνδρα γειφοειῶν* *arundinum*] quarum magnitudinem et Plin. XVI, 65. l. 36. celebrat. Hoc loco intelligenda illa erundo, *Bambus*, quæ etiam h. iit extruendis domibus, alveis, linteibus Indi utuntur. *internodia*] sunt partes inter duos articulos: itaque Herod. III, 98. *καλάμοι ἐν γένει πλοίων ἕνασεν ποίηταις: πῆλιν*] i. q. linteis, alveus, *πλοίων μονέυλον*. Probat hunc vocem Festus, neque erat, quod eam rejiceret Titinius l. c. p. 217.

§. 3. *Lino*] lanam cum lino Melam commiscuisse putant, sed ita et Curtius VIII, 9, 15. ubi *terra lini ferax, unde plerisque sunt vestes*. Lanam arboribus nasci, unde sinesonenses conficiantur, testatur Strab. XV. p. 477. l. 693. *pellibus*] addunt alii *piscium pelles*, et *libros arborum*. *proceri*] respexit historiam Peri. Indorum reguli, ab Alexandro devicti, qui *humanas magnitudinis propemodum excefferat formam*, ut ait Curt. VIII, 14, 13. *ibi maximis*] respectu Africanarum, quæ minores esse testatur Liv. XXXVII, 39. In Europa primam infotuerunt ex Alexandri rebus in India gestis. *occidere*] ita quoque He-

dam tantum pisces alunt. Quidam proximi parentes priusquam annis, aut aegritudine in maciem eant, velut hostias caedunt: caeforumque visceribus epulari fas et maxime pium est. At ubi senectus, aut morbus incessit, procul a ceteris abeunt, mortemque in solitudine nihil anxie expectant. Prudentiores, et quibus ars studiumque sapientiae contingit, non expectant eam, sed ingerendo semet ignibus, laeti et cum gloria arcessunt. Urbium, quae incolunt (sunt autem plurimae) Nysa est clarissima et maxima: montium Meros, Iovi sacer. Famam hinc praecipuam habent; in illa genitum, in hujus specu Liberum patrem arbitrantur esse nutritum: unde Graecis auctoribus, ut femori Iovis insitum dicerent, aut materia ingessit, aut error. Oras tenent ab Indo ad Gangem Palibothri, a Gange ad Colida (nisi ubi magis, quam ut habitetur, exaequat) atrae gentes et quodammodo Aethiopes. A Colida

rod. III, 100. *εἴτε κταίνουσι εὐδὲν ἔμψυχον*. Sic et Niebuhr Reise n. Arab. Vol. II, p. 23. adfirmat, Banienses et Bramanos nulla animantium carne vesci. *pisces*] dicti sunt inde Ichthyophagi, quales in pluribus locis memorantur. *proximi*] Mela hausit ex Herod. III, 99. etsi ille nil de parentibus. Hic autem mos aliis quoque populis fuit. *in maciem*] Herod. III, 99. *τυκόμενον τῆ νόσῳ*. Elegans autem est dictio *ire in maciem*, sed *aegritudo* a Nostro ad corpus transfertur, quod ap. bonos scriptores rarissime fit. *nihil anxii*] sc. ob pericula a feris. Eadem et prolixius Herod. III, 100. *ingerendo*] exempla habent Arrian. d. exp. Alex. VII, 3. et Strabo XV. p. 495. l. 720. etsi ea ut Mela respexerit non opus est.

§. 4. *Nysa*] gr. *Νύσα*, unde *Νύσα Νυσαία*. Plures Nysae memorantur. Ex iis, quae ad Bacehum pertinent, una memoratur juxta Aegyptum. Plerique norunt Indiae Nysam, quam inter Cophena et Indum fl. ponit Arrian. I. c. V. in. et sub radicibus montis

Meri Curt. VIII, 12, 12. Dehinc situ quaeritur. v. Mannert Geogr. T. V. p. 38. Prisca autem haec urbs inclausit conditore (sc. Baccho, quod factum est in expeditione Indica. Vossius in Mythol. Brief. T. I. p. 262. eam certa terrae cognitione eo prolatam esse existimat, at contrarium alii statuunt, quia Bacchus in India natus et inde egressus fuerit. Remanfit memoria ap. poetas in Bacchi adtributis. Nomen tulisse dicitur haec urbs a nutritio Bacchi, qui inde *Διόνυσος* dicitur est. *Meros*] ad urbem Nysam ponitur. Nomen Bacchus imposuisse fertur, quia in femore (*μηρῷ*) Iovis succreverit. Hec lauroque refertum invenerunt cedones. H. *Meros*. *instans*] bula decantata. v. Hesych. Apollod. III. 4, 3. *ingessit*] vitas ingeniose comminiscendi similitudine vocis, quae aliud Indos notavit, aliud apud Gecos.

§. 5. *Palibothri*] a Nostro ter Indam et Gangem ponunt ut Plin. VI, 22. l. 19. et Ptolemaeus VII, 1. urbem Palibothri juxta

ad Cudum recta sunt litora, timidique populi, et marinis opibus affatim dites. Tamos promontorium est, quod Taurus adtolkit: Colis alterius partis angulus, initiumque lateris, ad meridiem versi: Ganges et Indus amnes. Ille multis fontibus in Hemode, Indiae monte, conceptus, simul unum alveum fecit, fit omnium maximus, et alicubi latius, quando angustissime fluit, decem milia passuum patens, in septem ora dispergitur. Indus ex monte Paropamisso exortus, et alia quidem flumina admittit, sed clarissima, Cophen, Acesinen, Hydaspem: conceptamque plu-

Gangem memorat, de cujus hodie nomine ingens est dissensus. Putatur h. ibi esse *Allahabad*, aliis ibi *Patelpoot-her. atras gentes* ] *Papuas* s. *Hokasoras*, quorum reliquiae in Sumatra et vicinis adiacentibus insulis supersunt. *recta*] i. e. importuosa, sine sinibus.

§. 6. *Tamos*] omnia haec sunt nomina, an *Tamus* genuinum sit, ure dubitatur. *Tabis* substitui sequitur: v. ad §. 1. Non exigua pars difficultatis evanescit, si *maus* h. l. et infra §. 7. substituas. Etiam supra *Cudum* corruptionem videtur tulisse. *Colis*] primus memorat Mela, sed varie exprimitur, v. c. *Golias*, *καλλυγιών* et *κόρου ἀκρωτήριον*. Nomen ductum videtur a cognomine promontorio Atticae; celebratur ejus altitudo; ab eo dicti accolae *Calingae*. In situ c. Mela consentit Dionys. Perieg. v. 1148. I. dicitur *Romanan-Koil*. *Ganges*] gr. *γάγγης*. Nomen quidam Gangaro Indiae rege repetunt; alii aliter. Mela ejus fontes in Hemode Indiae monte ponit, Strabo vero eum et Indum e Caucaso erivat; etiam seniori aetate ejus fontes latuerunt. Per Jesuitas innotuerant, unde constat, nasci eum ad radices montium *Kenzisse* ex pluribus fontibus et duos grandes lacus transire. Celebratur maximus Indiae fluvius, majorne ludo; describitur rapidus, versus mare vadens ob hunc

conlectum, et effunditur in sinum Gangesicum. In ostiis veteres dissentiunt; hodie magna ostia, et interjectas illi 33 insulas tribuunt. Accolae dicti *Gangaridae* et ipsa India divisa est *intra* et *extra Gangem*: Ceterum Indus sacer est fluvius. *Hemode*] gr. *ἡμωδὰ ὄρεα*, vel *ἡμωδός*. Hodie putatur esse *Zambu*. *conceptus*] i. e. editus. *Indus*] gr. *Ἰνδός*. Dicitur etiam *αινός*, *Sindus*. Fontes Nestor in Paropamisso, Strabo in Caucasii jugis, alii utrumque promiscue ponunt. Hodie fontes sunt inter provincias *Caschmir* et *Caschgar*. Magnus fluit et in cursu divisus Patalehen cingit et Delta format, et duobus ostiis exit in mare Erythraeum. Lentum cursum vox *trahit* ap. Me-lam indicat. H. *Soor* vel *Sinde*, *Sindh*, et praecipuum ejus ostium *Mohran*. *Paropamisso*] etiam *Paropamisus*; accolae *παροπαμισάδαι*. Hic mons, pars Tauri, terminabat Indiam versus septentrionem ab una parte, ab altera Arrianam, et emittebat amnes Indum et Oxum. In gloriam Alexandri M. ut Caucasum superasse videretur, Macedones et post scriptores eum Caucasum dixerunt. Ab eo dicta regio *παροπαμισσός χώρη*, quam descripserunt Diodor. Sic. XVII, 82. et Curt. V, 8, 6. *et alia* — *sed*] v. ad II, 6, 6. *flumina*] Strab. XV, p. 482. l. 700. *ἀεὶ ἰστέον* 15 esse dicit. *Cophen*] etiam





## C A P. VIII.

*Mare Rubrum, et uterque huius Sinus Persicus et Arabicus.*

Rubrum mare Graeci, sive quia ejus coloris est, sive quia ibi Erythras regnavit, Ἐρυθρὴν θάλασσαν adpellant: procellosum, asperum mare, profundum, et magnorum animalium magis, quam cetera, capax. Primo recedentes oras aequabiliter impellit; et ut non intret interius, liquantum patens sinus arcuat. Sed quas ripas inflexerat, is irrumpit, duosque iterum sinus aperit. Persicus vocatur dictis regionibus propior; Arabicus ulterior. Persicus, uasi cervice, complectitur: dein terris in omnem partem affe, et aequa portione cedentibus, magno litorum orbe

me et urbs *Patala*, gr. πέταλα. Nomen Indicae originis notat Ἰνδοί Graecorum. H. putatur esse *Patala*, etsi situs ob incertam Indiarum cognitionem incertus est. De *Tubero* et *Arusace* propter Codd. depravationem nihil certi statui potest.

## C A P. VIII.

§. 1. *Rubrum mare*] ita a Latinis vocari, tradit Plin. VI, 28. 23. et a Graecis Ἐρυθρὴ θάλασσα vocatus, quam Ἰνδοί, ut Plin. V, 36. l. 22. ait. Idem dicitur *mare meridionale*, ἡ νότιν θάλασσαν, in Herod. II, 158. et obponitur ὀρεσί i. e. interno ad Syriam. Sic ponitur. Latiori sensu, non ap. Melam, facit Arabicum: Persicum sinum; angustiori deinde Arabico dicitur, a quo alii distinguunt, uti a Persico. Proponitur omnino ab Idumaeae litore per sinum Arabicum et per oceanum Australem, qui Arabiam et Indiam adluit, et ex nomine intelligi debet, quae maris libri pars intelligenda sit. Melam principia ducit ab Indico pego (v. c. 7.) et ad Aethiopiam terminat. H. accolae vocant *mare Meccae*. sive quia] variae adferuntur de causa nominis senten-

tiae, v. c. a vicinorum montium rubro colore; ab arena minio simili, quae aquis sit subjecta. Noster duas adfert, quarum secundam plerique sequuntur. *Erythras*] gr. Ἐρυθρῆς, quem Ἐρυθρῆϊν βασιλέα vocat Dionys. Per. v. 607. eumque Persei filium faciunt. Regnum ibi tenuisse narrat Dio Cass. LXVIII, 28. Quidam volunt, eundem esse, qui in Sc. S. vocetur *Edom*. *animalium*] idem alii κήτην, et κήτην οὐρέσιν ἡλιβάτοισιν τοικόντα memorat poeta Dionys. 597. *impellit*] i. e. submovet, retro agit. *arcuat*] sc. se, in formam arcus curvatur. *aperit*] apte ad rem pro facit.

§. 2. *Persicus*] quem et *mare Persicum* vocant: ut disertè Strabo XVI, p. 526. l. 765. ὁ Περσικὸς κόλπος λέγεται καὶ ἡ κατὰ Πέρσας θάλασσα. *regionibus*] Indiae. *ostium*] Graeci τόμα et γενὰ τοῦ κόλπου vocant; *grando* adpellat respectu Arabici sinus. Potuit autem a Carmaniae promontorio Harmozonte (h. *Gomron*) Arabiae opposita pars conspici. *cervico*] i. e. collo, quia sinus prope capitis formam habet, uti et Plin. VI, 28. l. 24. dicit.

- 3 pelagus incingens, reddit formam capitis humani. Arabid et os artius et latitudo minor est, major aliquanto recessus, et multo magis longa latera. Init penitus introrsusque, dum Aegyptum paene et montem Arabiae Casium attingit, quodam fastigio minus ac minus latus, et, quo magis penetrat, angustior. Ab his, quae diximus, ad finem Persicum (nisi ubi Chelonophagi morantur) deserta sunt. In ipso Carmanii navigantium dextra positi, sine veste ac fruge, sine pecore ac sedibus, piscium cute se velant, carne vescuntur, praeter capita toto corpore hirsuti. Interiora Cedrosii, dehinc Persae habitant. Sabis per Carmanios,

§. 3. *Arabicus*] gr. κέλιος Ἀραβίας. Arabes vocant Bahr — Kolzum. *os artius*] facit 60 stadiorum Strabo. *latitudo*] hanc a plerisque 475 M. P. prodi subiicit Plin. VI, 33. l. 29. neque tamen ubique eadem est. *recessus*] μυχός, ubi finis post longam in terras excursum desinit; vocatur autem Αἰλιανίτης, spectabat orientem et adjectam habebat Arabiam Petraeam et Nabataeos. In hoc recessu alter finis fuit versus Aegyptum, ubi erat *Heroum oppidum*, unde finis *Heroopoliticus*. Ibi quoque ponitur urbs *Cleopatris* s. *Arfinoë*, h. Suez, ubi factum esse credunt transitum Israelitarum: cuius prodigii memoriam ap. accolae servatam esse, discitur ex Diod. III, 40. *longa*] auctores in notanda longitudine variant. *Casium*] v. I, 10, §. *fastigium*] trans ostium amplissimum, mox se fastigiat, et, ubi intus, est angustissimum. *minus* —] i. e. magis magisque angustus.

§. 4. *Chelonophagi*] qui ostris vescuntur s. testudinibus, χελώναις, quae in Indico mari tantae sunt, ut vasis, navibus, domibus inserviant. Noster eos ad Persicum sinum, Strabo ad Arabici sinus latus Aethiopiae objectum ponit; nempe quia in utroque sinu piscatio testudinum frequens fuit,

*Carmanii*] regio καρμανία, incolae καρμανοί et καρμανίαι. Terminos habuit ad Indicum mare Ichthyophagos, quos alii tamen Gedrosiae adsignant, ab oriente Gedrosiam, ab occasu Persida et ab septentrione erat Parthia. Seriem populorum in hoc tractu maritimo sic instituit Strab. XV. p. 495. l. 720 sq. Oritas sub Gedrosia, Ichthyophagos ad Carpellam prom. deinceps Carmanios, denique Persicos. Serius occurrit *Carmania maior*. Olim eam subegit Ninus; post Persarum satrapis paruit; serius Parthis subiectus esse videtur. Ferax fuit viarum aliarumque rerum. H. *Kerman, veste*] haec alii de Oritis et Ichthyophagis potius tradunt. *fruge*] vastam et desertam regionem vocat Curt. IX, 10. 8. Sed hoc ad Ichthyophagorum terra spectat, nam Carmania fertilis erat. *sedibus*] tuguria e conchis memorat Curt. l. c. *cutis*] ἰχθύων κελύφην dicunt auctores ferarum pelles addit Curt. I, *carnis*] et hoc praecipue de Ichthyophagis: vesciebantur iis conditis, assatis, tostis, et ex illis lentem et panem confecerunt. Pisces, aestu maris recedentes, comiebant. *hirsuti*] reddit Plin. V, 28. l. 24. cf. Curtius l. c. qui illos comas hirsutas et intonsas et unquam recisos tribuit. *Gedrosia*

supra Andanis et Coros effluunt. In parte, quae pelagi 5  
 ostio adversa est, Babyloniorum fines Chaldaeorumque  
 sunt, et duo clari amnes, Tigris Persidi propior, ulterior  
 Euphrates. Tigris ut natus est, ita descendens usque in li-

fi] regio *Κεδρωσία* vel *Κεδρωσία*,  
*Cedrosia* et *Cedrosia*: utraque  
 scriptura in usu fuit: incolae  
 etiam *Godrosi*. Regio sita est in-  
 ter Carmaniam et Indiam, et  
 paruit olim Persis. Terram ad  
 mare sterilem, cetera *ἀρροματόφειρον*  
 describit Strabo. H. *Circan* et *Ma-  
 ckeran*. *Persae*] regio *Περσική*, in  
 utraque lingua. Persae dicti sunt  
 a Persae, qui ducta Cephei filia  
 Andromeda Persen filium proge-  
 nuit, cum antea *Κεφόνες* a Grae-  
 cis, et a se ipsis atque accolis *Ἀγ-  
 ραῖται*, adpellarentur: v. Herod. VII,  
 61. Ipsa Persis mox sensu latiori  
 de Persarum imperio, mox stric-  
 tiori ponitur de Perside propria,  
 cujus fines erant a septentrione  
 Media, ab occasu Susiana, ab  
 oriente Carmania, a meridie si-  
 nus Persicus. *Hec regnum*, ut  
 Ammian. XXIII, 6. ait, *quon-  
 dam exiguum, cum apud Babylo-  
 nam magnum Alexandrum fata ra-  
 puissent, in vocabulum Parthi con-  
 cessit Artaxias, obscure geniti*. Re-  
 stauratum est ab Artaxerxō, Ale-  
 xandri Severi temporibus. Regio  
 fuit montosa et aspera. v. Xenoph.  
 Cyr. I, 3, 3. Hodie ibi *Farfistan*  
 cernitur. *Sabis*] Nomen varie  
 agitata. Vindicat tamen hunc  
 fluvium Melae Plin. VI, 27. f. 23.  
 et h. putatur *Bindamir*. *Andanis*  
 et *Coros*] utrumque fluvium eo  
 ordine memorat Ptolem. VI, 8.

§. 5. *Babyloniorum*] v. I, 11.  
*Chaldaeorum*] regio *χάλδαια* s. *ἡ  
 χάλδαιον*. De eorum nomine et  
 sedibus sententiae diversae ferun-  
 tur. Olim dicti sunt *Arphaxa-  
 daei* ab Arphaxade, Semi filio;  
 etiam *Κεφόνες* a Cepheo, qui vul-  
 go Aethiopiae rex narratur. Chal-  
 daeorum nomen plerique a *Cha-*

*sed* ducunt. Antiquissima sedes  
 eorum quaeritur inter Assyriam  
 et Armeniam; post habitaverunt in  
 Mesopotamia et inde in ea Baby-  
 loniae parte, quae Arabiae et ma-  
 ri Persico contermina erat. In-  
 claruit in illis *Berosus*, Histori-  
 cus. Quod gentis erat nomen,  
 postea factum est artis et sectae  
 (v. Cicer. N. D. I, 1.), quia Chal-  
 daei ap. Babylonios sacrorum mi-  
 nisterio fungebantur, et astrorum  
 scientiam colebant et divinandi  
 vaticinandique artem cupidō et  
 cum fama lectabantur. *Tigris*]  
 Sic Graeci et Latini, in genere  
 masculino consentientes, non  
 item in forma et obliquis casibus.  
 Graecis et *Τίγρης* et *Τίγρις*, in ge-  
 nit. *Τίγερτος* et *Τίγριδας* et *Τίγριος*; ita  
 et Latini *Tigris*, *Tigridos* et *Ti-  
 gris*. Nomen traxit, quod sic Medi  
*sagittam* adpellant: inde ejus *ἀγ-  
 ρύρα* auctores memorant. Nomen  
 antiquius fertur *Diglad*. De fon-  
 tibus et cursu in pr. exposuit Plin.  
 VI, 31. f. 27. qui ejus fontes in  
 regione Armeniae majoris quae-  
 rit: sed discrepant auctores. Pro-  
 pe ponunt Euphratis fontes, alii  
 tamen remouent 2500 stadiis, ut  
 Strabo. Inde influit in lacum,  
 quo transvecto in specu mergi-  
 tur, unde prope *Zorcanda*, h. *Ha-  
 zur*, erumpit. Hodie fontes in ea  
 Assyriae parte, quae *Kirdistan*  
 vocatur, in provincia *Scherezur*,  
 ubi *Diarbekir*. Acceptis in Ar-  
 menia duobus fluvii Assyriam  
 ingreditur et Adiabenos deter-  
 minans facit Mesopotamiam. Cir-  
 ca Seleuciam in duos divisus al-  
 veos altero meridiem petit et  
*Delas* vocatur, altero septentrio-  
 nem. Ubi remeare aquae, *Pa-  
 sitigris* vocatur; post *Chaospem*

tora permeat: Euphrates, immani ore aperto, non exit tantum, unde oritur, sed et vaste quoque decedit; nec fecat continuo agros, sed late diffusus in stagna, diu sedentibus aquis piger, et sine alveo patulus, post, ubi marginem rupit, vere fluvius, acceptisque ripis celer et fremens, per Armenios et Cappadocas occidentem petit; ni Taurus obftet, in Nostra maria venturus. Inde ad meridiem avertitur, et primum Syros, tum Arabas ingressus, non perdurat in pelagus, verum ingens modo et navigabilis, inde

recipit; se fundit deinde in lacus Chaldaeos, et ore M. P. Persico mari inferitur vel duobus, ut alii volunt, fluis, in quorum occidentali urbem Teredonem ponunt Ita et hodie effluit. Prope Seleuciam cum Euphrate jungitur. Memoratur inter Seleuciam et Babyloniam *canalis regius*, *ἡ ὁρὴ βασιλική*, h. Nahr al Malk, fossus Seleuci Nicatoris, regis et Seleucia conditoris, iussu: eum postea egessit denuo Severus et aridum purgavit Iulianus. Multos ex Euphrate alveos hod. quoque recipit Tigris, ut tradit Niebuhr Reiseb. n. Arab. Vol II. p. 223. Maximus est cum Euphrate fluvius in Asia australi. Navigabilis erat usque ad Opim et Seleuciam. *ut natus est*] nempe Mela cum alius ortum Tigris ponit, non ubi primum nascitur, sed ubi hoc nomen demum sumit. *Euphrates*] gr. *ἠὺφράτης*. De ceteris deinceps. H. *Forat* l. *Phrat*, *Frat*, *ore*] i. e. fonte. Fontes diverse indicant. Armeniae montes plerique memorant, sed locum varie designant. Strabo et Plinius montem *Ahan* vocant. Recentiores memorant duos fontes, quorum unus ab urbe *Artzerum* (olim Theodosiopolis) unius diei, alter fere duorum dierum iter versus orientem distat, et uterque alveus *Frat* dictus trium dierum iter ab Artzero jungitur, *stagna*] ea veteres et recentiores ignorant, *piger*] poetice dictum

v. c. Sil. Ital. XV, 501. *Arax pigerrimas andas. margine*] bene de stagno. *celer et fremens*] ut ejus rapiditatem frangeret, Nitocris, Assyriae regina, fossis eum coeiecit. Intumescit autem vero ineunte et sub solstitium, et nivibus Armeniae montium liquetis auctus Assyriae campos inundat. *per Armenios et Cappadocas*] utrosque dividit; de his v. l. 2, 5. *obftet*] in eo et alii consentiunt. *avertitur*] de flumine etiam Livius XXII, 5. Mela autem ejus cursum deducit ab oriente ad occidentem, unde Tauri objectu in meridiem avertitur, in quo consentit Strab. XI. p. 353. l. 521. et p. 363. l. 527. *per Syros*] nempe per *Commagenam*, cujus praecipuam urbem *Samosata* praeterfluit. Haec Syriae pars inde dicitur *ἠὺφρατιὰ*. Nobile hic quoque est transitu Euphratis oppidum Zeugma. Habet vero in Syria maximum alveum. *Arax*] adluit Arabiam desertam. Mela addere potuit Mesopotamiam: quam tamen fortasse trite Arabum mentione indicavit, quia Arabes Scenitae Mesopotamiae partes meridionales usabant. *non perdurat*] de exitu Euphratis suctores discrepant; alii eum in Tigrin deducunt, alii ejus ostia designant. Noster exitum eum carere dicit, quod de alveo principali accipiendum videtur, qui in multos rivos dispergitur, ideoque totus paene deficit. Qui

tenuis rivus, despectus emoritur, et nusquam manifesto exitu effluit, ut alii amnes, sed deficit. Alterum latus ambit plaga, quae inter utrumque pelagus excurrit. Arabia dicitur, cognomen Eudaemon, angusta, verum cinnami et turis aliorumque odorum maxime ferax. Majorem Sabaei tenent partem, ostio proximam et Carmaniis contrariam Macae. Frontem, quae inter ostia ostenditur, silvae cautesque exasperant. Aliquot sunt in medio insulae sitae: Ogyris, quod in ea Erythrae regis monumentum est, magis clara, quam ceterae. Alterum finum undique Arabes incingunt. Ab ea parte, quae introeunti-

sum in sinum Persicum effluere narrant, fossam intelligere videntur, quam Arabes, obstructo alveo naturali, quo in Tigrim influit, duxere et paludibus Euphratis, unde nova ostia in Persicum inuenerunt, exuentia Euphrates habere coepit. *emoritur*] elegans metaphora, qua ex languore consecutionis rei defectum indicat: sic *flumina morientia* ap. Petron. v. 122.

§. 6. *latus*] sc. sinus Persici excurrit] ad Characem, oppidum inus Persici intimum. *Eudaemon*] graecam vocem retinuit uti iam Plin. VI, 36 f. 27, quam Diodor. III, 49. *διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐν αὐτῇ φερόμενων καρπῶν τε καὶ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν* ei impositam esse dicit. Adpellatur etiam ἡ ἀνα Ἀραβία, et id meridiam versa terminabatur ad septentrionem vasta solitudine, sibi utroque sinu et Oceano. reliquae duae Arabiae partes, *Deserta* et *Petraea*, versus septentrionem sitae erant. Alia de ea narrat Strabo XVI. p. 536. f. 780. 799. H. *lumen vel semen* vel *Yonen*. *angusta*] inter oppida Heroum et Characem latissima est. Fitzius l. c. p. 218. scripsit *angusta* h. sensu: *angusta est quidem Arabiae plaga in universum; maxime tamen cinnami aliorumque odorum ferax*: quod non displicet. *cinnami*] i. q. *cinnamomum*,

quod a nostra *canella* non differre existimat Beckmann ad Antigon. c. 49. Locus classicus de hoc fructu est ap. Plin. XII, 42. f. 19. *turis*] gr. *θυσίαμα*, *λιβανωτόν*. Congligendi modum admixtis fabulis describit Herod. III, 107. *odorum*] de aromatibus, herbis odoriferis, in quibus alii memorant myrrham, ladanum, cassiam, his maxime inclaruit Sabaeorum regio. *Sabaei*] gr. *σαβαῖοι*, dicitur ab urbe vel regione, quae *Σαβαί*, *Σαβά*, *Σαβύ* scribitur. Auctores vaide hic fluctuant. Sabaei in varios dividebantur populos, quibus sui erant pagi. Regio patebat a media Arabia, ubi Atramiatae, usque ad sinum Arabicum (v. Plin. XII, 30. f. 14.) et admodum turifera fuit. *Macae*] gr. *μάκαι*. Omnes in opposita Carmaniae parte Arabiae eos collocant, ubi promontorium *Maceta* memoratur, quod h. *Ras Musfendom* vocatur. *exasperant*] graphice pro *sunt*. Vox *frontem* vero notat tractum illum litoralem, qui in illo promontorio definit. *Ogyris*] gr. *ὀγυρίς*. Adpellatur et *Τυβίον*, *Ὀαράκτα*; a Carmaniae promontorio 2000 stadiis removet Strabo, circuitumque 112 M. P. ei dat Plinius. H. putatur *Gerun*.

§. 7. *incingant*] i. e. circum habitant; sunt vero hi Arabes in sinistro litore dicitur Aegyptii, gr.

bus dextra est, urbes sunt, Cana, et Arabia, et Gadamus: in altera, ab intimo angulo prima, Berenice, inter Heroopoliticum et Strobilum: deinde inter promontoria *Μυός ἕρμων* et Coloba, Philoteris et Ptolemais: ultra Arfinoë et alia Berenice: tum silva, quae hebenum odoresque gene-

*Ἀραβαιοῦσσι. Cana*] gr. κᾶν, et est emporium et promontorium ap. Ptolem. VI, 7. Occurrit et in S. S. ap. Ezechiel. c. 27, 23. Hod. quaeritur, ubi *Cap Fartasho*. *Arabia*] Ἀραβίας ἡπείρου Homeritis tribuit Ptolemaeus, qui fuerunt populus frequens in Arabia felicit. Prius urbs fuit cognomine *Felicitis*, et Aegyptiorum Indorumque merces recipiebat; eam Augustus destruxerat, sed post instaurata esse a Romanis videtur. Situs h. convenit in *Aden*. De *Gadamo* omnia sunt ignota. *altera*] i. e. sinistra introeuntibus. *Berenice*] eadem dicitur *Afongabarus* a Iosepho Antiq. VIII, 6, 4. Sed cum non liqueat, quod promontorium Mela vocaverit *Strobilum*, atque utrum ab intimo recessu inter Heroopoliticum et Strobilum incipiat, an ab hoc ad sinistram latus progrediatur, incertum plane est illius urbis situs. Heroopoliticum, quod in initio cognominis situs excurrit, h. vocatur *Mahomed*: ab hoc progreditur Mela et consistit in *Strobilo*, quod *Drepanum* Ptolemaei est; intra haec igitur Berenice quaerenda esse videtur, ubi tamen nemo eam ostendit. *Μυός ἕρμων*] Latinis passim *Maris statio*. Fuit urbs portui adposita, qui *Ἀπκλου* κεκλῶν, ut Strabo ait, habebat. Postea et dictus Ἀφροδίτης ἕρμος. Nomen vel a murium marinorum abundantia, vel quia maris formam habuit, traxisse videtur. Strabonis aetate mercibus ex India, Arabia et Aethiopia convehendis celeberrima fuit. De hed. nomine dissentiunt. *Coloba*] Pto-

lemaeo IV, 7. est κεκοῦδων ἕρμος *Philoteris*] gr. φιλοτέρη, uti ap. Plinium *Philotora*. Urbs fuit portu instructa in ora Troglodytarum, quam condidit Satyrus, quem Ptolemaeus Philadelphus ad perscrutandam hanc oram et elephantorum venationem miserat, nomenque ab altera Ptolemaei sorore imposuit. Ptolemaeus in situ c. Mela convenit. H. putatur *Coseir*. *Ptolemais*] gr. πτολεμαίς, civis πτολεμαίτης. Cum fuerint plures, nostra vulgo designatur ἡ ἐπὶ θάρας et ἡ ἐπὶ θάρας τῶν Ἰερσάντων, nam Ptolemaeus primus hic elephantorum venationem instituit: hic enim fuit ejus conditor. Sita erat in Troglodytica regione. Hod. esse putatur vel *Sachon* vel *Ahehaz*. *Ἀρfinoῦ*] gr. Ἀρσινόη, unde Ἀρσινόης. Multae fuerunt cognomines urbes et ex iis duae ad unum Arabicum: una fuit prope Heroopolin, quae et aliis *Cleopatris* dicitur; nostra haec in Aethiopia sub Aegypto in Adulico sinu commemoratur a Ptolemaeo IV, 7. *Berenice*] gr. Βερενίκη. Tres cognomines urbes hoc in tractu recenset Plin. VI, 34. l. 29. Tertiam vocat *Epidras* in faucibus Arabici sinus, quae sine dubio est nostra et Δασίη ἢ Ἀρχυίαν ad fauces ostii simpliciter adpellatur a Strab. XVI, p. 599. l. 769. *silva*] Plinius l. c. ad Ptolemaida has silvas conlocat. Utique recte, nam totus hic tractus usque ad ostium Babelmandel et ultra silvis confitus est. *hebenum*] de quo v. Plin. XII, 8. l. 4. in Aethiopia nasci tradit Herod. III, 97. et 114. aliisque, uti in India

rat, et manu factus amnis, ideoque referendus, quod ex Nili alveo dioryge adductus. Extra sinum, verum in flexu tamen, etiam non modico, Rubri maris, pars bestiis infesta ideoque deserta est: partem Panchaei habitant, quos ex facto, quia serpentibus vescuntur, Ophiophagos vocant. Fuere interius Pygmaei, minutum genus, et quod pro factis frugibus contra grues dimicando defecit. Sunt multa volucrum, multa serpentum genera: de serpentibus memorandi maxime, quos parvos admodum et veneni praesentis, certo anni tempore ex limo conoretarum paludum

v. Intpp. ad Virg. G. II, 116. amnis] est segmentum Astaborae, quod in h. sinum olim influebat; ex hoc fluvio, cujus magna pars Nilum influit, canalus in sinum Arabicum deductus erat a Sesostris aut, ut alii volunt, Psammethico; quem cum ad finem perduxisset Ptolemaeus Philadelphus, in ejus honorem dictus est hic amnis Ptolemaeus: v. Diodor. I, 33. Quod igitur Mela addit ex Nilo — adductus, eum male aliorum narrationes aut negligentem percepisse liquet. Non ex Nilo, sed ex Astabora ductus erat: v. Strab. XVI, p. 530. l. 770. dioryge] a Diodoro l. c. vocatur διορύχης χειροποίητος.

§. 8. in flosca] subjungit sinum Barbaricum et loca inter Massylicum pr. et Ceraunios salus, quae Ptolemaeus partim Aethiopiae partim Troglodyticae tribuit. bestiis] has et alii memorant, earumque frequentia est solitudinis indicium. Panchaei] regid παναχία, Panchaia. Nititur narratio de hac terra fide Euhemeri, Athei, qui insulam Oceani australis Arabiae continenti adversam, turis myrrhaeque feracissimam, posuerat. Prave igitur eam de Arabia omnino et speciatim de Arabia felici interpretantur. Multi hanc narrationem fabulam habuerunt, alii tamen ejus fidem adstruere tentarunt, neque tamen in situ convenerunt.

Noster in Troglodyticae ponit. Ophiophagos] confirmat id de Troglodytis Aethiopiis Herod. IV, 183. et recentiores conferet Buffon Allg. Nat. Gesch. T. VI, p. 311. Pygmaei] gr. πυγμαίοι: a πυγμή, πυγμαίον, πυγών. Pusillos homines descripsit Herod. II, 32. In eodem tractu ad Nili fontes vel in Aethiopia ponuntur ab Aristotele, Plinio aliisque. Homerus II. III, 5. ad Oceanum meridionalem ponit; alii in sedibus notandis valde discrepant. Versus Austrum habitasse, graum migratio probat. De eorum armis et casis Plin. VII, 2. Verbo fuere gentem extinctam esse Mela inquit eamque unquam fuisse negat Strab. XVII, p. 565, l. 821. contra grues] praecunte Homero l. c. pugnam descripsit Plinius l. c. Constat autem, grues magnam damnum agris et messibus inferre, atque hinc fabula orta esse videtur. v. Koeppen ad Homer. T. I. p. 229. defecit] Homero l. c. grues dicuntur φίνεν καὶ κῆρας φέρουσαι.

§. 9. serpentum] pr. angues sunt aquarum, serpentes terrarum, praesentis] de robis, quae continuo vim exerunt. certo] nempe aestate, κατὰ τὴν τοῦ ἡέλου ἡμέρας. paludum] ex vastitate Libyae vento Africo in Aegyptum inveni scribit Cicer. de N. D. I, 36. alii ex Arabia ducunt, v. c.



emergere, in magno examine volantes Aegyptum tendere, atque in ipso introitu finium ab avibus, quas ibidas adpellant, adverso agmine excipi pugnaque confici traditum est. **10** De volucribus praecipue referenda Phoenix, semper unica; non enim coitu concipitur, partuve generatur: sed ubi quingentorum annorum aevq perpetua duravit, super exaggeratam variis odoribus fruem sibi ipsa incubat solviturque: deinde putrescentium membrorum tabe concrefcens, ipsa se concipit, atque ex se rursus renascitur: cum adolevit, ossa pristini corporis inclusa myrrha Aegyptum ex-

Herod. II, 75. *volantes*] hinc Graecis περιστερά. Esse autem tales serpentes, Herodoti aliorumque testimonia dubitare non sinunt, et viperas esse membranis ad volatum instructis monetur in Paulus Samml. d. Reisen in d. Orient T. II. p. 264. ubi plura de iis: sed haec narratio, ut fabulosa, exploditur. *ibidas*] gr. terminatione utitur. Duplex earum genus describunt veteres. Nostris dicitur *Ibis*, olim *Nilreiher*, *Aegyptischer Storch*. Amat ob serpentum copiam Aegyptum. Ob hanc utilitatem autem sacra fuit Aegyptiis eamque contra serpentum adventum invocabant. Earum Deus fuit *Theut*. Ab ea clysterium usum disciebant Aegyptii, quod ingesta aqua alvum purgat. *agmine*] hoc verbum, ut *excipere*, *adversus*, a bello desumptum plenioris facit locutionem. Rem autem expressit ex Herod. II, 75.

